N12<516707923 021

ubTÜBINGEN

W. Stümpfle
7442 Neuffen

70/714 Analecta .. Bd 45 (1969).

Acta et Decreta Capitulorum Generalium Ordinis Praemonstratensis

Tomus II

1501 - 1530

ed. : J. B. VALVEKENS, O. Praem.

Analecta Praemonstratensia, XLV, 1969, sqq.

ABBATIA AVERBODIENSIS

[1969-73.]

7A 246


UNIV. BIBL.
TUBINGEN

1

1501

(Ms. Laon, 538, pp. 38-46)

[38] Actus et Diffinitiones Capituli Generalis Ordinis Praemonstratensis celebrati apud Sanctum Quintinum [1]), in domo Praemonstratensi, anno Domini millesimo quingentesimo primo, nona die mensis Maii [2]).

Nomina Praelatorum tunc praesentium.

Dominus Praemonstratensis [3])	Cuissiacensis [4])
Sancti Michaelis Antverpiensis [5])	Parcensis [6])
Langhen [7])	Bernensis [8])

[1]) Urbs ista est hodierna urbs : Saint-Quentin, in Gallia septentrionali, non ita longe dissita a Prémontré, archicoenobio Ordinis.

[2]) Initium sumpsit Capitulum in dominica, dicta « Cantate ». Seu dominica quarta post festum Paschatis, cuius Introitus S. Missae incipit verbis : Cantate Domino canticum novum.

[3]) Abbas Praemonstrati annis 1497-1512 erat Iohannes de l'Escluse, qui prius abbas fuerat Montis S. Martini. Cfr N. Backmund, *Monasticon Praemonstratense*, t. II, Straubing, 1952, p. 529; C. Taiee, *Prémontré*, Lauduni, 1927, t. I, pp. 149-152, qui, p. 149, de ipso scribit : « C'était un homme vénérable par ses vertus, sa piété, son savoir ».

[4]) Abbatiae Cuissiacensis, seu Cuissy, antea in dioecesi Laudunensi, nunc Suessionensi, abbas erat annis 1479-1505, Tugdualdus de Vennes. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, t. II, p. 498.

[5]) Abbas S. Michaelis Antverpiensis, in civitate eiusdem nominis sitae, erat, annis 1499-1505, Iacobus van Elsacker. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, t. II, p. 268; R. Van Waefelghem, *Liste chronologique des Abbés des Monastères belges de l'Ordre de Prémontré* in *Anal. Praem.*, XIII, 1937, p. 22.

[6]) Abbas Parcensis, prope civitatem Lovaniensem, in dioecesi tunc Leodiensi, nunc Mechliniensi-Bruxellensi, erat Arnoldus Weyten, abbas aa. 1494-1515. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, t. 321; R. Van Waefelghem, *Liste chronologique...*, in *Anal. Praem.*, XII, 1936, p. 24.

[7]) Praepositus de Langhen, in Frisia Orientali, in dioecesi Monasteriensi, erat Iohannes Van Boemel, praepositus aa. 1479-1512. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 206.

[8]) Abbas Bernensis, olim in dioecesi Ultraiectensi, nunc in Buscoducensi, erat Arnoldus Van Malsen, abbas aa. 1492-1515. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 278.

Bonae-Spei [9])
Mirae-Vallis [11])
Sancti Iohannis Ambianensis [13])
Insulae Beatae Mariae [15])
Sancti Foillani [10])
Viromandensis [12])
Viconiensis [14])
Sancti Andreae in Nemore [16])

[9]) Abbas Bonae Spei, seu Bonne-Espérance, in dioecesi olim Cameracensi, nunc Tornacensi, erat Nicolaus Van Mierdorp, abbas aa. 1495-1510. Cfr N. Backmund, II, p. 364; R. Van Waefelghem, *Liste chronologique...*, in *Anal. Praem.*, XIII, 1937, p. 13, qui scribit : Nicolas de Merdorp.

[10]) Abbas S. Foillani Rodiensis = St. Feuillien du Rœulx, in dioecesi olim Cameracensi, nunc Tornacensi, erat Gasparus de Plicinier, abbas aa. 1497-1505. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 397; R. Van Waefelghem, *Liste chronologique...*, in *Anal. Praem.*, XII, 1936, p. 124, qui scribit : Gaspar le Plicenier.

[11]) Abbas Mirae Vallis = Mureau, in dioecesi olim Tullensi, nunc S. Deodati = St. Dié, erat Stephanus Bazelaire. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 91.

[12]) Abbas Viromandensis = Vermand, in dioecesi olim Noviomensi, nunc Suessionensi, erat Iohannes quidam. Ita N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 427.

[13]) Abbas S. Iohannis Ambianensis = Amiens, in civitate ac dioecesi eiusdem nominis, erat Thomas de l'Escluse, abbas aa. 1499-1513. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 546.

[14]) Abbas Viconiensis : Vicogne, seu Vicoigne, prope civitatem Valencenas, in dioecesi olim Atrebatensi, nunc Cameracensi, erat Ludovicus Hoston, abbas aa. 1464-1504. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 437.

[15]) Abbas Insulae Beatae Mariae, seu Mariënweerd, in dioecesi Ultraiectensi, erat Iacobus Daelde, abbas aa. 1500-1513. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 305.

[16]) Abbas S. Andreae in Nemore = St. André-au-Bois, in dioecesi olim Ambianensi, nunc Atrebatensi, erat Dionysius Daviau, abbas aa. 1498-1521. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 564. De hoc Abbate, scribit C. L. Hugo, *Sacri et Canonico Ordinis Praemonstratensis Annales*, t. I, Nanceii, 1734, col. 167, celebre encomium : « Dionisius Daviau, Prior Monasterii S. Andreae Claromontensis in Arvernia, regularis disciplinae zelo, et scientiarum ornamentis clarissimus, saepe ad ardua Ordinis negotia ablegatur a generali Capitulo; et ad partes Angliae commissarius, pro resarcienda concordia fructuose deputatus non semel, ad Capituli generalis votum sublectus est Abbas sancti Andreae. Qua generositate iura Ordinis passim vindicarit, eadem et maiori, factus Abbas defendit. Ducentas quadraginta auri libras pro communibus Ordinis negotiis Capitulo generali consignavit, et in gratitudinis argumentum, Abbas Praemonstrati Abbatiam S. Andreae Talliarum Ordinis contributione exemit anno 1520. Quantum Ordini, tantum suo profuit monasterio vir moribus et oeconomia praecipuus. Oppignorata praedia redemit, census annuos ducentorum sextariorum, refuso liberavit argento. Denique dierum plenus et meritorum, in pace quievit 25. Octobris 1521. Praedecessorum imagines in parietibus Ecclesiae pictis versibus exornarat; ipsius vero imagini gratus successor haec inscripsit carmina : Surgit imago recens cunctorum in pariete Patrum, Conspicuo structus latere, ornatasque reliquit : Ac aliis vastata locis quinque eruta bellis, Culmina villarum struxit, molesque refecit. Ac delubra domus, idem labentia pressa, Foenore restituit, censuque redemit iniquo. Omnia cum tollat, benefactis invida mors est. Hic Abbas virtute viget, nec tollit vetustas ». — Postea, in capitulo Generali, anni 1505, abbati Daviau, simul cum abbate S. Evodii de Brana, de Bachimont, con-

Sancti Petri Selincurtensis [17])
Clari-Fontis [19])
Vallis Dei [21])
Flabonis Montis [23])
de Seriaco in Pratis [25])
de Bellosanna [27])
Montis Dei [29])
Calvimontis [18])
Thenoliensis [20])
Septem Fontium [22])
Boni Fageti [24])
Sancti Iusti Bellovacensis [26])
de Insula Dei [28])
Grimbergensis [30])

creditur munus visitationis instituendae in circariis Flandriae, Frisiae et Brabantiae. Hanc visitationem peragentes, currente anno 1506, inter alia, conclusiones visitationis statuerunt, pro abbatia Tongerloensi. Vide textum huius relicti apud E. VALVEKENS, *Le Chapitre Général de Prémontré* in *Anal. Praem.*, XIV, 1938, p. 93 s.) Item pro abbatia Averbodiensi. (Vide de hac visitatione apud E. VALVEKENS, *Een Praemonstratenzer-abdij in het begin der Zestiende eeuw*, in *Anal. Prae.*, XII, 1936, pag. spec., pp. 11-12.)

17) Abbas S. Petri Selincurtensis (Sélincourt), in dioecesi Ambianensi, erat Iohannes Fretel, abbas aa. 1500-1524. Cfr N. BACKMUND, *Monasticon*, II, p. 569.

18) Calvi Montis = Chaumont, dioecesis Remensis, abbas erat Petrus Frayart. Cfr N. BACKMUND, *Monasticon*, II, p. 370.

19) Abbas Clari Fontis = Clairfontaine, in dioecesi antea Laudunensi, nunc Suessionensi, erat Iohannes quidam. Cfr N. BACKMUND, *Monasticon*, II, p. 372.

20) Abbas Tenoliensis = Thenailles, in dioecesi tunc Laudunensi, nunc Suessionensi, erat Thiebaldus. Cfr N. BACKMUND, *Monasticon*, II, p. 400.

21) Abbas Vallis Dei, seu Lavaldieu, in dioecesi Remensi, erat Iohannes Tolman. Cfr N. BACKMUND, *Monasticon*, II, p. 384.

22) Abbas Septem Fontium = Septfontaines-en-Thiérache, in dioecesi Remensi, erat Adam Cornu, abbas aa. 1483-1518; verum a. 1501, alius electus erat abbas, cui nomen : Iohannes Cosies. Cfr N. BACKMUND, *Monasticon*, II, p. 399.

23) Abbas Flabonis Montis = Flabémont, in dioecesi tunc Tullensi, nunc St. Deodati. erat Iohannes Pasel, abbas aa. 1500-1526. Cfr N. BACKMUND, *Monasticon*, III, p. 73,

24) Abbas Bonifageti = Bonfays, in dioecesi olim Tullensi, nunc St. Deodati, erat Iohannes Morizot, abbas aa. 1501-1505. Cfr N. BACKMUND, *Monasticon*, III, p. 63.

25) Abbas de Seriaco in Pratis = Séry, in dioecesi Ambianensi, erat Iohannes Merlot, abbas aa. 1495-1520. Cfr N. BACKMUND, *Monasticon*, II, p. 571.

26) Abbas St. Iusti Bellovacensis = St. Just-en-Chaussée, in dioecesi Bellovacensi, erat Iohannes Cordier, abbas aa. 1487-1502. Cfr N. BACKMUND, *Monasticon*, II, p. 565.

27) Abbas de Bellosanna = Bellosanne, in dioecesi Rothomagensi = Rouen, erat Iohannes Boudet, abbas aa. 1499-1519. Cfr N. BACKMUND, *Monasticon*, III, p. 40.

28) Abbas de Insula Dei = Isledieu, in dioecesi olim Rothomagensi, nunc Ebroicensi = Evreux, erat Guillielmus Le Roy, abbas aa. 1500-1504. Cfr N. BACKMUND, *Monasticon*, III, p. 45.

29) Abbas Montis Dei = Mondaye, in dioecesi olim Lexoviensi = Lisieux, nunc Baiocensi = Bayeux, erat Aegidius l'Ours, abbas aa. 1497-1512. Cfr N. BACKMUND, *Monasticon*, III, p. 48.

30) Abbas Grimbergensis, in dioecesi olim Cameracensi, nunc Mechliniensi-Bruxellensi, erat Arnoldus Persoons, abbas aa. 1489-1505. Cfr N. BACKMUND, *Monasticon*, II, p. 289.

de Castello prope Mauritaniam [31])
Branensis [33])
Vallis Christianae [35])
Vallis serenae [37])
Montis Sanctis Martini [32])
Carthovorensis [34])
Vallis secretae [36])
Loci-Restaurati [38])

Huic Abbati, in Capitulo Generali anni 1503, committetur munus tallias congregandi a circariis Brabantiae, Floreffiae, Frisiae et Westphaliae Capitulo Generali debitas.

31) Abbas Castelli prope Mauritaniam, seu Châteaudieu, in dioecesi olim Tornacensi, deinde Atrebatensi, nunc Cameracensi, erat Iohannes Auffroit, abbas aa. 1500-1520. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 407.

32) Abbas Montis Sancti Martini seu Mont-St.-Martin, in dioecesi antea Cameracensi, nunc Suessionensi, erat...? Nomen abbatis qui a. 1501 praeerat huic abbatiae non indicatur a N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 420; neque apud C. L. Hugo, *Annales*, II, col. 327. Iohannes de l'Escluse, abbas huius Abbatiae usque ad a. 1497; hoc anno electus fuerat abbas Praemonstrati et Dominus Praemonstratensis.

33) Abbas Branensis, seu St. Yved-de-Braine, in dioecesi Suessionensi, erat Iacobus de Bachimont, abbas huius coenobii aa. 1501-1505. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 487. — Antea, in Capitulo Generali a. 1492, constitutus fuerat Prior Collegii Ordinis Parisiis, his verbis : « fr. Iacobus de Bachimont, presbyter religiosus monasterii Sancti Iudoci in Nemore, dioecesis Ambianensis, baccalaureus in sacra pagina formati, ipsum vobis in Priorem Collegii nostri Parisiensis, in Dei nomine praesentamus, constituimus et effectualiter ordinamus... ». Vide *Acta et Decreta Capitulorum Generalium Ordinis Praemonstratensis*, t. I, p. 164. Postea ipsi, in Capitulis Generalibus, potissimum 1502, varia munia collata sunt, speciatim visitationis instituendae in variis Circariis Ordinis. Anno 1505 electus fuit abbas Cuissiacensis. Anno 1506, simul cum abbate Daviau, abbate S. Andreae in Nemore, visitationem instituit in variis abbatiis regionum hodierni Belgii. In relictis illius visitationis, se dicit visitatorem Circariarum Brabantiae, Flandriae, Floreffiae et Pontivi. — Anno 1511, rex Galliae, Abbatem Generalen, de l'Escluse, induxerat ut adiret Concilium Pisanum. Dominus Praemonstratensis, loquens de « considerata eius debilitate et senectute », in locum suum deputavit Iacobum de Bachimont; Capitulum Generale anni 1512 hanc decisionem approbavit. Per annum integrum, « serviendo Ordini per annum integrum in Concilio Pisano » ut ait Capitulum Generale anni 1513, ibidem remansit. Allocutionem a de Bachimont in hoc Concilio habitam refert. J. Lepaige, *Bibliotheca Praemonstrarensis Ordinis*, Parisiis, 1633, p. Ob verba nonnulla dura hac occasione prolata contra Summum Pontificem, Iulium II, excommunicatus fuit a Summo Pontifice. A qua tamen, post petitam veniam, absolutus fuit. — Paulo post, de Bachimont electus fuit Abbas Generalis Ordinis. Quod munus strenue exercuit usque ad diem mortis suae, die 16 maii 1531.

34) Abbas Carthovorensis (Chartreuve), in dioecesi Suessionensi, erat Simon Aubert, abbas inde ab anno 1465. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 494.

35) Abbas Vallis Christianae = Valchrétien, in dioecesi Suessionensi, erat? Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 534.

36) Abbas Vallis secretae = Valsecret, in dioecesi Suessionensi, erat, ut videtur, Iohannes Michon, abbas inde ab a. 1494. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 537.

37) Abbas Vallis serenae = Valséry, in dioecesi Suessionensi, erat Guilielmus Tachet, abbas inde ab a. 1494. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 538.

38) Abbas Loci Restaurati = Lieu-Restauré, in dioecesi olim Suessionensi, nunc Bellovacensi, erat Petrus de Haultdecœur, abbas aa. 1499-1525. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 515.

Camerae Fontis [39])
Gaudii-Vallis [41])
de Stella [43])
de Longo Vado [45])
Lisquensis [47])
Hermeriarum [40])
Albae Curiae [42])
Sancti Augustini Morinensis [44])
de Moncellis [46])

Subscripti Praelati praestiterunt obedientiam :

Sancti Michaelis Antverpiensis; Insulae sanctae Mariae; Sancti Augustini Morinensis; Insulae-Dei; de Stella; Boni-Fageti; Beatae Mariae Lisquensis; Hermeriarum. Imprimis ordinatum est quod omnes Praelati hac vice erunt diffinitores.

Item, Missas celebrari consuetas. Primam : Sancti Michaelis [48]); 2am : Sancti Augustini [49]); 3am, Hermeriarum [50]) Abbates celebrabunt.

[39]) Abbas Camerae Fontis = Chambrefontaine, in dioecesi Meldensi, erat Renatus de Fontenay, abbas aa. 1487-1501. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 484.

[40]) Abbas Hermeriarum = Hermières, in dioecesi antea Parisiensi, nunc Meldensi, erat Andreas Richard, abbas aa. 1501-1504. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 508.

[41]) Abbas Gaudii-Vallis = Joyenval, in dioecesi antea Carnutensi (Chartres), nunc Versaliensi, erat Lancelot du Fau, abbas aa. 1499-1505. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 556.

[42]) Abbas Albae Curiae erat P. Carré. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 543; qui, iuxta hunc auctorem, pertinebat ad Ordinem fratrum Praedicatorum; et episcopus erat Arausicanus (Orange), et proinde abbas commendatarius. Attamen, annumeratur hic inter abbates praesentes in Capitulo Generali anni 1501.

[43]) Abbas Stellae = l'Étoile, in dioecesi Carnutensi = Chartres, erat Iohannes de Montesson, abbas aa. 1499-1512. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 23.

[44]) Abbas St. Augustini Morinorum, seu St. Augustini Tarvanensis = Thérouanne, in dioecesi antea St. Audomari, nunc Atrebatensi, erat Nicolaus Rhedys, seu de Rhedes. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 423. Abbas erat aa. 1497-1526, plurimis Capitulis Generalibus interfuit; in Capitulo Generali anni 1516, ipsi committitur cura defensionis emolumentorum totius Ordinis contra abbates Angliae. Cfr P. E. Valvekens, *La Situation financière du Chapitre Général Prémontré au début du seizième siècle*, in *Anal. Praem.*, XIV, 1958, p. 166, n. 21.

[45]) Abbas Longi Vadi = Longwé, in dioecesi Remensi, erat Antonius Charlier. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 391.

[46]) Abbas de Moncellis = Moncetz, in dioecesi Catalaunensi = Châlons-sur-Marne, erat Petrus Brunet, abbas aa. 1498-1513. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 517.

[47]) Abbas Liskensis = Licques, antea in dioecesi Tarvanensi, nunc Atrebatensi, erat Carolus de Récourt, abbas aa. 1500-1505. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 417.

[48]) Iacobus Van Elsacker.

[49]) Nicolaus de Rhedys.

[50]) Andreas Richard.

Item, Sancti Ioannis Ambianensis [51]) et Clari Fontis [52]) Abbates regent chorum.

Item, receptores Talliarum erunt Praemonstratensis et sancti Andreae in Nemore [53]) Abbates.

Item, excusationes Praelatorum recipient Bonae-Spei [54]) et Sancti Ioannis Ambianensis [55]) Abbates.

Item, litteras missivas a quibuscumque praesenti Capitulo recipient, videbunt et referent Parcensis [56]), Sancti Evodii [57]), et Viconiensis [58]) Abbates.

Item, litteras sigillo Capituli Generalis sigillandas examinabunt et sigillabunt Patres Abbates cum his quos secum voluerint convocare.

Item, auditores Compotorum erunt Patres Abbates et hi qui voluerint interesse.

Item, praecipitur universis et singulis tam Praelatis quam Religiosis [39] quod intersint Missae Praelatorum a principio usque ad finem, et observent silentium sub poenis in Statutis contentis.

Item, super articulis per Praelatos Circariae Brabantiae exhibitis, ordinatum est quod Abbates Sti Michaelis Antverpiensis [59]), Parcensis [60]), Sti Evodii de Brana [61]) et Sti Andreae [62]) monasteriorum Abbates videbunt antiqua registra talliarum Ordinis, ac etiam computa reddita, desuper per Dominum Praemonstratensem, ut illis visis cognoscantur ad quam summam dictae talliae ascendunt, et quibus fuerint usibus applicatae, et Capitulo referent. Quod si fuerit compertum quod dictae talliae pro stipendiis Protectoris et Procuratoris in Urbe et aliis Ordinis expensis minime sufficiant, augmententur. Et hoc facto, de dictis Protectore et procuratore ordinabitur.

Item, super supplicatione facta per Abbatem Insulae Beatae Mariae [63]), Circariae Brabantiae quod sibi remitterentur talliae prae-

51) Thomas de l'Escluse.
52) Iohannes.
53) Dionysius Daviau.
54) Nicolaus Van Mierdorp.
55) Thomas de l'Escluse.
56) Arnoldus Weyten.
57) Iacobus de Bachimont.
58) Ludovicus Hoston.
59) Iacobus Van Elsacker.
60) Arnoldus Weyten.
61) Iacobus de Bachimont.
62) Dionysius Daviau.
63) Iacobus Daelde.

teritorum annorum per ipsum debitae, occasione guerrarum longo tempore ibidem vigentium; diffinit Capitulum quod attento quod nulla aut pauca monasteria Ordinis in istis partibus a dictis guerris exempta fuerant, nec tamen talliae ipsorum quittatae fuerunt, praedictae supplicationi minime annuit.

Item, super eo quod petit praedictus Abbas ut detur sibi licentia vendendi aliqua bona monasterii, eo quod dicit praefatum monasterium adeo fore depauperatum, quod redditus ad Religiosorum sustentationem minime sufficiunt, ordinat Capitulum quod Visitatores praesentis anni se informabunt de paupertate et necessitate monasterii. Et si expedire viderint, poterunt licentiam sibi dare ad vendendos certos redditus vel proventus monasterii ad vitam vel ad certum et limitatum tempus.

Item, ordinat Capitulum quod moniales noviter introductae in Neomagio monasterio [64]) pro reformatione eiusdem minime revocari possint, consensu praedicti Abbatis Insulae Beatae Mariae [65]) minime intercedente.

Item, quod praedictae moniales gaudebunt et gaudere poterunt de redditibus sibi per praesentes assignatis, et quod etiam Visitatores poterunt eis concedere licentiam de dicendo matutinas horas quarta de mane si viderint expedire; ita tamen quod propterea scandalum in populo minime generetur.

Item, super supplicatione facta per Dominum Comitem de Liftingh in Penilo rogantem quatenus Capitulum dignaretur destituere Dominum Grekbonis, Praepositum de Optsant, et Praeposituram suam conferre Abbati de Lidlum [66]), et perpetuo unire eidem monasterio de Lidlum, ordinat Capitulum quod Visitatores in cursu suae visitationis se informabunt de vita dicti Grekbonis Praepositi [40] antedicti, et ipso audito, si deponi meruerit, deponatur, et alius bonae et honestae vitae discretaeque Religiosus eius loco substituatur per Visitatores praedictos, assumptis secum duobus nostri Ordinis dictae Circariae maturioribus Praelatis, quorum consilio id agatur.

Item, super supplicatione facta pro parte Praelatorum Circariae

[64]) Monasterium istud in civitate eiusdem nominis, Nijmegen, numquam vere floruit. Definitive suppressum fuit a. 1593. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 313.

[65]) Iacobus Daelde.

[66]) Abbas de Lidlum, in Hollandia septentrionali, erat Petrus Valck; abbas fuit aa. 1492-1505. Ipse antea fuerat praepositus asceterii Ordinis, dependentis a Lidlum, cuius nomen erat : Vinea Domini, seu Op het Zand, de quo in praesenti Capitulo agitur. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 227.

Frisiae, qui, ut dicunt, sunt multis populationibus attriti et depauperati, ordinat Capitulum praesens, quod cum nulla aut pauca sint in Ordine monasteria qui talibus populationibus vel etiam maioribus non fuerint gravata, et tamen talliarum relaxationes numquam habuerint, idcirco eorum petitioni duxit non annuendum.

Item, propter excessus graves et scelera per frater Ludovicus Romain, religiosum monasterii de Seriaco in pratis [67]), in domo de Rendes [68]) et alibi perpetratos, et perpetrata, Capitulum praesens privavit et privat perpetuo dictum Romain ab administratione dictae domus et nihilominus condemnavit et condemnat eundem ad carceres in victu tenui per triennium, salva gratia Domini Praemonstratensis de incarnatione relaxanda.

Item, super supplicatione facta pro parte Praelatorum Circariae Westphaliae petentium recipere dignaremur florenos aureos pro suis talliis, quales in suis partibus recipiunt, Ordinat Capitulum, quod Receptores Talliarum recipient tales florenos quales habent dicti Praelati, donec et quousquam suis partibus alios legitimi ponderis habuerint; et sic tenebitur Dominus Praemonstratensis solum computare valorem dictorum florenorum iuxta campsorum aestimationem.

Item, ordinat Capitulum quod omnes Religiosi nostri Ordinis Parisisiis et alibi in famosa Universitate studentes, moram trahant in Collegio, et ipsius Collegii iura persolvant, quodque cappas habeant ut in processionibus Rectoris et alibi honeste et religiose appareant.

Item, super quaestione mota inter Dominum Sti Petri Selincurtensis [69]) ex una, et Dominum Matissal [70]), nuper Abbatem monasterii, ratione pensionis eidem Domino Matissal credita super dictum monasterium Sti Petri, super quo ordinatum est quod se submittent, videlicet Dominus Sti Petri iam sub Dominis de Brana et de Seriaco [71]) ex una parte; et Dominus Matissal sub Domino Sti Iohannis Ambianensis [72]), et fratre Laurentio de Capella [73]) ex altera, qui praefati Domini habeant pacificare et terminare praefatas querelas.

[67]) Seriacum in pratis, seu Séry, situm erat in dioecesi Ambianensi = Amiens.

[68]) Rendes seu « Les Rendus », prope Dieppe, erat curia ad abbatiam Seriaci pertinens. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 569.

[69]) S. Petrus Selincurtensis = Sélincourt. Abbas erat : I. Fretel.

[70]) Abbas Matissal (Backmund, l.c., II, p. 569, scribit : Matifas) munus abbatiale deposuerat a. 1498.

[71]) Iacobus de Bachimont erat abbas Branensis; I. Fretel erat abbas Selincurtensis.

[72]) Abbas St. Iohannis Ambianensis erat Thomas de l'Escluse.

[73]) Quisnam erat iste Laurentius de Capella, non dicitur.

Capitulum consentit et admittit et confirmat pensionem reservatam per Dominum Aegidium le Marchant [74]), nuper Abbatem Sanctae Beatae Mariae Lisquensis, instantibus et requirentibus fratre Karolo de Recourt, abbate eiusdem monasterii [75]), et Domino Iohanne le Marchant dicti fratris Aegidii Procuratore.

[41] Item, Capitulum praesens laudat, approbat et confirmat traditionem de domo et censu de Betricourt, factam per Abbatem et Conventum monasterii Sti Iohannis Ambianensis [76]), fratri Hugoni Le Cat, eiusdem monasterii Religioso professo.

Capitulum praesens ordinat quod fratres Desiderius de Porta, Religiosus Mirae Vallis utatur omni supellectili domus toto tempore vitae suae, etsi praefatus Religiosus habuerit Iocalia aut Reliquias Ecclesiae, aut instrumenta, litteras, munitiones, originalia illius Ecclesiae praefatae, cogatur illa sub poena excommunicationis praefato Desiderio reddere infra quindecim dies proxime instantes, postquam notitiam habuerit illius praefati Desiderii.

Item, fiant litterae orationum pro honorabili viro magistro Nicolao Mopin, in legibus Licentiato, in oppido de Abbatisvilla Ambianensis dioecesis et uxore eius ac liberis eorumdem; ad supplicationem venerabilis confratris nostri Iohannis Abbatis de Seriaco in Pratis [77]), secluso articulo quod fient pro illis quantum pro nobis in talibus fieri consuevit; qui etiam articulus in coeteris consimilibus litteris non admittatur.

Item, fiant litterae orationum pro honesto viro Eduardo Ferrycine, de Dommartin, et pro amicis suis ad supplicationem Venerabilis confratris nostri Abbatis Camerae Fontis [78]).

Item, Capitulum praesens ordinat quod Dominus Egidius le Marchant, nuper Abbas S. Mariae Lisquensis [79]) associabitur precibus nostri Ordinis sicut si decederet Abbas nostri praefati Ordinis.

Item, Capitulum ordinat et admittit et instituit Dominum Iohannem de Falesia [80]), Vicarium Generalem in Ducatu Normanniae super

74) De Marchant anno 1500 resignaverat. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 417.

75) S. De Récourt successerat abbati le Marchant in regenda abbatia Liskensi. Cfr n. 47.

76) Thomas de l'Escluse.

77) L. Fretel.

78) Renatus de Fontenay.

79) Cfr n. 74.

80) Abbatia Falesiae, in dioecesi antea Sagiensi = Séez, nunc Baiocensi = Bayeux. Abbas, aa. 1499-1519, erat Iohannes Boudet. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 40.

excessibus et processibus motis et movendis inter Abbates et Religiosos nostri Ordinis, ut possit illos correctione coercere, et regulari disciplinae nostri Ordinis seipsos submittere, eidem permittendo ut Abbati de Lucerna [81]) silentium imponat super processu moto inter Dominum Montis-Dei [82]) ex una parte, et ipsum Dominum de Lucerna ex altera.

Item, Capitulum praesens ordinat Abbatem de Bellosanna [83]), Procuratorem ad requirendum quamdam causam motam inter Dominum Abbatem Montis-Dei [84]) ex una parte, et etiam ad requirendum omnes causas alias et movendas coram quibuscumque iudicibus remitti ad praefatum Vicarium nostri Ordinis.

Item, ordinat Capitulum quod Abbas Marchasii Radulphi [85]) moneatur ad solvendum infra quindecim dies post monitionem sibi factam summam octo librarum Turonensium Antonio, ut fertur, debitam, nisi causam allegare voluerit efficacem, ad quam allegandam assignetur sibi dies competens coram nobis aut Vicario [42] nostro Praemonstratensi per Executorem dictae monitionis praefigendo.

Item, fiat Missiva Domino Scarario seu supremae Curiae Rothomagensis ut permittant omnes causas nostri Ordinis motas et movendas, coram praedictis vicariis nostris remitti, agitari, et etiam diffiniri.

Item, ordinat Capitulum praesens, quod fiat monitio Domino Abbati Marchasii Radulphi [86]), ut solvat pensionem debitam fratri Roberto Galteri, secundum tenorem litterarum ipsius Roberti.

Item, ordinat Capitulum praesens quod fiat Missiva Regi Siciliae, ut ipse permittat Beneficiatos nostri Ordinis in suo Ducatu Lotharingiae possidere et residere pacifice in suis Beneficiis; eidem Regi exprimendo privilegia et munitiones nostri praefati Ordinis, tam de successione bonorum parentum quam aliorum, ut Dominus noster Rex Franciae permittat in suo Regno Franciae. Et ad praesentandum praefatas litteras committimus et ordinamus Reverendum Dominum Cuissiacensem [87]).

[81]) Abbas Lucernae = La Luzerne, in dioecesi, antea Avrincensi = Avranches, nunc Constantiensi = Coutances, erat Richardus de Laval, abbas aa. 1496-1504. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 28.

[82]) Aegidius l'Ours.

[83]) Iohannes Boudet.

[84]) Aegidus l'Ours.

[85]) Abbas Marchasii Radulphi = Marcheroux, in dioecesi antea Ambianensi, nunc Bellovacensi = Beauvais, erat Iohannes de Quenouilles. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 559.

[86]) Iohannes de Quenouilles.

[87]) Tugdualdus De Vennes.

Item, ordinat praesens Capitulum et confirmat pensionem confratris Simonis nuper Abbatis Salinae Vallis [88]), ut habeat de coetero duplicem praebendam (ecco la quinta essentia del monachismo [89])) aut portionem in eodem monasterio cum triginta francis sibi assignatis super beneficium de Lezey [90]), et hoc sub poenis et censuris excom municationis et interdicti.

Item, super discordia mota inter Abbatem Sti Petri Selincurtensis [91]), et fratrem Petrum Roussel, curatum de Haucourt [92]), et fratrem Matthaeum Crocquet, Religiosum dicti monasterii, ordinat Capitulum et hoc de consensu partium personaliter comparentium, quod praedictus frater Matthaeus amodo quandiu vitam duxerit in humanis, percipiat duas partes valoris fructuum praedicti beneficii curati de Haucourt, quantum percipiat et percipere consuevit, ipso existente Curato; et ad solutionem compellatur per censuram Ecclesiasticam frater Petrus Roussel, qui nunc obtinet beneficium, et hac conditione acquievit privationi factae de dicto beneficio, et renuntiavit annuo iuri quod posset praetendere in illo, et quod possit manere in oppido Ambianensi, quamdiu sibi placuerit, religiose et honeste et sub sui Praelati obedientia vivendo.

Item, super discordia mota et pendente in curia Capelleti-Parisiis inter Abbatem Sancti Petri Selincurtensis [93]) ex una, et fratrem Iohannem Carouge ex altera, super certis decimis dicto monasterio spectantibus, ordinat Capitulum quod frater Iohannes Carouge gaudebit de omnibus bonis et decimis et terragiis tam granorum quam lanae agnorum et aliorum fructuum ad vitam Venerabilis vitae Guillelmi Matissa [94]), nuper Abbatis dicti monasterii Sti Petri Selincurtensis;

[88]) Abbas Salinae Vallis = Salival, in dioecesi Metensi, erat Gerardus Du Fraine, abbas aa. 1500-1506. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 107. Simon iste, cognomine de Morville, abbas fuerat aa. 1483-1489.

[89]) In nota hac adiuncta a scriptore manuscripti, du Crocq, habemus specimen animadversionum personalium ab ipso hinc inde annotarum. Cfr E. Valvekens, in *Anal. Praem.*, XIV, 1938, p. 65, n. 5 : « À chaque occasion, il (du Crocq) ajoute des notes marginales assez pimentées, exprimant son dédain pour des Prémontrés du seizième siècle ».

[90]) Lezey fuerat antea ecclesia incorporata abbatiae Belli Stagni, quae postea transiit ad abbatiam Salinae Vallis. Cfr Backmund, *Monasticon*, III, p. 57; 105.

[91]) Iohannes Fretel.

[92]) Hautecourt erat paroecia incorporata abbatiae S. Petri Selincurtensis. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 566.

[93]) Iohannes Fretel.

[94]) Guil. Matissa, ou Matifas, abbas fuerat durantibus annis 1479-1498. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 569.

ea tamen conditione quod singulis annis tenebitur [43] dare et solvere praedicto Domino Guillelmo summam quadraginta librarum Turonensium, eique alimenta ministrare; et post decessum ipsius omnes praedictae decimae ad utilitatem dicti monasterii revertentur; tenebitur autem dictus frater Iohannes acquiescere sententiae latae in dicto Capelletto. Expensae etiam factae in prosecutione huiusmodi processus ab utraque parte compensentur. Quod si praedictus Carouge alimenta sufficientia eidem Domino Guillielmo dare et ministrare renuerit, et contenta in praesenti ordinatione adimplere distulerit, ex tunc a dictis desuper terragiis privatum declaramus. Pro poenitentia vero rebellionis, in monasterio sancti Petri suo Praelato coram toto Conventu nudato corpore et virgam tenens in manibus, veniam precabitur, tresque dies in pane et aqua ieiunabit.

Item, tenebitur praedictus frater Iohannes Carouge dicti Domini Guillielmi Matissas vita durante, et quamdiu dictam decimam tenuerit, singulis annis solvere praedictae Ecclesiae Sti Petri Selincurtensis unum modium bladi, unum modium avenae, sex sectarios vesciae, ad mensuram Abbatisvillae in termino Nativitatis Domini.

Item, ordinat Capitulum praesens quod Dominus Praemonstratensis vel Domini Praelati de Brabantia tentabunt et diligentissime inquirent, si invenerint quendam fidelem virum doctum et Ordinis nostri amicum, qui onus Procuratoris in Curia suscipiat; cui dabuntur viginti aut viginti quinque ducatus pro hoc anno, donec et quousque Ordo maiores habuerit pecunias.

Pariformiter praedictus Dominus tentabit si possit invenire Cardinalem qui onus Protectoris Ordinis suscipere velit, cui siquidem dabunt etiam XXV ducatus pro isto anno; et in futuro Capitulo advisabitur de maiori pecunia in Ordine colligenda pro maiori satisfactione facienda eidem Protectori.

Item, Capitulum praesens deputavit et deputat Abbatem Sti Martini Laudunensis [95]), Branensis [96]), et Sancti Andreae [97]), ad visitandum codicem super modificationem Statutorum Ordinis, et pro parte Praelatorum nostri Ordinis in Regno Franciae consistentium, in Capitulo proximo referendum et corrigendum, addendum vel minuendum quod expedire viderint, vel etiam acceptandum.

Item, ordinat Capitulum quod Praelati Flandriae, Brabantiae,

[95]) Abbas St. Martini Laudunensis erat Iohannes Poulaillier, aa. 1485-1522. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 512.

[96]) Iacobus de Bachimont.

[97]) Dionisius Daviau.

Floreffiae, Frisiae, Westphaliae et aliorum Theutonicorum inter se quantocius poterunt, advisabunt et deputabunt duos vel tres de ipsis similiter ad videndum et examinandum codicem, et pro parte ipsorum in Capitulo proxime futuro referendum et concludendum; qui quidem Praelati in Capitulo praedicto comparere tenebuntur.

Item, Capitulum ordinat quod omnes Praelati nostri Ordinis cogant per censuras Ecclesiasticas, si opus sit, omnes Religiosos beneficiatos, [44] ad reparandum domos Beneficiorum in quibus manent; ac etiam de reddendo computu de bonis et proventibus dictorum Beneficiorum, quodque ad minus semel in anno proprio Praelato suo omnia peccata sua confiteantur; et hoc sub poenis in Statutis contentis.

Item, quia frater Nicolaus Champion, Religiosus monasterii Vallis Secretae, accusavit Praelatum suum de multis gravibus et enormibus super quibus innocens repertus est [98]); ac etiam quia praedictus Champion semper per lubrica vixit, et quatuor aut quinque proles ex quadam muliere suscepit, sine habitu Religionis incedit, multa quoque enormia et gravia delicta in scandalum perniciosum totius nostri Ordinis perpetravit, ea de re Capitulum habita desuper matura deliberatione condemnavit et condemnat eundem Champion propter sua demerita ad perpetuos carceres in victu tenui, salva tamen gratia Capituli.

Item, quod fiant litterae missivae dirigendae Regiis Officiariis Castri-Theodorici, quatenus dignentur consilium et auxilium impendere ad capiendum praefatum Confratrem Nicolaum, et si ex parte Praelati sui fuerint requisiti, carceres mutuare dignentur et custodem, expensis tamen monasterii Vallis Secretae.

Item, quia anno praeterito super iure Prioratus de Morangle, de quo inter fratrem Iacobum Gobert ex una, et fratrem Pepinum Sancti Iusti Bellovacensis [99]), fuerat in Curia Capelletti litigatum, ordinatum fuerat etiam de consensu personaliter comparentium, videlicet fratris Iohannis de Soline, Religiosi in Ius dicti Prioratus subrogati, et dicti fratris Pepini quod processus inter eos invitus usque ad praesens Capitulum Generale suspenderet; quodque quaelibet pars omnia et singula munimenta et litterae de quibus quaelibet pars se iurare intendit, afferret, ordinationique Capituli stare promiserant sub poena perditionis praetensi Iuris in dicto beneficio; quod minime fecit praedictus

[98]) Iohannes Michon.

[99]) Morangle erat ecclesia incorporata abbatiae St. Iusti Bellovacensis = St. Just-en-Chaussée (dioec. Bellovacensis). Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 564.

frater Iohannes de Soline, sed dictum fratrem Pepinum ad iudicium traxit saeculare, nec in praesenti Capitulo comparuerit, nec dicta munimenta attulit aut transmisit contra ordinationes praedicti Capituli directe veniendo. Quapropter habita desuper matura deliberatione, Capitulum declaravit et declarat praefatum Iohannem a dicto Beneficio privatum, prout et privat perpetuo; et nihilominus propter rebellionem manifestam et inobedientiam pro poenitentia salutari iniunxit et iniungit eidem sex sextas ferias in pane et aqua ieiunare. Et casu quo moliretur ad dictum Prioratum [45] reverti vel ad iudicium saeculare dictum Pepinum invocare et evocare; per Abbatem Sancti Iusti Bellovacensis capiatur et incarceatur, invocato ad hoc, si opus fuerit, brachii saecularis auxilio. A qua quidem sententia Iohannes de la Marre, Procurator dicti fratris Iohannis, appellata est praesens sententia in Capitulo nostro die XI mensis Maii, anno M° quingentesimo primo.

Item, fiant litterae orationum pro Domicella Roneta Dangueches vidua defuncti Roberti de Vinacourt; ac Margareta sorore eiusdem, et parentibus suis in secundo coniugio.

Item, similiter nobili viro Iohanni de Hertam et eius conthorali cum liberis, amicis et eorum Benefactoribus tam vivis quam defunctis.

Item, pariformiter pro venerabili et honesto viro Magistro Reginaldo Bamnalle, Canonico Sancti Quintini Viromandensis, fratribusque suis Iohanne et Guillielmo cum eorum liberis et uxoribus ac sorore ipsius, eiusque Capellano, Domino Philippo Cati, prebytero, cum omnibus amicis et parentibus. Ad supplicationem Venerabilis Confratris nostri Abbatis Vallis Christianae [100]).

Item, ad aures praesentis Capituli pervenit quod Praepositi sive Religiosi sancti Iacobi in Langherma priscis temporibus quamdam magnam capellam in grangiam Virden cum Cemetorio conferrato pro familiaribus decedentibus, ex quo nituntur quidam seculares illam Capellam parochialem dicere Ecclesiam, unde in posterum eidem monasterio maiora damna evenire possent per grangiae amissionem. Qua de re Capitulum ordinavit et ordinat eidem Praeposito quatenus praedictam capellam destruat, ita tamen quod ibidem minorem Capellam honestam aedificet, in qua aliquando per suos Religiosos aut alios Missae celebrentur.

[100]) Nomen huius abbatis notum non est.

Item, quia audita querimonia de vita dissoluta Monialium Sinus Beatae Mariae in Ghueldriae ducatu [101]) de consensu Revmi Patris Domini Abbatis Praemonstratensis, qui transtulit Paternitatem dicti Monasterii quam in eo habebat, ad Abbatem Abbati de Insula [102]), quatenus visitet praefatum monasterium Sinus Sanctae Mariae, et reformet illud, authoritatemque Patris-Abbatis in ipso aut eius successores fuerint requisiti, tenebuntur reddere litteras quas habent a Domino Praemonstratensi super translatione dictae Paternitatis et eidem Paternitatem cedere.

Item, ordinat Capitulum quod Abbas de Perrodio Novo [103]) restituat et reddat Iohanni Courtois, Religioso dicti monasterii, vestimenta et utensilia quae habebat in dicto monasterio de Perrodio novo, et solvat [46] eidem vestiarium sicut aliis Religiosis sui Monasterii facere consuevit, quamdiu in monasterio de Stella [104]) morabitur, alioquin ad ipsum recipiendum et in suo Monasterio tractandum censuris et poenis quibus decet compellatur.

Item, Capitulum admissis litteris orationum supplicante Abbate de Longo Vado [105]), fieri pro Domino Iohanne de Villers, milite, eius genitrice, uxore cum eorum liberis.

Visitatores anni praesentis quingentesimi primi :

Franciae, Flandriae, Brabantiae et Floreffiae : Dominus Praemonstratensis, assumpto secum aliquo Praelato Ordinis.

Lotharingiae, Burgundiae, Alverniae et Sabaudiae : Dominus Sancti Martini Laudunensis [106]), assumpto Praelato.

Angliae et Scotiae et Gasconiae : Dominus Praemonstratensis.

Hispaniae : Sancti Christophori [107]), pro novem annis.

[101]) Sinus S. Mariae, seu Zennewijnen, situm erat in Geldria, in Neerlandia, in archidioecesi Ultraiectensi. Anno 1572, subversum fuit hoc monasterium. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 338 s.

[102]) Iacobus Daelde.

[103]) Abbas Perrodii Novi (= Le Perray-Neuf), in dioecesi Andegavensi = Angers, tunc erat Michael de Solesmes. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, pp. 28-30.

[104]) Petrus Lefebre.

[105]) Antonius Charlier.

[106]) Abbas S. Martini Laudunensis tunc erat Iohannes Poulaillier. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 512.

[107]) Abbas S. Christophori de Ibeas, in archidoecesi Burgensi = Burgos, erat Iohannes de Arciniega. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 267.

Frisiae : Praepositus sancti Iacobi in Langherna [108]), pro tribus annis.

Westphaliae : provisum est usque ad revocationem [109]).

Pontivi, Normanniae : Abbas Domni-Martini [110]), et Sti Andreae [111]), et uterque in solidum, casu quo ambo visitare non possunt ad biennium.

Vadegotiae et Iveldiae : provisum est ad triennium [112]).

Hungariae et Austriae, Poloniae, Bohemiae, Moraviae, Tusciae, Siciliae, Calabriae, Cypri, Terrae Ierosolymitanae : Dominus Cuissiacensis [113]), cum potestate substituendi.

Concordat similiter cum ipsis quas Praemonstrati hac adhuc die decima tertia Novembris 1661 in Secretariatu asservantur Actis in pergameno scriptis et decem paginis comprehensis, ex quibus copia hanc Posteritati consulens exscripsi, et in fidem subscripsi.

Fr. Gregorius du Crocq, Ordinis Secretarius.

[108]) Iohannes Van Boemel.

[109]) In Capitulo Generali anni 1500 visitator huius Circariae denominatus fuerat abbas Knechtstedensis, Nicolaus Hüls.

[110]) Abbas Domnimartini, seu S. Iudoci in Nemore, in dioecesi, olim Ambianensi, nunc Cameracensi, erat Balduinus de Harsin. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 551.

[111]) Dionysius Daviau.

[112]) In Capitulo Generali anni 1500, visitator huius Circariae constitutus fuerat praepositus Laurissensis, Hermannus v. Baack; et quidem ad quadriennium.

[113]) Tugdualdus De Vennes.

2

1502

(Ms. Laon, 538, pp. 47-54)

[47] Acta et Diffinitiones Capituli Generalis Ordinis Praemonstratensis, in oppido sancti Quintini Viromandensis [1]), celebrati anno Domini millesimo quingentesimi secundo, vicesima quarta Aprilis et diebus sequentibus.

Nomina Praelatorum praesentium in dicto Capitulo :

Dominus Praemonstratensia [2])
Sancti Martini Laudunensis [4])
Floreffiensis [6])
Cuissiacensis [8])
Vallis-serenae [10])
Sancti Michaelis [12])
de Seriaco in Pratis [3])
Montis-Dei [5])
Insulae Dei [7])
de Bellosanna [9])
Calvi-Montis [11])
Clari-Fontis [13])

[1]) Saint-Quentin. Cfr supra, p. 3, n. 1.

[2]) Abbas Praemonstratensis annis 1497-1512 erat Iohannes de l'Escluse. Cfr supra, p. 3, n. 3.

[3]) Iohannes Merlot. Cfr supra, p. 5, n. 25.

[4]) Abbas S. Martini Laudunensis, sitae ad portas civitatis eiusdem nominis, Laon, erat Iohannes Poulaillier, abbas aa. 1485-1522. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 512.

[5]) Aegidius l'Ours. Cfr supra, p. 5, n. 29.

[6]) Abbas Floreffiensis (in dioecesi Namurcensi) erat Iohannes Sampeyn, abbas aa. 1492-1508. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 378.

[7]) Guillielmus le Roy. Cfr supra, p. 5, n. 28.

[8]) Tugdualdus de Vennes. Cfr supra, p. 3, n. 4.

[9]) Iohannes Boudet. Cfr supra, p. 5, n. 27.

[10]) Guilielmus Tachet. Cfr supra, p. 6, n. 37.

[11]) Abbas Calvi Montis = Chaumont, in dioecesi Remensi, erat Petrus Frayart, abbas inde ab a. 1491. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 370.

[12]) Abbas S. Michaelis Antverpiensis (in civitate eiusdem nominis sitae), erat Iacobus van Elsacker, abbas aa. 1499-1505. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 268.

[13]) Abbas Clari Fontis = Clairefontaine, in dioecesi antea Laudunensi, nunc Suessionensi, erat Iohannes quidam, inde ab a. 1494. Anno currente 1502, Antonius Geoffroy abbas constituitur. Cum vero non praestiterit obedientiam Capitulo, abbas fit Geoffrey post praesens Capitulum generale.

Furnensis [14])
Parcensis [16])
Kenestedensis [18])
Bonae-Spei [20])
Sancti Foillani [22])
Viromandensis [24])
Viconiensis [26])
de Castello prope Mauritaniam [28])
Sancti Iohannis Ambianensis [30])
Sancti Petri Selincurtensis [32])
Sancti Andreae in Nemore [34])
Sancti Mariani Altissiodorensis [35])
Hermeriarum [37])
Thenoliensis [15])
Vallis-Dei [17])
Septem Fontium in Therascia [19])
Branensis [21])
Carthovorensis [23])
Vallis Christianae [25])
Vallis secretae [27])
Camerae Fontis [29])
Loci Restaurati [31])
Loci-Dei [33])
Mirae Vallis [36])
Regiae Vallis [38])

14) Abbas Furnensis, sitae in civitate eiusdem nominis, erat Iohannes Buerse, abbas aa. 1494-1512. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 433.

15) Thiebaldus. Cfr supra, p. 5, n. 20.

16) Arnoldus Weyten. Cfr supra, p. 3, n. 6.

17) Iohannes Tolman. Cfr supra, p. 5, n. 21.

18) Abbas Knechtstedensis, in dioecesi Coloniensi, erat Nicolaus Hüls, abbas aa. 1496-1507. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 177.

19) Abbas Septem Fontium in Therascia, in dioecesi Remensi, erat Adam Cornu, abbas aa. 1483-1518. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 399.

20) Nicolaus Van Mierdorp. Cfr supra, p. 4, n. 9.

21) Iacobus de Bachimont. Cfr supra, p. 6, n. 33.

22) Gasparus de Plicinier. Cfr supra, p. 4, n. 10.

23) Simon Aubert. Cfr supra, p. 6, n. 34.

24) Iohannes. Cfr supra, p. 4, n. 12.

25) Nomen abbatis non est notum. Cfr supra, p. 6, n. 35.

26) Ludovicus Hoston. Cfr supra, p. 4, n. 14.

27) Iohannes Michon. Cfr supra, p. 6, n. 36.

28) Iohannes Auffroit. Cfr supra, p. 6, n. 31.

29) Renatus de Fontenay. Cfr supra, p. 7, n. 39.

30) Thomas de l'Escluse. Cfr supra, p. 13, n. 13.

31) Petrus de Haultecœur. Cfr supra, p. 6, n. 38.

32) Iohannes Fretel. Cfr supra, p. 5, n. 17.

33) Abbas Loci Dei, seu Deiloci = Dilo, in dioecesi Senonensi, erat, uti videtur, Thomas Tuyau, abbas inde ab a. 1499. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 500.

34) Dionysius Daviau. Cfr supra, p. 4, n. 16.

35) Abbas Sancti Mariani Altissioderensis = Auxerre, in civitate et dioecesi eiusdem nominis erat Nicolaus Joannis, abbas aa. 1496-1540. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 477.

36) Stephanus Bazelaire. Cfr supra, p. 4, n. 11.

37) Andreas Richard. Cfr supra, p. 7, n. 40.

38) Abbas Regiae Vallis = Riéval, in dioecesi, olim Tullensi, nunc Virdunensi, erat Dominicus de Sonsault, abbas aa. 1488-1510. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 101.

Albae Curiae [39])
Lisquensis [41])
de Longo Vado [43])
de Stella [45])
de Marchasio Radulphi [47])
Iustimontis [40])
Sancti Pauli Virdunensis [42])
Rengis Vallis [44])
de Genliaco [46])
(Omnes : 46).

Subscripti praestiterunt obedientiam manualem :

Iusti-Montis; Vallisserenae; Rengisvallis; Dei-loci; Septemfontium.

Imprimis ordinatum est quod omnes Praelaeti hac vice erunt diffinitores.

Item Missas celebrari consuetas, primam missam : Vallis-serenae [48]); 2am, Iustimontis [49]); 3am, Mirae-Vallis [50]) Abbates celebrabunt.

Item receptores talliarum erunt Sti Ioannis Ambianensis [51]) et Sancti Andreae [52]) Abbates.

Item excusationes Praelatorum recipient Bonae-Spei [53]) et Sancti Evodii de Brana [54]), Abbates.

Item litteras sigillo Capituli generalis sigillandas videbunt, examinabunt et sigillabunt Patres-Abbates cum iis quos secum voluerint advocare.

[39]) P. Carré. Cfr supra, p. 7, n. 42.

[40]) Abbas Iusti Montis = Justemont, in dioecesi Metensi, erat Iohannes de Hayange, abbas aa. 1489-1521. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 84.

[41]) Carolus de Récourt. Cfr supra, p. 7, n. 47.

[42]) Abbas S. Pauli Virdunensis, in civitate et dioecesi eiusdem nominis, erat Tugdualdus d'Evenne. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 114.

[43]) Antonius Charlier. Cfr supra, p. 7, n. 45.

[44]) Abbas Rengis Vallis = Rengéval, in dioecesi, olim Tullensi, nunc Virdunensi, erat Desiderius du Jouy, abbas aa. 1499-1510. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 98.

[45]) Iohannes de Montesson. Cfr supra, p. 7, n. 43.

[46]) Abbas Genliaci = Genlis, in dioecesi, olim Noviomensi, nunc Suessionensi, erat Iacobus le Pelletier, abbas aa. 1496-1525. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 504.

[47]) Abbas Marchasii Radulphi = Marcheroux, in dioecesi, antea Rothomagensi, nunc Bellovacensi = Beauvais, erat Iohannes de Quenouilles. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 559.

[48]) Iohannes Tachet. Cfr n. 10.

[49]) Iohannes de Hayange.

[50]) Stephanus Bazelaire.

[51]) Thomas de l'Escluse.

[52]) Dionysius Daviau.

[53]) Nicolaus Van Mierdorp.

[54]) Iacobus de Bachimont.

Item auditores Compotorum erunt Patres-Abbates cum iis qui voluerint interesse.

Super supplicatione facta per Reverendum Patrem Dominum Iohannem Abbatem Sancti Martini Laudunensis [55]), requirentem quatenus amodo in praedicta Ecclesia singulis Sabbatis post Vesperas Beatae Mariae, [48] Conventus exire ex choro incoepta antiphona Salve Regina, et illam cantando, ipse Conventus eam perficeret coram imagine Virginis gloriosae, cum versiculo : Post partum, et Collecta : Concede; superadditis psalmo : De profundis, cum versiculis et Collectis, per ipsum Capitulum generale consensum nostrum impartire dignaremur. Quodque ut Religiosi praedicti monasterii praesentes et futuri magis ad haec facienda perpetuo inclinentur, praefatus Dominus Iohannes concessit et concedit eisdem unum galetum optimae vitis sitae in territorio Laudunensi in coro dicto Noyard, eidem Abbati ex patrimonio spectantem, ad argumentationem Religiosorum. Et casu quo Abbates illius loci dictam vineam retinere vellent pro usu Ecclesiae, tunc praefati Religiosi Conventuales reciperent octodecim galetos frumenti quos Ecclesia praefata recipit annuatim a Monasterio Buciliensi [56]) super Curtem de Moyen. Praesens Capitulum petitioni praedicti Revdi Patris, praefatoque Conventui licentiam illud faciendi concessit.

Item, supra supplicatione facta per Religiosos Monasterii Lisquensis requirentes quod pensio anno praeterito assignata Religioso viro fratri Egidio le Marchant, nuper abbati dicti Monasterii rescindatur [57]), asserentes eandem pensionem nimium fore excessuram, et quod propterea residuo bonorum monasterii minime sustentari, de eorum vestitum et necessaria habere possent; audita eorum requesta, consideratis considerandis, Capitulum ordinat quod Abbates sancti Augustini Morinensis [58]) et sancti Andreae in Nemore [59]), aut eorum alter ad praefatum Monasterium se transferrent; vel eorum alter casu quo ambo ad hoc vacare non possent; et super contentis in dicta

55) Iohannes Poulaillier.

56) Abbatia Buciliensis = Bucilly sita erat in dioecesi Laudunensi, nunc Suessionensi. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 365.

57) Aegidius Le Marchant abbas Liskensis fuerat usque ad annum (circa) 1500. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 417, qui scribit : Marchand. Cfr supra, p. 11.

58) Abbatia S. Augustini Morinorum, seu S. Augustini Tarvanensis, in civitate et dioecesi eiusdem nominis (Thérouanne = Terwanen), annis 1497-1526, uti abbatem habebat Nicasium Rhedys. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 423.

59) Dionysius Daviau.

supplicatione et eorum dependentiis se debite informabunt, et Domino Praemonstratensi et Patribus-Abbatibus referent quam citius fieri poterit quod desuper veritate fulciri repererint ut desuper quod iustum fuerit ordinetur, die competente partibus assignando audituris, quod per praefatos Patres-Abbates fuerit desuper ordinandum. Item, in commissione inseratur quod fiat inquisitio comparando unam casulam et cappam, quod si verum sit, cogant eumdem antiquum ad restituendum praefatas centum libras.

Item, annuit Capitulum litteras orationum pro nobili viro Iacobo de Recourt, Domino temporali de Lisque et Ioanniae de Huilles, eius conthorali, ad requestam Confratris nostri Abbatis Lisquensis, fratris praedicto Domini.

Item, super modificatione Statutorum ac Reformatione monasteriorum et personarum eiusdem Ordinis utriusque sexus, super quibus nova Statuta edita sunt, et per Capitulum acceptata [60]); ordinat Capitulum quod fiat supplicatio summo Pontifici, quatenus dignetur confirmare Statuta praefata sicut in Memoriali desuper facto ad plenum continentur; Et ad sollicitandum et obtinendum signaturam a Summo Pontifice, deputat Dominos Abbates Sti Michaelis Antverpienses, Parcensem et Furnensem [61]), quibus promittit satisfacere de pecuniis in expeditione et elocatione praedictae signaturae exponendis.

Item, fiat missiva Ragusino, SSmi Domini nostri Papae Referendario et Cancellario, rogando quatenus ad praefatam signaturam obtinendam manus porrigat adiutrices, eidem regratiando de bonis dudum Ordini impensis, cum deprecatione favoris Ordini impendendi in posterum.

[60]) Statuta nova, in Ordine retractata, ad redactionem finalem deduci potuerunt. Quod in Capitulis praecedentibus decisum erat, nunc foeliciter perfectum esse animadvertitur.

[61]) « Après de longues préparations, l'Ordre possédait ses nouveaux Statuts. Aussitôt, le Chapitre chargea tous les Prélats d'observer eux-mêmes et de faire observer par leurs religieux les dispositions nouvelles... Ainsi donc, les Statuts étaient promulgués et imposés à l'observance de tous les religieux. Mais il fallait encore recevoir l'approbation du Souverain Pontife. Le Chapitre Général ne voulait point manquer de soumettre les nouveaux Statuts à l'examen de la Curie Romaine. Le Pape actuellement règnant, Alexandre VI, devait d'ailleurs encore approuver les dispositions prises naguère par ses prédécesseurs Pie II et Sixte IV. Le Chapitre rédigea donc un mémoire au Souverain Pontife. Il chargea en même temps les Prélats de Saint-Michel d'Anvers, de Parc et de Furnes, de faire toutes les démarches nécessaires pour obtenir l'approbation pontificale ». E. Valvekens, *Le Chapitre Général et les Statuts de 1505*, in *Anal. Praem.*, XIV, 1938, p. 72. Abbas S. Michaelis erat Iacobus Van Elsacker; Parcensis : Arnoldus Weyten; Furnensis : Iohannes Buerse.

Item, praesens Capitulum confirmat traditionem factam per Abbatem et Conventum Sti Andreae in Nemore de Curte de Bleville ad sexaginta annos cuidam colono nomine Ioannis Levesque, sub conditionibus in litteris contentis, attenta etiam utilitate dicti Monasterii tam in reparationibus quam in augmentatione pretii.

Item, consimilem confirmat commutationem factam inter dictos Abbatem [62]) et Conventum Sti Andreae in Nemore, et nobilem virum David de Goy, dominum de Esqueremont, de sex sextariis grani ad mensuram Monstreoli, decem solidis et uno capone, pro duobus sextariis bladi ad mensuram de bello Ramo, quos praefata Ecclesia percipiebat super terram de Esqueremont, quod duos sextarios praefati Abbas et Conventus quittaverunt pro praedictis sex sextariis grani, decem solidis et uno capone.

Item, Capitulum annuit Abbati et Conventui Domni Martini [63]), et eorum successoribus quod amodo cantent prosam de Sto Iudoco incipientem : O alma cohors.

Item, confirmat Capitulum litteras factas inter praedictos Abbates et Conventum monasterii Domni-Martini, et nobilem virum Dominum de Ramburos militem de servitiis per eundem Abbatem et Conventum in posterum faciendis, prout in litteris desuper factis continetur et inseratur confirmatio in praedictis litteris cum appensione sigilli Capituli Generalis.

Item, Capitulum praesens confirmat et approbat tractatum seu appunctinamentum quemdam factum inter Religiosos viros Abbatem et Conventum Monasterii de Ressonio [64]), et Abbatem et Conventum de Bellosanna [65]), sicut in eorum litteris continetur. Insuper quia decima pro qua solvuntur praedictis Religiosis de Bellosanna duo modii vini, est adeo diminuta, quod vix praedicti Religiosi de Ressonio praedictam pensionem integre solvere possent; idcirco praesens Capitulum de consensu partium personaliter comparentium ordinat et quod praefati Abbas et Religiosi de Ressonio usque ad decem annos solvent quolibet anno praefatis Religiosis de Bellosanna sexa-

62) Dionysius Daviau.

63) Abbas Dommartini = Dommartin, in dioecesi Ambianensi (nunc Atrebatensi), erat Balduinus de Hersin. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 551.

64) Abbas Ressonii = Ressons, in dioecesi Rothomagensi, nunc Belvacensi, erat Iohannes de Quenouilles, abbas aa. 1499-1519. Cfr supra, p. 12, n. 85.

64) Abbas Bellosanensis = Bellozanne, in dioecesi Rothomagensi, erat Iohannes Boudet, abbas aa. 1499-1519. Cfr supra, p. 95, n. 27.

ginta solidos Turonenses, quibus elapsis solvent sicut in antiquis eorum documentis habetur in termino Sti Martini hymalis [66]).

Christi nomine invocato, Nos, in Capitulo Praemonstratensi sedentes pro tribunali, viso processu facto super accusatione intoxicationis propositae in personam Rdi Patris Domini Abbatis Sti Andreae in Nemore [67]) per fratrem Iacobum Lamirand, ac in dictum Abbatem per spatium mensium machinatae, ex peritorum consilio desuper habitis opinionibus, et casus gravitate pensata, confessioneque eius audita, et visis in hac parte videndis, Capitulum condemnavit et condemnat eumdem fratrem Iacobum Lamirand ad carceres in monasterio, expensis praedicti monasterii Sti Andreae, videlicet omnibus quartis et sextis feriis in pane et aqua; aliis vero diebus victu tenui; quibus carceribus numquam liberari poterit nisi per Capitulum generale, ut si visa contritione contigerit eundem liberari e praedictis carceribus, ad Ecclesias nostri Ordinis valde remotas residuum vitae suae emittetur. Lata fuit praesens sententia per nos Iohannem, Abbatem Praemonstratensem [68]), coeterosque Abbates Generale Capitulum celebrantes in oppido sancti Quintini in praesentia nostri notarii subscripti die vigesima quinta Aprilis, anno praedicto., Signatum : A. Hognant.

Propter gravem casum per fratrem Ludovicum Jourdieu in Monasterio Praemonstratensi per eum commissum, propter quem ad monasterium Sancti Foillani [69]) ad triennium emissus fuit, et secundario in dicto monasterio Sti Foillani alios casus nefarios ipse frater Ludovicus commisit; Capitulum ipsum damnat ad carceres per annum continuum cum victu tenui, qui sextis feriis in pane et aqua ieiunabit.

Item, fiant litterae orationum quia dudum Capitulum generale concessit litteras orationum Ordinis Domino Iohanni de Nellis, Praeposito Sancti Fareyldis Gaudensis. Nunc vero quia de eius obitu innotuit praesenti Capitulo, ordinat ipsum Capitulum quod fiat pro se servitium per totum Ordinem sicut in ipsius litteris continetur.

Item, fiant litterae orationum pro magistro Iohanne Cinnelli decano Neateriarum ac Canonico Remensi ad requestam venerabilis Confratris nostri Abbatis Cuissiacensis [70]).

[66]) S. Martinus hyemalis coincidit cum festo S. Martini, die 11 Novembris.

[67]) Dionysius Daviau.

[68]) Iohannes de l'Escluse.

[69]) Gasparus de Plicinier.

[70]) Tugdualdus de Vennes.

Item, fiant litterae orationum pro nobili viro de Rite Capitaneo de Farra in Tardine sub Illustrissimo Principe Domino Angolsinensi, eiusque conthorali ac liberis eorumdem, ad requestam Venerab. Confratris nostri Abbatis Vallis-Christianae [71]).

Item, Capitulum praesens ordinat quod sententia lata anno praeterito contra fratrem Ludovicum Romain quoad privationem domus dictae Rendus [72]) suum sortiretur effectum; nihilominus ad requestam nobilis viri Domini de Bachaia poena carceris in pane et aqua sibi iniuncta remittitur; manebitque amodo in suo monasterio vel in alio quocumque monasterio ubi gratiosum invenerit receptorem, honeste et religiose vivendo, alias praedicta sentiretur effectum.

Item, Capitulum praesens ordinat quod in monasterio sancti Martini [73]) fiant fortissimi carceres expensis Ordinis; in quibus Religiosi Ordinis per Capitulum ad carceres damnati recludantur; et amodo reputabitur custos carcerum et Religiosorum in illis existentium, cui annuatim dabuntur centum solidi pro poenis et laboribus, et propterea de eorum custodia respondere tenebitur.

Item, ordinat Capitulum quod in commissione Circariae Westphaliae inseratur specialis clausula, quod Religiosi praefatae Circariae tenentur obedire suis Praelatis totiens quotiens mittentur vel iniungetur deservire officiis vel beneficiis ab ipsis dependentibus, et ad id faciendum censuris quibus decet compellantur.

Item, viso praecepto Rentium domini nostri Regis, facto Abbati et Conventui Vallis-secretae de vendendo terram et dominium de Verdilly, per eos nuper acquisitam infra annum; Capitulum ordinat eidem Abbati insequendo praecepta Regis, quod vendat eandem terram, ne in praeiudicium dicti monasterii vertat atque detrimentum.

Item, quia constitit Capitulo quod frater Ioannes de Zuthphania furtum sustulit a Praeposito Laurissensi, Visitatore Circariarum Wadegotiae et Iveldiae [74]) magnam pecuniae summam. His consideratis, Capitulum remittit et quiittat eidem propter decem florenos Rhenenses.

Item, Capitulum praesens annuit litteras orationum Ordinis pro nobili Scutifero Domino Philippo de Longueval, Capitaneo Laudunensi.

Item, quia a duobus annis citra per Visitatores Ordinis frater

71) Nomen huius abbatis notum non est.

72) De hoc negotio fuse actum est in Capitulo generali anni 1501. Cfr. supra, p. 10.

73) Agitur de monasterio S. Martini Laudunensis.

74) Praepositus iste, in Capitulo Generali anni 1500, constitutus fuerat visitator Wadegotiae et Iveldiae ad quatuor annos. Cfr *Acta et Decreta*..., I, p. 206.

Rogerius Canonicus Monasterii Cappenbergensis per biennium fuit carceri condemnatus, qui anni sunt elapsi; nunc vero Capitulum praesens ordinat quod si Visitatores anni praesentis viderint eum satis contritum, et absolutionem obtinuisse a Summo pontifice, poterunt illum remittere ad aliud monasterium Ordinis reformatum, residuum vitae suae poenitendo peracturus in pane et aqua doloris.

Praeterea Capitulum declarat et ordinat quod Abbas Steynveldensis [75]) noviter promotus exequatur commissionem visitationis Circariae Westphaliae, et fungatur authoritate sui praedecessoris [76]) una cum abbate Kenestedensi [77]). Et idem abbas Steynveldensis singulariter visitet monasterium Kenestedense et faciat declarationem ordinationis Capituli de Religiosos cogendis ad deserviendum officiis vel beneficiis spiritualibus vel secularibus. Item, praefati Visitatores visitent monasterium Cappenbergense [78]); et casu quo non pateret tutus accessus ad illud, in loco tuto citentur, et ad observantiam trium votorum essentialium et observantias Regulares Ordinis Praemonstratensis per censuras ecclesiasticas compellant. Item, praedicti Visitatores visitent et reforment monasteria Monialium in sancto Gerlaco [79]) et Willinchusen [80]) et includent Sorores ad instar aliarum Monialium inclusarum, et cogantur... (sic!) in Willinchusen reddere computum legalem de ombivus receptis.

Item, fiant missivae Episcopo Monasteriensi in meliori et ampliori forma, ipsum humillime rogando quatenus dignetur consilium, et benignum favorem impendere Visitatoribus nostri Ordinis ad reformandum Monasterium Cappenbergense, et ad hoc faciendum manus porrigere adiutrices.

Item, Capitulum confirmat et approbat traditionem seu contractum factum per Reverendissimum Patrum Dominum nostrum Praemonstratensem et Conventum suum de domo et pertinentiis de

[75]) In abbatia Steinfeldensi = Steinfeld, in dioecesi, olim Coloniensi, nunc Aquisgranensi, anno 1501, munus abbatiale inceperat Iohannes v. Münstereifel. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 195.

[76]) Praedecessor abbatis von Münstereifel erat Iohannes von Düren. Cfr ib.

[77]) Abbas Knechtstedensis erat Nicolaus Hüls, abbas aa. 1496-1507. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 177.

[78]) Monasterium Cappenbergense situm erat in dioecesi Monasteriensi. Annis 1492-1511 abbas erat Theodoricus v. Olden. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 160.

[79]) S. Gerlacus in Houtem erat monasterium Monialium. In dioecesi, olim Leodiensi, nunc Ruremundana.

[80]) Agi videtur de monasterio Monialium in Flaesheim, in dioecesi, olim Coloniensi, nunc Monasteriensi. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 165.

Bonolio [81]), Antonio Le Vassere ad vitam ipsius, eius uxoris et liberorum eorumdem prout in litteris desuper confectis continetur.

Item, quia nonnulli nostri Ordinis Religiosi curati parochiales et beneficiati, votorum religionis et suae salutis immemores, non verentur mulieres suspectas in suis domibus presbyteralibus in concubinas retinere, tabernasque et commessationes publicas frequentare; plerumque etiam Religiosi conventuales cum de licentia suorum Praelatorum ad visitandum amicos vel alias pro negotiis Ordinis exeunt, praedictas tabernas et cum saecularibus et inhonestis personis ipsas intrare, tabernas frequentare, ad potus aequales bibere, et qui fecundiores exhaurit calices, apus eos plus laudatur, et sic in sua malitia gloriantur in grave scandalum Ordinis nostri, et animarum suarum periculum permaximum. Volentes igitur tantis obviare fascinoribus, Capitulum ordinat et nihilominus in virtute salutaris obsedientiae, praecipit universis nostri Ordinis Abbatibus et Praelatis quatenus quantocius fieri poterit, moneant praefatos Religiosos beneficiatos sub excommunicationis poena ac suorum beneficiorum privatione, quatenus infra quindecim dies post monitionem sibi factam praedictas concubinas omnino abiciant et expellant, et a tabernarum frequentatione penitus desistant. Alioquin si animo indurato praemissa non adimpleverint, et postmodum de praedictis concubinis convicti fuerint, a suis beneficiis perpetuo priventur, et in claustro revocentur, ipsosque privatos esse authoritate praesentis Capituli declarentur. Conventuales vero si amodo tabernas intrare quovis modo sive quacumque ex causa praesumpserint, aut si potus aequales in quocumque loco bibere, vel seipsos ad potandum verbo, signo, nutu vel alias quovis modo exquisito excitaverint, vel ebrii inventi fuerint, decem dierum gravioris culpae absque omni remissione subdantur; quod si unica punitione non resipuerint, per poenam carceris et gravioris culpae ad arbitrium Praelatorum prout plus deliquerint, arceantur.

Item, Capitulum praesens confirmat et approbat conventionem olim initam inter Abbatem et Conventum de Monte Dei [82]), et Curatum de Jues [83]) a dicto monasterio dependentem, de praebendis quas

[81]) Bonolium = Bonneuil, monasterium Monialium, in dioecesi, olim Noviomensi, nunc Ambianensi. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 484.

[82]) Aegidius l'Ours. Cfr n. 29.

[83]) Juas videtur identificandum cum Juaye; nostris diebus Mons Dei in municipio huius nominis situm est.

praedictus Curatus providere tenetur Conventui praefato; quemadmodum in litteris desuper confectis continetur.

Item, quia praesenti Capitulo constitit et constat de inoboedientia et rebellione Petri Moli et Michaelis Daimergue, Religiosorum de Monte Dei, Capitulum praesens emittit eosdem ad monasterium Praemonstratense vel aliud Monasterium Ordinis, quorum loco alios duos Religiosos de Ordine praefatus Abbas recipere tenebitur, et ad praefatum emissionem sustinendam per praefatum Abbatem ecclesiastica censura compellantur Capituli generalis authoritate.

Item, fiat specialis commissio Abbati Knestedensi [84]) ad compellendum Religiosos de monasterio Bellae-Vallis [85]), qui ostiatim mendicant in oppido Coloniensi, ad regrediendum ad proprium monasterium; alioquin eosdem et carceribus mancipet, donec eorum facies ignominia repleta, praeceptis Ordinis oboedire compellantur.

Item, annuit Capitulum quod in Ecclesia Praemonstratensi Conventus cantare possit hymnos proprios de beato Nicolao, de Beata Catharina, et de Sancta Anna.

Item, Capitulum praesens ordinat et praescribit universis Ordinis Abbatibus quod Statuta Ordinis inviolabiliter observent, ac in eorum Ecclesiis per suos Religiosos faciant ad rigorem observari; et praesertim iuxta et secundum tenorem reformationis Pii Papae [86]). Quod si qui Religiosi Ordinis, quod absit, huic Reformationi contradicere aut resilire tentaverint, carceri strictissimo mancipentur in victu tenui, donec et quousque Ordinis suave et onus Christi leve suis humeris imponere, et quae in ipsis Statutis continentur, observare voluerint.

Item, attento servitio magistri Adriani Hougnant, Capituli nostri Notarii, Ordini impenso, Capitulum praesens eidem gratiose propinat et concedit summam triginta librarum pro suo gradu in Logica adipiscendo.

[84]) Nicolaus Hüls.

[85]) Bella Vallis, abbatia sita in dioecesi Remensi, uti abbatem tunc habebat Pontium Dufer. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 60.

[86]) Sermo hic fit de bulla Pii II, vi cuius Abbati Generali et Abbatibus Ordinis iniungitur ut Statuta Ordinis novo examini accurato subiciantur et retractentur. Puncta praecipua in hac bulla contenta enumerantur apud E. Valvekens, *Le Chapitre Général et les statuts Prémontrés de 1505*, in *Anal. Praem.*, XIII, 1938, pp. 7-9.

[87]) Abbas abbatiae Ilfeldensis = Ilfeld, sitae in dioecesi, olim Maguntina, nunc Hildesheimiensi, erat Iohannes Schumann, seu Neumarkt, abbas aa. 1500-1520. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 129.

Item, de novis emergentibus quae Capitulum generale non poterunt commode exspectare, praesens Capitulum ordinat Dominum Praemonstratensem et Patres Abbates, quibus dat authoritatem ordinandi, concludendi et diffiniendi, et, si opus fuerit, sigillo Capituli generalis sigillandi.

Item, fiant litterae orationum pro Domino Gratiano Deguerre gubernatore de Monseire ad requestam Rdi Domini nostri Abbatis.

Item, fiat commissio specialis Abbati Iveldensi [87]) ad visitandum monasterium Monialium de Housen et in bona reformatione intertenendi.

Item, fiant litterae orationum pro honorabili viro Ioanne Beaugrand et Aelide eius conthorali ac liberis eorumdem.

Item, consimiliter pro nobili viro Garrachio de Brandbourg milite, gubernatore Registolensis, ac Domino de Linne ac Meloto eius conthorali.

Item, in commissione Abbatis Osterhoviensis [88]) Visitatoris Bavariae, Hungariae et Bohemiae, inseratur clausula specialis, scilicet quod cogat Moniales Wennenses [89]) ad recipiendum Confessorem nostri Ordinis, probum et idoneum; et hoc sub excommunicationis poenis, et cum auxilio brachii saecularis, si opus sit, etiam appellatione remota.

Visitatores anni praesentis quingentesimi secundi :

Franciae, Flandriae, Brabantiae, Floreffiae, Lotharingiae : Dominus Praemonstratensis, assumpto secum aliquo Ordinis Praelato.

Burgundiae, Alverniae et Sabaudiae : Sti Mariani Altissiodorensis [90]), ad biennium, assumpto secum, etc.

Angliae, Scotiae, Gasconiae : Dominus Praemonstratensis.

Hispaniae : Sti Christophori de Arnellis [91]).

Frisiae : Praepositus sancti Iacobi in Langherna [92]).

[88]) Abbas Osterhoviensi, = Osterhofen, in dioecesi Passaviensi, erat Iohannes Retzinger, abbas aa. 1500-1504. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 45.

[89]) Wenau erat monasterium Monialium in dioecesi Coloniensi situm. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 199.

[90]) Nicolaus Joannis.

[91]) Abbas S. Christophori de Arnellis, seu San Cristobal de Ineas de Juarros, sita in dioecesi Burgensi, in Hispania, erat Iohannes de Arciniega, abbas aa. 1484-1516. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 267.

[92]) Iohannes Van Boemel. Cfr supra, p. 3, n. 7.

Westphaliae : Steinveldensis et Kenestedensis [93]).

Pontivi, Normanniae : Abbas Domni-Martini [94]), assumpto secum Abbate Sti Andreae [95]), pro isto anno.

Vadegotiae et Iveldiae : provisum est ad tres annos a Praeposito Lauressensi [96]).

Austriae, Moraviae, Poloniae, Tusciae : Prior Scholarium [97]).

Siciliae, Calabriae, Cypri, terrae Ierosolymitanae, Bavariae, Hungariae et Bohemiae : Osterhoviensis Abbas [98]), ad triennium.

Sueviae : Abbas Sorettensis [99]).

Authoritate Dei omnipotentis et Apostolocae Sedis excommunicamus et a consortio Christi fidelium segregamus omnes et singulos nostri Ordinis Canonicos et Conversos proprietatem habentes, incendiarios et falsarios, quovis modo falsaverint litteras Ordinis nostri, conspiratores, lusores deciorum, portantes scultellos acutos ad nocendum, apostatas et illos qui ad suorum mandata Praelatorum Ecclesias Parochiales quas tenent nolunt resignare.

Signatum per me, Notarium, et dicti Ordinis Praemonstratensis secretarium : A. Hougnant.

Et ego infrascriptus Ordinis Secretarius suprascripti Capituli anni 1502 ex fere undecim paginis pergamenariis, quae Praemonstrati servantur transcriptam copiam futuro Lectori fideliter et sine invidia communico et subscribo die 14 novembris 1669.

Fr. Gregorius du Crocq, Ordinis Praemonstratensis Secretarius.

[93]) Iohannes v. Münstereifel; Nicolaus Hüls. Cfr n. 75 et 77.

[94]) Abbas Domni Martini seu S. Iudoci in Nemore, in dioecesi, olim Ambianensi, nunc Atrebateni, erat Balduinus de Hersin, abbas aa. 1499-1517. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 551.

[95]) Dionysius Daviau.

[96]) Praepositus Laurissensis, seu Lörsch erat Lucas quidam. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 108.

[97]) Prior scholarium designat priorem Collegii Ordinis Parisiensis. In Capitulo generali anni 1498, Thomas de l'Escluse, frater abbatis generalis, constitutus fuerat prior Collegii istius. Cfr *Acta et Decreta Capitulorum Generalium Ordinis Praemonstratensis*, I, p. 177.

[98]) Iohannes Retzinger.

[99]) Abbas Sorethanus = Schussenried, in dioecesi, olim Constantiensi, nunc Rottenburgensi, erat Henricus Osterreicher, abbas aa. 1480-1505. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 84.

3

1503

(Ms. Laon, 538, pp. 55-62)

[55] Acta et Diffinitiones Capituli Generalis Praemonstratensis Ordinis in oppido Sancti Quintini Viromandensis, anno Domini millesimo quingentesimo tertio, die decima quarta mensis Maii et seqq. diebus celebrati.

Nomina Praelatorum.

Dominus Praemonstratensis [1])
Sti Martini Laudunensis [3])
Cuissiacensis [5])
Branensis [7])
Vallis Serenae [9])
Vallis Secretae [11])
Calvi-Montis [13])
Rengis Vallis [2])
Mirae Vallis [4])
Ianduriarum [6])
Camerae Fontis [8])
Sancti Pauli Virdunensis [10])
Sanctae Crucis Metensis [12])
Casae-Dei [14])

[1]) Iohannes de l'Escluse. Abbas Praemonstrati inde ab a. 1497. Cfr supra, p. 3, n. 3.

[2]) Desiderius de Jouy. Cfr supra, p. 21, n. 44.

[3]) Iohannes Poulaillier. Cfr supra, p. 19, n. 2.

[4]) Stephanus Bazelaire. Cfr supra, p. 4, n. 11.

[5]) Tugdualdus de Vennes. Cfr supra, p. 3, n. 4.

[6]) Abbas Ianduriarum = Jandeures, in dioecesi, olim Tullensi, nunc Virdunensi, erat Franciscus de Contrisson, abbas aa. 1486-1503. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 77.

[7]) Iacobus de Bachimont. Cfr supra, p. 6, n. 33.

[8]) Renatus de Fontenay. Cfr supra, p. 7, n. 39.

[9]) Guillielmus Tachet. Cfr supra, p. 6, n. 37.

[10]) Tugdualdus d'Evenne. Cfr supra, p. 21, n. 45.

[11]) Iohannes Michon. Cfr supra, p. 6, n. 36.

[12]) Abbas S. Crucis Metensis, in civitate et dioecesi eiusdem nominis, erat Gerardus Denis de Viget, abbas aa. 1501-1515. Cfr N. Backmund, *Monasticob*, III, p. 88.

[13]) Petrus Frayart. Cfr supra, p. 5, n. 18.

[14]) Abbas Casae Dei = La Casedieu, in dioecesi Auxitanensi = Auch, erat Iohannes Dumestre, abbas aa. 1488-1506. Cfr N. Backmund, *Monasterium*, III, p. 174.

Clari Fontis [15])
Bonae-Spei [17])
Sti Foillani [19])
Viconiensis [21])
de Castello prope Mauritaniam [23])
Sti Iohannis Ambianensis [25])
Sti Andreae in Nemore [27])

Lisquensis [29])
Montis Sancti Martini [30])
Viromandensis [32])
de Genliaco [34])
Sancti Iohannis de Falesia [36])
de Moncellis [37])

de Longo Vado [16])
Loci-Restaurati [18])
Thenoliensis [20])
de Blancha-Landa [22])
de Ressonio [24])
de Marchasio Radulphi [26])
Sancti Mariani Altissiodorensis [28])
Praepositus Sti Iacobi in Langherna [31])
Praepositus Middelburgensis [33])
Septem Fontium in Therascia [35])

[15]) Iohannes. Cfr supra, p. 5, n. 19.

[16]) Antonius Charlier. Cfr supra, p. 7, n. 45.

[17]) Nicolaus Van Mierdorp. Cfr supra, p. 4, n. 9.

[18]) Petrus de Haultdecœur. Cfr supra, p. 6, n. 38.

[19]) Gasparus de Plicinier. Cfr supra, p. 4, n. 10.

[20]) Thiebaldus. Cfr supra, p. 5, n. 20.

[21]) Ludovicus Hoston. Cfr supra, p. 4, n. 14.

[22]) Abbas Blanchalandae = Blanchelande, in dioecesi Constantiensi = Coutances, erat Petrus Lefebvre, abbas aa. 1501-1507. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 20.

[23]) Iohannes Auffroit. Cfr supra, p. 6, n. 31.

[24]) Abbas Ressonensis, = Ressons, in dioecesi, olim Rothomagensi, nunc Belvacensi, erat Iohannes de Quenouilles, abbas aa. 1499-1519. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 561.

[25]) Thomas de l'Escluse. Cfr supra, p. 4, n. 13.

[26]) Iohannes de Quenouilles. Cfr supra, p. 21, n. 47.

[27]) Dionysius Daviau. Cfr supra, p. 4, n. 16.

[28]) Nicolaus Joannis. Cfr supra, p. 20, n. 35.

[29]) Carolus de Récourt. Cfr supra, p. 7, n. 47.

[30]) Nomen huius abbatis notum non est. Cfr supra, p. 6, n. 32.

[31]) Iohannes Van Boemel. Cfr supra, p. 3, n. 7.

[32]) Iohannes. Cfr supra, p. 12, n. 13.

[33]) Praepositus, seu, uti videtur, abbas Middelburgensis, in dioecesi Ultraiectensi = Utrecht, erat Petrus van de Capelle, abbas aa. 1499-1518. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 311.

[34]) Iacobus le Pelletier. Cfr supra, p. 21, n. 46.

[35]) Adam Cornu. Vide supra, p. 20, n. 20.

[36]) Abbas S. Iohannis de Falesia = Falaise, in dioecesi Baiocensi, erat Iohannes Jonquin, abbas aa. 1479-1506. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 43.

[37]) Petrus Brunet. Cfr supra, p. 7, n. 46.

Iustimontis [38])
Regiae Vallis [39])

Subscripti praestiterunt obedientiam :

Sancti Iohannis de Falesia ; Praepositus de Mildelburgensi praestitit oboedientiam pro se et pro Praepositis ; Thenoliensis ; Gaudii-Vallis ; de Blancha-Landa ; Camerae-Fontis.

Imprimis ordinatum est quod omnes Praelati in dicto comparentes Capitulo, propter eorum paucitatem, erunt diffinitores.

Item, Missam celebrari consuetas, primam de Blanchalanda [40]), 2am de Falesia [41]), 3am Thenoliensis [42]) monasteriorum Abbates celebrabunt.

Item, Sancti Iohannis Ambianensis [43]) et Clarifontis [44]) Abbates regent chorum.

Item, talliarum receptores erunt Sti Iohannis Ambianensis et Sti Evodii de Brana [45]) Abbates.

Item, litteras sigillo Capituli Generalis sigillandas examinabunt et sigillabunt Patres Abbates, iis quos secum volerint advocatis.

Item, compotorum auditores erunt Patres-Abbates et alii omnes qui voluerint interesse.

Super supplicatione facta per modernum Abbatem et religiosos monasterii Insulae-Dei [46]), ordinat Capitulum quod modernus Abbas dicti monasterii de bonis Ecclesiae redimet baculum pastoralem et alia bona impignorata per fratrem Robertum Meschonet [47]), nuper Abbatem dicti monasterii, eo quod modernus Abbas ante assecutionem dignitatis Abbatialis sciebat illa esse impignorata.

38) Iohannes de Hayange. Cfr supra, p. 21, n. 46.

39) Dominicus de Sonsault. Cfr supra, p. 20, n. 43.

40) Petrus Lefebvre. Cfr n. 22.

41) Iohannes Jonquin. Cfr n. 36.

42) Thiebaldus. Cfr n. 20.

43) Thomas de l'Escluse. Cfr n. 25.

44) Iohannes. Cfr n. 15.

45) Iacobus de Bachimont. Cfr n. 17.

46) Abbas Insulae Dei = Isledieu, in dioecesi, olim Rothomagensi, nunc Ebroicensi = Evreux, inde ab anno 1500 erat Guillielmus Le Roy. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 45.

47) Scriptor huius manuscripti, du Crocq, saepe valde neglegens est in transcriptione nominum. Quod hic iterum animadvertitur. Nam abbas hic citatus, qui non amplius munus abbatiale exercet, scribitur Meschonet, alibi (C. L. Hugo, *Annales*, I, col. 886 ; N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 45) dicitur : Robertus Méhoult.

[56] Item, Capitulum praesens ordinat quod fient litterae dirigendae omnibus nostri Ordinis Religiosis, quibus inhibentur praefato fratri Roberto Michaut [48]), sub poena inobedientiae et privationis a sua pensione et resignet beneficium quo Prioratum sancti Iuliani [49]) quod nunc obtinet, cuiquam Religioso absque licentia nostra speciali, et praesertim cuidam fratri Patri Lescolant novitio qui male famatus est concessit.

Item, ordinat Capitulum quod appellatio interiecta per Dominum Abbatem Sancti Martini Laudunensis [50]) de die sibi assignata per clientem Castellati, prosequatur expensis Ordinis.

Item, supra differentia sive difficultate inter Conventum Insulae-Ducis prope Conixt [51]) et Georgium Fabri receptorem cuiusdam iuvenculae, quae per triennium stetit in monasterio praedicto, professa censeatur vel non; et si compererit ipsam per dispensationem iuris esse professam, illam ad professionem solemniter recipiet et in eodem monasterio ipsam remanere permittat.

Item, super supplicatione facta per Abbatem et Religiosum Insulae Dei [52]) factorum per ipsos de quibusdam redditibus, seu membris a dicto monasterio dependentibus; ordinat Capitulum quod Visitatorem Circariae Flandriae [53]) se informabunt si haec ad utilitatem dicti monasterii facta fuerint vel non. Quod si ad utilitatem dicti monasterii facta fuerint, authoritate Capituli Generalis confirmentur.

Item, Capitulum confirmat et approbat domum seu cessionem factam per Abbatem monasterii de Blanchalanda [54]) de quindecim libris Turonensibus pie legatis de novo eidem monasterio, quos idem Abbas promisit Conventui dicti monasterii de Blanchalanda perpetuo recipiendam, cum onere tamen orationum et precum fiendarum pro anima.

Item, Capitulum ordinat quod pro expeditione Bullarum Confir-

[48]) Idem ac ille qui paula antea dicitur : Meschonet. Cfr n. 47.

[49]) Inter paroecias incorporatas abbatiae Insulae Dei, apud N. Backmund, l.c., III, p. 43, citatur St.-Julien de Mantes.

[50]) Iohannes Poulaillier. Cfr n. 3.

[51]) Asceterium Insulae B.M. Virginis, seu Gempe, situm erat non ita longe a civitate Lovaniensi, in dioecesi olim Leodiensi, nunc Mechliniensi-Bruxellensi. Quomodo dici possit hunc conventum situm esse « prope Conixt », non constat.

[52]) Insula Dei = Isledieu, cfr n. 46.

[53]) Cur haec abbatia visitanda dicitur, in casu dicto, a visitatoribus Circariae Flandriae, ad quam non pertinebat haec abbatia, non indicatur a Capitulo.

[54]) Petrus Lefebvre. Cfr n. 22.

mationis Statutorum Ordinis [55]), amodo levabitur plena tallia extraordinaria a singulis monasteriis nostri Ordinis, et a singulis Beneficiatis eiusdem Ordinis unam contributionem iuxta facultates; videlicet de viginti florenis importatis, unum florenum, et sic de quolibet; de quo valore communi, credetur eorum iuramento; et ad solutionem praedictarum Talliae et contributionis compellantur; donec et quousque de summa pecuniarum pro expeditione Bullarum exposita, plenarie satisfactum fuerit, [57] quae quidem talliae et contributiones per Visitatores Ordinis vel alios ad hoc potestatem habentes percipiantur. Et in Commissionibus Visitatoribus fiet specialis clausula ad praedicta excipienda.

Item, fiant Missivae Abbatibus Circariae Brabantiae eisdem inthimando ordinationem Capituli Generalis supradictam, eosdem exhortando quatenus ad expeditionem praedictarum Bullarum, prout hactenus fecerunt, manus porrigant adiutrices, mittentque, si possint, pecunias necessarias pro dicta expeditione exponendas, ut res tam ardua et Patribus Ordinis valde grata celerius expediatur, promittendo eisdem si id fecerint, Ordo assignabit exposita vel exponenda ad sufficientiam.

Item, insuper in Bulla obtinenda inserantur istae duae clausulae et cum effectu exprimantur, videlicet Dominus Praemonstratensis potest resignationes Abbatum cedere volentes recipere, et eisdem resignantibus pensionem assignare secundum facultates monasteriorum iuxta tenorem Capituli de Abbate.

Item, Capitulum assignavit et assignat Abbatibus Sti Michaelis Antverpiensis [56]), Grimbergensis [57]), Parcensis [58]), receptionem tal-

[55]) Bulla confirmationis Statutorum non statim obtinebitur. Die 11 martii, S.P. Alexander VI quidem permiserat Abbati generali ut Capitulo generali ut retractatio, et promulgatio Statutorum fieret et ad bonum effectum perduceretur. Bulla vero ad hoc non statim missa fuit. Interim Iulius II Summus Pontifex constitutus fuerat. Tandem, die 26 novembris 1503, bulla publicata est. Bulla illa, satis prolixa, habetur apud J. Lepaige, *Bibliotheca Praemonstratensis Ordinis*, Parisiis, 1633, pp. 727-732; ed. Statutorum a. 1630, Averbodii, 1898, pp. xxii-xxxiii. Contentum huius Bullae huc reducitur : Praelatis Ordinis facultas conceditur Statuta antiqua eiusdem Ordinis modificandi, relaxandi, immutandi, ac nova condendi, dummodo sacris Canonibus non obvient; eaque promulgandi, et observandi. Ita Lepaige, l.c., p. 727.

[56]) Iacobus Van Elsacker, abbas aa. 1499-1505. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 268.

[57]) Nicolaus Persoons, abbas aa. 1489-1505. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 289.

[58]) Arnoldus Weyten. Cfr supra, p. 3, n. 6.

liarum Circariae Brabantiae, Floreffiae, Frisiae et Westphaliae, demptis monasteriis in Regno constitutis, tam pro praesenti quam retroactis annis debitarum, atque etiam talliarum plenariam extraordinariam ac contributionem beneficiatis Ordinis nuper impositam per expeditionem Bullarum confirmationis Statutorum; et desuper fiant litterae opportunae cum censuris quibus decet, donec et quousque de peculiis expositis pro dictarum expeditione Bullarum ad plenum sit satisfactum.

Item, super supplicatione facta per Abbatem Belli-Portus [59]), requirentis remissionem talliarum quas debet de retroactis annis ac usque ad praesens Capitulum, habito respectu ad expensas quas sustinuit pro recuperatione monasterii praedicti quod erat commendatum; Capitulum remittit eidem omnes tallias quas debet usque praesentem diem pro quinquaginta libris quas solvere tenebitur.

Item, quia Abbas Sancti Mariani [60]) ausus est visitare monasteria Moncellis [61]), de Capella ad Plancas [62]), Belli-Loci [63]), Bassi-Fontis [64]), et Septem Fontium [65]), absque alia commissione; et quasdam pecunias Praelatis et Religiosia monasteriorum praedictorum exigere, ordinat Capitulum quod praedictus Abbas per se recepta in integrum restituat, et ad id faciendum censuris quibus decet compelletur, et pro offensa Domino Praemonstratensi satisfaciet.

Item, super homicidio a certis diebus citra per fratrem Iohannem [58] diaconum, Georgium acolytum, et Nicolaum conversum, Religiosum monasterii Teplensis [66]), Pragensis dioecesis ut fertur, in personam

[59]) Abbas Belli Portus, in dioecesi Briocensi = St-Brieuc, erat Iohannes le Bigot, abbas aa. 1498-1540. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 17.

[60]) Nicolaus Joannis.

[61]) Abbatia Moncellis = Moncetz sita erat in dioecesi Catalaunensi = Châlons-sur-Marne. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, pp. 516-518. Annis 1498-1513 abbas erat Petrus Brunet.

[62]) Capella ad Plancas sita erat in dioecesi, olim Trecensi = Troyes,nunc Lingonensi = Langres. Annis 1501-1518 abbas erat Stephanus Remy. Cfr N. Backgrund, *Monasticon*, II, pp. 490-492.

[63]) Abbatia Belli Loci-Beaulieu, sita erat in dioecesi Trecensi = Troyes. Annis 1496-1514, abbas erat Philippus Marchant. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 483.

[64]) Abbatia Bassi Fontis = Basse-Fontaine, sita erat in dioecesi Trecensi = Troyes. Annis 1488-1503, abbas erat Laurentius Bachelier. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, pp. 479-481.

[65]) Abbatia Septem Fontium = Septfontaines-en-Thiérache, in dioecesi Remensi sita erat. Annis 1483-1518 abbas erat Adam Cornu. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 399.

[66]) Tepla = Tepl, in dioecesi Pragensi. Nostris temporibus, pro tempore suppressum, consequenter ad eventus politicos.

Martini Girleben servitoris dicti monasterii, ordinat Capitulum quod fiat commissio specialis dirigenda Abbati Osterhoviensi [67]), visitatori Circariae Bavariae, eidem praecipiendo expresse quatenus poterit, ad praefatum Monasterium Teplense se conferat, et super huiusmodi homicidio se diligenter et debite informet. Et si per debitam informationem repererit praedictos Iohannem, Georgium, et Nicolaum aut eorum alterum homicidium huiusmodi directe vel indirecte perpetrasse; eos et eorum quemlibet ad perpetuos carceres in pane tristitiae et aqua doloris authoritate Capituli condemnet; praedictam poenam passuros in dicto monasterio vel alio aliquo loco ubi commodius et opportunius fieri poterit tutiori; quidem mutare poterit quando et quotiens opus fuerit; cum potestate substituendi aliquem nostri Ordinis Praelatum, casu quo ad hoc vacare non possit.

Item, quia anno praecedenti Capitulum dederat licentiam Abbati et Conventui monasterii Vallis secretae vendendi et alienandi dominium de Verdilly [68]), cum eius pertinentiis, quod factum est. Igitur auditis, consideratis et debite pensatis, alienationem factam confirmat et approbat.

Item, Capitulum confirmat et approbat contractum initum inter Abbatem et Conventum Monasterii Lisquensis [69]) et Balduinum le Foirre de traditione facta in emphitheosim de domo de Wincelle et pertinentiis eiusdem, prout in eorum litteris continetur.

Item, confirmat tractatum per eosdem Abbatem et Conventum Lisquensem cum Domino Iohanne de la Forge et de Longa Villa quae dicitur vulgariter la Converserie in longa villa [70]) data eidem Domino Iohanni sub conditionibus contentis in dictis litteris.

Item, confirmat similiter tractatum factum per praefatos Abbatem et Conventum Lisquensem cum Iohanne Jore iuniore de domo et pertinentiis de Moringhen [71]), sicut et quemadmodum continetur in litteris dictorum Abbatis et Conventus.

Item, Capitulum praesens ordinavit et ordinat fratrem Petrum Neyl, religiosum Montis-Dei propter sua demerita ad monasterium Vallis

[67]) Abbas Osterhoviensis, Iohannes Retzinger, in Capitulo generali anni 1502, ad triennium, constitutus fuerat visitator Circariae Bavariae, Hungariae et Bohemiae. Cfr supra, p. 31.

[68]) Abbas Vallis secretae erat Iohannes Michon.

[69]) Abbas Lisquensis erat Carolus de Récourt.

[70]) Longueville erat inter ecclesias incorporatas abbatiae Lisquensis. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 414.

[71]) Idem ac n. 70.

Gaudii [72]) fore emittendum, prout et emisit, ad monasterium minime reversurum usque ad nostram vel Domini Praemonstratensis revocationem.

Item, Capitulum acceptavit et acceptat fratrem Nicolaum Brinnet (al. : Brunet), religiosum sancti Iohannis Ambianensis [73]), in Priorem Collegii nostri Parisiensis cum honoribus et stipendiis consuetis. Ei dentur desuper litterae consuetae.

[59] Item, Capitulum praesens attenta incorrigibilitate fratris Petri Michelet, Religiosi monasterii Vallis-Christianae [74]), qui totiens apostatavit, furtum et alia memorabilia facinora commisit, et spacio octo vel decem annorum obstinatus perseveravit et perseverat. Idcirco, matura deliberatione habita, declarat praedictum fratrem Petrum incorrigibilem, et quam cito reversus fuerit ad monasterium Vallis-Christianae, tonsura et habitu nostri Ordinis exuatur, et exilio perpetuo relegetur per Patrem Abbatem dicti monasterii vel per proprium Abbatem.

Item, fiat missiva gratiosa Domino Comiti de Aspremont ad inthimandum quod cum Patres Ordinis totis viribus, ad reformationem Ordinis et personarum eiusdem aspirent, at praesertim Monasterii Rengisvallis [75]), in quo Religiosi lubrice vivunt atque dissolute sine obedientia et paupertate, quod manus porrigat adiutrices tanquam bonus fundator, ut praefati Religiosi ad vitam Regularem amodo ducendam revocentur atque compellantur.

Item, fiat citatio ad citandum fratrem Iohannem Cornaville, Religiosum monasterii Rengisvallis [76]), ad certum et competentem diem per executorem affigendum, coram confratre nostre Abbate Cuis-

[72]) Abbatia Gaudii Vallis = Joyenval, in dioecesi, olim Carnutensi = Chartres, nunc Versaliensi = Versailles. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, pp. 554-556.

[73]) Quonam titulo presse determinato, religiosus iste prior Collegii Ordinis Parisiensis constitutus fuerit, et quonam modo munus istud exercuerit, non potest determinari, eo quod historia istius Collegii nondum sufficienter examinata sit. Elementa non pauca sub hoc respectu inveniuntur apud J. J. John, *The College of Prémontré in Mediaeval Paris*, in *Anal. Praem.*, XXVIII, 1952, pp. 137-171; P. E. Valvekens, O. Praem., *Le Collège des Prémontrés à Paris au Seizième siècle*, in *Anal. Praem.*, XVI, 1940, pp. 5-40.

[74]) Abbatia Vallis Christianae sita erat in dioecesi Suessionensi. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 533 s.

[75]) Abbatia Rengisvallis sita erat in dioecesi, olim Tullensi, nunc Virdunensi. Eo tempore Stephanus Aubry erat abbas Rengisvallis = Rengéval. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, pp. 96-99.

siacensi [76]), apud Sanctum Paulum prope muros Virdunenses [77]) compariturum, proprie Abbati suo quod iustum fuerit responsurum.

Item, quia nonnulli Ordinis nostri Praelati Curtes, Firmas, Decimas et alia monasteria praedia, seu possessiones contra prohibitiones saepissime factas, suis Religisosis tradere non verentur, materiam proprietatis vini seu fructuum tribuentes, idcirco praesens Capitulum revocavit et revocat omnes quascumque traditiones seu conventiones universis Religiosis nostri Ordinis factas sub quacumque verborum forma; praecipiendo universis Praelatis nostri Ordinis quatenus praecipiant, seu quilibet eorum praecipiat, authoritate nostra et sub poena excommunicationis latae sententiae omnibus Religiosis praedictas firmas habentibus, quatenus illam dimittant, et ad communem monasterii utilitatem deponant indilate, alioquin ipsos et eorumquemlibet excommunicatos palam et publica authoritate nostra denuntient.

Item, Capitulum cuilibet Praeposito in Barth [78]), moderno et futuris temporibus sub poenis depositionis et suspensionis a divinis, et dicti loci Conventui ne de coetero praedia sua seu redditus par eum vel suos praedecessores vendere seu alienare praesumant; neque etiam bona immobilia Conventus distrahantur absque nostra speciali licentia.

Item, Capitulum confirmat et approbat pensionem anticipatam. [60] Praeposito Barthensi [79]) per Conventum dicti monasterii iuxta contenta in litteris desuper confectis.

Item, Capitulum dat licentiam et authoritatem Praeposito in Benryenquem recipiendi aliquem bonum sacerdotem saecularem vel regularem ad professionem, et ipsum in adiutorium assumere. Et similiter Praeposito ad montem Virginis Mariae alias in Brerth.

Item, fiat monitio ad vitam fratris Roberti Galteri olim Abbatis Marchasii Radulphi ad monendum sub poenis suspensionis et excommunicationis fratrem Iohannem Dequenolles [80]) modernum abbatem

[76]) Tugdualdus de Vennes.

[77]) Abbatia St. Pauli Virdunensis, sita ad moenia civitatis et dioecesis eiusdem nominis. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, pp. 111-114.

[78]) Barthe erat asceterium monialium Ordinis, situm in Frisia, in Neerlandia septentrionali. Nomina praepositorum huius monasterii incomplete nota sunt. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 182-184.

[79]) Cfr nota 78.

[80]) Nomina Praelatorum de quibus hic agitur a scriptore manuscripti, du Crocq, deficienter traduntur. Agitur de abbatibus Roberto Vautier et Iohanne de Quenouilles.

dicti Monasterii de Marchasio Radulphi, ad solvendum eidem fratri Roberto pensionem sibi dudum assignatam in terminis in litteris orationis contentis, et sicut in eisdem plenius continetur.

Item, Capitulum annuit litteras orationum pro magistro Guillielmo de Paris procuratore in Curia Parlamenti et eius conthorali ad requestam Abbatis Vallis Christianae [81]).

Item, annuit litteras orationum Ordinis pro universis benefactoribus monasterii Sti Pauli Senonensis [82]).

Item, fiat Procuratorium speciale, qualiter Capitulum praesens ordinat Dominum et Magistrum Wilhelmum de Culrondroit [83]), Canonicum Antverpiensem, Domini Archiducis oratorem et procuratorem in Urbe, in bona et ampla forma; et praesertim detur eidem potestas compellendi Praelatos Circariarum Angliae et Scotiae ad solvendum tallias Ordini debitas, et praesertim secundum tenorem tractatus cum eis facti, quo cavetur praedictos Praelatos Angliae annuatim debere Ordini summam quadraginta scutorum aureorum de regno Regis Franciae.

Item, Capitulum generale prohibet sub poena excommunicationis omnibus nostri Ordinis Praelatis, et Religiosis, ne arti medicinae quovis modo se intromittant, et per Praelatos proprios praedictis poenis authoritate nostra compellentur.

Item, cum a paucis diebus citra; Abbas et Conventus monasterii Viromandensis [84]) dederit ad Firmam quaedam nemora ad Ecclesiam spectantia cuidam Iohanni de le Derrrière, ea spe quod maiora ligna seu arbores non scinderent; quapropter praesens Capitulum renovavit et renovat praefatam conventionem seu contractum desuper initum,

Iuxta N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 559, abbas Vautier mortuus esset anno 1484; componi nequit cum praesenti statuto Capituli Generalis; rectius ergo scribitur in *Gallia Christiana*, t. XI, Parisiis, 1874, col. 332 : « Robertus Wautier tribus annis sedit, ceditque die 21 Ian. 1483 ».

[81]) Abbas Vallis Christianae, uti videtur, tunc erat Benedictus de Corbie. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 534.

[82]) S. Paulus Senonensis, in civitate et dioecesi eiusdem nominis.

[83]) du Crocq nomen Enckevoirt iterum pessime scribit. Agitur siquidem hic de Wilhelmo van Enckevoirt, qui postea a S.P. Hadriano VI ad cardinalatum evehetur; et cui a S.P. Clemente VII, anno 1528, archiepiscopatus Ultraiectensis committetur regendus. Per maximam partem vitae suae Romae commoratus est. Moritur 19 iulii 1534. (natus erat in Mierlo, in Neerlandia meridionali, a. 1464.)

[84]) Abbatia Viromandensis = Vermand sita erat in dioecesi, olim Noviomensi, nunc Suessionensi. Versus annum 1503, Thomas de l'Église abbas fuisse videtur. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 427.

praecipiendo in virtute sanctae obedientiae praedictis Abbati et Religiosis quatenus a Rege serenissimo opportunum remedium seu relevamen de dicto contractu impetrare satagant; non obstantibus quibuscumque praemissis seu iuramentis per eos factis super [61] quibus et eorum quemlibet dispensamus.

Item, de relatione Abbatis monasterii Sti Evodii Branensis super excessibus et delictis fratris Colini... et Iohannis Fairensati monasterii Stivagiensis Religiosorum, Capitulum praesens ordinat quod dicti Religiosi maneant in monasterio Flabonis Montis; ad quod per eumdem fr. Abbatem fuerunt emissi cursu suae visitationis ibidem factae usque ad decem annos, si monasterium ipsum valeat eosdem sufferre: sin autem mittit alios duos Abbas Flabonis Montis [85]) ad dictum monasterium Stivagiense; qui emissi Religiosi tempore suae emissionis voce et stallo privabuntur, non exituri ipsum monasterium nisi cum Conventu; et sicut de talibus est statutum.

Item, Capitulum dat licentiam Abbati Plagensi [86]) recipiendi ad professionem et in Religiosum sui monasterii fratrem Wolfgangum Carten, Religiosum monasterii Windbergensis casu quo Abbas dicti monasterii Windbergensis ad hoc consenserit.

Item, super requesta facta per Rdum Patrem Dominum Iohannem Abbatem Praemonstratensem Commendatarium monasterii Montis Sancti Martini [87]), requirentem quatenus fundationem eiusdem capellae, quam super redditione noviter per se requisitis in dictam Ecclesiam seu monasterium Montis Sancti Martini fundare proponit, confirmare et approbare dignaretur; eius petitionibus annuendo, eandem fundationem laudavit et approbavit, laudatque, approbatque confirmat.

Item, Capitulum annuit litteras orationum pro laudabili viro Leonardo de Berlendino, Domino temporali de Ginegirot et domicellae Jacquelinae eius conthorali et liberis eorumdem ad requestam Abbatis Septem Fontium [88]).

Item, Capitulum confirmat et approbat mutuam orationum et

[85]) Abbas Flabonis Montis = Flabémont, in dioecesi, olim Tullensi, nunc Sancti Deodati = St-Dié, erat aa. 1500-1526, Iohannes Pasel. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 73.

[86]) Abbas Plagensis = Schlägl, in Austria Superiori, in dioecesi, olim Passaviensi, nunc Linciensi = Linz, erat Nicolaus v. Schestau, abbas aa. 1499-1522. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 310.

[87]) Cfr n. 30.

[88]) Adam Cornu.

bonorum spiritualium participationem seu associationem initam inter Abbatem et Conventum monasterii de Crista [89]), Ordinis Cisterciensis et Abbatem et Conventum monasterii Septem Fontium in Burgundia nostri Ordinis [90]).

Item, annuit Capitulum litteras orationum pro nobili viro Domino Roberto Felline Zellep, milite Serenissimi Regis Ludovici et eius generosa conthorali in meliori forma.

Item, auditis querimoniis et relatu super vita dissoluta et regimine Religiosorum Monasterii sancti Iohannis Ambianensis [91]), ordinat Capitulum quod fiat Commissio Abbati Monasterii Clari Fontis [92]), ad visitandum monasterium praedicti Sti Iohannis et referendum Patribus Abbatibus in monasterio Sancti Martini Laudunensis quod fuerit referendum.

Item, Capitulum annuendo petitioni factae per fratrem Bertrandum de Gugny [93]), Abbatem monasterii Gaudii Vallis quoad expensas processus quem prosequitur contra et adversus Magistrum Leonardum de Cairenarde Prothonotario pro recuperatione dicti monasterii Gaudii Vallis, dedit et contulit eidem fratri Bertrando Abbati summam quinquaginta librarum dummodo inveniat aliquem qui sibi mutuet, cui siquidem mutuanti Ordo reddere et restituere promittit.

Item, Capitulum praesens annuit litteras orationum pro scientifico suo Magistro Guillielmo Coquillart, Canonico et Officiali Ecclesiae Remensis.

Visitatores anni praesentis quingentesimi tertii :

Franciae, Flandriae, Pontivi, Normanniae : Dominus Praemonstratensis, assumpto secum aliquo Praelato pro hoc anno.

Brabantiae, Floreffiae, Sti Michaelis Antwerpiensis et Parcensis [94]), et eorum utrique in solidum.

Angliae : Casae Dei [95]) ad quinquennium.

[89]) Crista, O. Cist., seu La Creste, la Crête, Crista alba, in dioecesi Lingonensi = Langres. Cfr L. H. Cottineau, *Répertoire topo-bibliographique des Abbayes et Prieurés*, Macon, I, 1939, col. 918; J. M. Canivez, *Crista*, in *Dictionnaire d'Histoire et de Géographie ecclésiastique*, t. XIII (1956), col. 1031-1033.

[90]) Cfr n. 35. Abbas istius abbatias tunc erat Adam Cornu.

[91]) Cfr n. 25.

[92]) Cfr n. 15.

[93]) Cfr n. 14.

[94]) Iacobus van Elsacker et Arnoldus Weyten.

[95]) Iohannes Dumestre. Cfr n. 29.

Hispaniae : Sti Christophori de Arnellis ad novem annos [96]).

Frisiae : Praepositus Sti Iacobi in Langherna [97]) ad quatuor annos.

Westphaliae : Steynveldensis et Knestedensis [98]).

Vadegotiae et Yveldiae : provisum est praeposito Laurissensi [99]).

Sueviae : Abbas Sorettensis [100]).

Bavariae, Hungariae et Bohemiae : Osterhoviensis [101]) ad triennium.

Austriae, Poloniae, Tusciae, Calabriae, Cypri, Terrae Ierosolimitanae : Prior Scholarium.

Burgundiae, Alverniae et Sabaudiae : Sti Mariani Altissiodorensis [102]) pro isto anno.

Lotharingiae : Cuissiacensis et Iusti-Montis [103]) Abbates.

Ex actis Capitularibus quae Praemonstrati servantur hanc copiam transsumptam et cum eis correspondentem ad posteros fideliter hac die decima septima mensis novembris anni millesimi sexcentesimi primi, Transmitto et subscribo :

fr. Gregorius du Crocq, Capituli Generalis et Reverendi Generalis Secretarius.

96) Iohannes de Arciniega. Cfr supra, p. 30, n. 91.

97) Iohannes Van Boemel. Cfr supra, p. 3, n. 7.

98) Iohannes v. Münstereifel; Nicolaus Hüls. Cfr supra, p. 27, n. 75 et 77.

99) Lucas. Cfr supra, p. 30, n. 96.

100) Henricus Osterreicher. Cfr supra, p. 31, n. 99.

101) Iohannes Retzinger. Cfr supra, p. 30, n. 88.

102) Cfr n. 28.

103) Cfr n. 5 et 38.

4

1504

(Ms. Laon, 538, pp. 63-70)

[63] Acta et Diffinitiones Capituli Generalis Praemonstratensis Ordinis in oppido Santi Quintini anno Domini millesimo quinquagesimo quarto die quinta mensis Maii et diebus seqq. celebrati.

Nomina Praelatorum comparentium in dicto Capitulo:

Dominus Praemonstratensis [1])
Sti Martini Laudunensis [3])
Cuissiacensis [5])
Branensis [7])
Vallisserenae [9])
Vallis Christianae [11])
Vallis secretae [13])
Loci restaurati [15])
de Cartovoro [17])
de Seriaco in pratis [2])
Sancti Augustini Morinensis [4])
Montis Sancti Martini [6])
Viromandensis [8])
de Genliaco [10])
Vallis Dei [12])
Septem Fontium in Therascia [14])
Thenoliensis [16])
Ianduriarum [18])

[1]) Iohannes de l'Escluse, abbas Praemonstrati inde ad anno 1487. Cfr supra, p. 3, n. 3.

[2]) Iohannes Merlot. Cfr supra, p. 3, n. 25.

[3]) Iohannes Poulaillier. Cfr supra, p. 19, n. 4.

[4]) Nicolaus Rhedys. Cfr. supra, p. 7, n. 44.

[5]) Tugdualdus de Vennes. Cfr supra, p. 3, n. 4.

[6]) Nomen huius abbatis notum non est. Cfr supra, p. 6, n. 32.

[7]) Iacobus de Bachimont. Cfr supra, p. 6, n. 33.

[8]) Iohannes. Cfr supra, p. 12, n. 13.

[9]) Guillielmus Tachet. Cfr supra, p. 6, n. 37.

[10]) Iacobus le Pelletier. Cfr supra, p. 21, n. 46.

[11]) Nomen huius abbatis notum non est. Cfr supra, p. 6, n. 35.

[12]) Abbas Vallis Dei = Lavaldieu, in dioecesi Remensi, erat Iohannes Tolman. Cfr N. Backmund, l.c., II, p. 385.

[13]) Iohannes Michon. Cfr supra, p. 6, n. 36.

[14]) Adam Cornu. Cfr supra, p. 20, n. 20.

[15]) Petrus de Haultdecœur. Cfr supra, p. 6, n. 38.

[16]) Thiebaldus. Cfr supra, p. 5, n. 20.

[17]) Simon Aubert. Cfr supra, p. 6, n. 34.

[18]) Franciscus de Contrisson. Cfr supra, p. 6, n. 32.

Calvimontis [19])
Bonae Spei [21])
Sancti Foillani [23])
Viconiensis [25])
de Castello [27])
Sancti Iohannis Ambianensis [29])
Sancti Andrae in Nemore [31])
Buciliensis [33])
de Ressonio [35])
Sancti Petri Selincurtensis [36])
Belli Loci [20])
de Longo Vado [22])
Montis Dei [24])
Gaudii Vallis [26])
Albae Curiae [28])
Sancti Pauli Virdunensis [30])
Ninivensis [32])
de Moncellis [34])

Subscripti praestiterunt oboedientiam :

(Nomina desunt in ms.)

Imprimis ordinatum est quod omnes Praelati hac vice erunt diffinitores.

Item, Missas celebrari consuetas, primam Missam Ninivensis [37]); 2am Buciliensis [38]); 3am Thenoliensis [39]) celebrabunt.

Item, Sti Iohannis Ambianensis et Vallis Christianae [40]) Abbates regent chorum.

19) Petrus Frayart. Cfr supra, p. 5, n. 18.

20) Abbas Belli Loci = Beaulieu, in dioecesi Trecensi = Troyes, erat Philippus Marchant, abbas aa. 1496-1514. Cfr N. Backmund, l.c., II, p. 483.

21) Nicolaus Van Mierdorp. Cfr supra, p. 4, n. 9.

22) Antonius Charlier. Cfr supra, p. 7, n. 45.

23) Gasparus de Plicinier. Cfr supra, p. 4, n. 10.

24) Aegidius l'Ours. Cfr supra, p. 5, n. 29.

25) Ludovicus Hoston. Cfr supra, p. 4, n. 14.

26) Lancelot du Fau. Cfr supra, p. 7, n. 41.

27) Iohannes Auffroit. Cfr supra, p. 6, n. 31.

28) P. Carré. Cfr supra, p. 7, n. 42.

29) Thomas de l'Escluse. Cfr supra, p. 4, n. 13.

30) Tugdualdus d'Evenne. Cfr supra, p. 21, n. 42.

31) Dionysius Daviau. Cfr supra, p. 4, n. 16.

32) Abbas Ninivensis = Ninove, in dioecesi, olim Cameracensi, nunc Gandavensi, erat Everardus van den Pardeke, abbas aa. 1499-1510. Cfr N. Backmund, l.c., II, p. 317.

33) Abbas Buciliensis = Bucilly, in dioecesi olim Laudunensi, nunc Suessionensi, erat, inde ab anno 1502, Iohannes le Prince. Cfr N. Backmund, l.c., II, p. 366.

34) Petrus Brunet. Cfr supra, p. 7, n. 46.

35) Iohannes de Quenouilles. Cfr supra, p. 24, n. 63.

36) Iohannes Fretel. Cfr supra, p. 5, n. 17.

37) Petrus Brunet. Cfr supra, p. 4, n. 46.

38) Iohannes de Quenouilles.

39) Thiebaldus.

40) Thomas de l'Escluse : n. 19; nomen abbatis Vallis Christianae notum non est.

Item, excusationes Praelatorum recipient Bonae Spei [42]) et Sti Evodii de Brana [41]) Monasteriorum Praelati.

Item litteras sigillo Capituli Generalis sigillandas videbunt, examinabunt et sigillabunt Patres Abbates cum iis quos secum voluerint advocare.

Item, compotorum Auditores erunt Patres Abbates caeterique omnes interesse volentes.

Item, Capitulum visa informatione facta contra et adversus fratrem Iacobum Croiset, religiosum monasterii Viconiensis, super certis gravibus delictis et excessibus per ipsum perpetratis, praesertim convictus et confessus est carnaliter novisse uxorem fratris sui, filiam praeterea carnalem et legitimam fratris sui, neptem nomine Mariam [64] et insuper quamdam aliam mulierem..., spiritualem filiationem de sacro fonte levasse, aliosque excessus latius in informatione desuper contentis commisisse, propter quos fuit a parochiali cura de Curgie sententialiter per Capitulum Generale privatus, et..., quo finito, attenta eius antiquitate, fuit ad monasterii Gaudii-Vallis emissus, ibidem per decennium moraturus, neque ad monasterium sub poena excommunicationis reversurus, poenam quoque viginti dierum gravioris culpae peracturus. A suo quidem monasterio sine licentia exivit; qua de re iterum captus et in carceres retrusus, quibus effractis ad seculum, habitu tamen retento, aufugit, ipso facto excommunicationis sententiam incurrendo. Quapropter Capitulum praesens matura deliberatione super hoc habita, ipsum excommunicatum denuntiat et declarat, excommunicatumque denuntiandum et declarandum palam et publice ordinat ex casu quo se in divinis immisceret, irregularem denuntiari per omnes Religiosos nostri Ordinis desuper requisitos mandat, atque capi et in carceribus Ordinis apud Laudunum adduci, expensis tamen monasterii Viconiensis.

Item, Capitulum generale annuit litteras orationum pro Domino Cardinali Gursensi in meliori forma.

Item, fiat missiva Illustrissimo Domino Archiduci Austriae eidem notificando tres casus speciales supradictos per dictum fratrem Iacobum Croiset perpetratos, humiliter deprecando quatenus ad capiendum praedictum Iacobum auxilium praestare dignetur, et remittendum Ordini puniendum ne tanti excessus impuniti remaneant.

Item, annuendo petitioni Abbatum Circariae Brabantiae, ordinat

[41]) Nicolaus Van Mierdorp.

[42]) Iacobus de Bachimont.

Capitulum quod fiat commissio in bona et ampliori forma dirigenda Abbatibus St. Michaelis [43]) et Parcensi [44]) ad visitandum Monasteria nostri Ordinis in Circaria Brabantiae, Floreffiae, Frisiae et Westphaliae, si possint, et levandum tallias et contributiones ordinarias praeteriti et praesentis et retroactorum annorum, monasteriis Floreffiae et aliis in Regno constitutis dumtaxat exceptis necnon unam talliam extraordinariam et contributiones super Beneficiatos anno praeterito, iuxta beneficiorum suarum facultatem per nostrum Generale Capitulum impositum [44]); quam contributionem arbitrio dictorum Abbatum taxandum relinquimus, dummodo vicesimam partem valoris dictorum beneficiorum non excedat, eisdem Praelatis authoritatem concedendo omnes Abbates praelatos ad solutionem praedictarum talliarum tam ordinariarum quam extraordinariarum necnon beneficiatos ad contributionem per censuras ecclesiasticas, et alias Ordinis poenas viriliter coercendi cum potestate [65] substituendi, casu quo ad hoc vacare nequiverint. In qua quidem commissione fiat specialis clausula ad citandum ad futurum Generale Capitulum pro consensione facienda super uniformitate vivendi, cum inthimatione eisdem facienda quod si non venerint, contra eos et eorum quorumlibet indubie procedetur, prout Iuris fuerit et ordo dictaverit rationis.

Item, fiant litterae orationum pro nobili viro Iohanni de la Felcine, domino temporali Dormay et Wamayse, et Iohanna eius uxore ad requestam Abbatis Cuissiacensis [45]).

Item, Capitulum generale annuit litteras orationum pro nobili muliere Domina Margaretha de Honcourt et domicella Mariae de Hailly et eius uxoris et Domina de Tupgny in forma communi.

Item, fiant litterae orationum pro nobili et generoso viro Domino et magistro Iohanne de Loco decano Ecclesiae Laudunensis.

Item, pro nobili et generoso viro Domino Guilliermo de Croy baillivo Hannoniensi et Mariae de Hamalle eius conthorali in bona forma.

Item, Capitulum Generale dat licentiam Abbati et Conventui monasterii Sancti Foillani [46]) moderno et futuris successoribus quod

[43]) Iacobus Van Elsacker. Cfr supra, p. 3, n. 5.

[44]) Arnoldus Weyten. Cfr supra, p. 8, n. 6.

[45]) De talliis a variis Abbatiis Ordini, qua tali, solvendis, in pluribus Capitulis generalibus anterioribus sermo fuit. Ita, in Cap. generali a. 1283 (cfr *Acta et Deneta...*, t. I, p. 40 s.), a. 1310 : ib., p. 62 s.; 1311, ib. pp. 63-65; 1320, ib., p. 71; 1437, ib. pp. 108-110; 1438, ib., p. 110; 1442, ib., p. 117; 1501, supra, p. 8).

[46]) Gasparus de Plicinier.

Analecta ... Bd 45 (1969).

amodo possint in eorum Ecclesia festum Sanctae Annae matris Mariae, sicut festum triplex celebrare vigesima septima Iulii; item duplex festum sanctae Secundae Virginis, cuius corpus in praedicta Ecclesia requiescit. Item festum Sancti Ultani episcopi fratris Foillani eorum Patroni; de quo fiant novem lectiones de communi Confessorum.

Item, visa copia Bullae obtentae per Dominum Willelmum Comitem de Hanneberk in favorem monasterii Vessrensis a summo Pontifice pro usu mitrae et Pontificalium insignium; Capitulum Generale dat licentiam Abbatibus dicti monasterii illis utendi; et desuper fiant litterae opportunae [47]).

Item, cum a duobus annis citra in monasterio Sti Martini Laudunensis [48]) expensis Ordinis fuerint facti carceres pro criminosis Religiosis Ordinis puniendis et expensis monasteriorum suorum, ordinat Capitulum praesens quod amodo Ordo solvet Abbati Sancti Martini Laudunensis pro expensis cuiuslibet Religiosi existentis in dictis carceribus in pane et aqua, sed in communi victu, pro qualibet die duodecim denarios; quas quidem expensas praedictus Ordo ab Abbatibus Monasteriorum de quibus professi sunt, requirat et ad ipsas solvendum per excommunicationis sententiam viriliter coercebit.

[66] Item, ordinat quod custos carcerum praedictorum pro suis laboribus et poenis et quas habebit pro custodia incarceratorum, amodo singulis annis recipiet octo libras Turonenses, expensis nostri Ordinis.

Item, visa informatione facta per Abbatem Flabonis Montis [49]) et Boni Fageti [50]) de et super criminibus et delictis per fratrem Iohan-

[47]) Vessra in Thuringia, dioec. Wirceburgensi. Cfr N. Backmund, l.c., I, pp. 138-140. Anno 1504, praepositus erat Petrus. — Relate ad usum Pontificalium, de quo hic sermo fit, notum est privilegium S.P. Innocentii III, anni 1198, in quo, rogante abbate Praemonstratensi, S. Pontifex haec, inter alia, dicit : « Significastis siquidem nobis, quod communi consilio Abbatum vestri Ordinis statuistis, quod nullus Abbatum vestrorum mitra vel chirothecis utatur, ne forsan ex ipsis supercilium elationis assumat, vel sibi videatur sublimis cum iis uti viderit, quae Pontificibus et maioribus Ecclesiarum Praelatis a sede Apostolica sunt concessa ». (J. Lepaige, *Bibliotheca Praemonstratensis Ordinis*, Parisiis, 1633, p. 644.) Idem legitur in Pl. Lefèvre, *Les Statuts de Prémontré réformés sur les ordres de Grégoire IX et d'Innocent IV au XIII^e siècle.* (Bibliothèque de la Revue d'Histoire Ecclésiastique, fasc. 23), Lovanii, 1946, p. 41 (cap. I dist. secundae distinctionis Statutorum Ordinis : « Nullus quoque abbas pontificalibus ornamentis utatur »). — Porro, in Statutis Ordinis anni 1505, in capite de Abbate, statutum istud novo inciso ornatum est : « Nullus quoque Abbas pontificalibus ornamentis utatur nisi hoc ei a sede apostolica fuerit indultum ».

[48]) Iohannes Poulaillier.

[49]) Iohannes Pasel. Cfr supra, p. 5, n. 23.

[50]) Iohannes Morizot. Cfr supra, p. 5, n. 24.

nem Faignoisel, Religiosum monasterii Stivagiensis [51]) perpetratis et commissis, praesertim quia convictus est furtim abstulisse duodecim argentea vasa, pecunias, insuper tam de suo Praelato quam de aliis multis personis, aliosque excessus non paucos commisisse; quapropter Capitulum condemnat praedictum fratrem Faignoisel fore et esse carceribus strictis et firmis per decem annos mancipandum et recludendum; et ad executionem praesentis sententiae fiat commissio dirigenda Abbati Flabonis Montis et ad ipsum capiendum et incarcerandum in aliquo monasterio Lotharingiae si commode fieri possit; sin autem adducatur in carceribus Ordinis apud Laudunum expensis tamen praetacti monasterii Stivagiensis.

Item, quia perpauci Ordinis Praelati Capitula Generalia his diebus frequentant nec se sufficienter excusant, praesertim Abbates de Lucerna [52]), de Bella Stella [53]), Bellae Vallis in Argona [54]), de Capella ad Plancas [55]) et Bassi Fontis [56]); Ideo Capitulum praesens ipsos et eorum quemlibet contumaces declaravit et declarat; ipsos condemnando in expensis quas fecissent ad Capitulum veniendo et redeundo, ad utilitatem communitatis Ordinis convertendis, et in commissione Circariarum in quibus degunt, fiat specialis clausula ad declarandum eos et eorum quemlibet contumaces, et citentur in futurum Capitulum Generale visuri taxari expensas quas facere potuissent ad dictum Capitulum venire.

Item, annuendo petitioni fratris Nicolai Henrici nuper Abbatis monasterii Salinae Vallis [57]), quia constitit praesenti Capitulo de

[51]) Stivagium = Etival, in dioecesi, olim Tullensi, nunc St. Deodati = St-Dié. Franciscus Fagnozel abbas illius domus erat aa. 1485-1515. Cfr N. Backmund, l.c., III, pp. 67-71.

[52]) Abbas Lucernae = La Luzerne, in dioecesi, olim Abrincensi = Avranches, nunc Constantiensi = Coutances, erat Richardus de Laval (abbas aa. 1496-1504). Cfr N. Backmund, l.c., III, pp. 26-28.

[53]) Abbas Bellae Stellae = Belle-Étoile, in dioecesi, olim Baiocensi = Bayeux, nunc Sagiensi = Séez, erat Thomas Chanceler, abbas aa. 1500-1515. Cfr N. Backmund, l.c., III, pp. 36-39.

[54]) Abbas Bellae Vallis = Belval, in dioecesi Remensi, erat Pontius Dufer. Cfr N. Backmund, l.c., pp. 57-60.

[55]) Abbas Capellae ad Plancas = Chapelle-aux-Planches, in dioecesi, olim Trecensi = Troyes, nunc Lingonensi = Langres, erat Stephanus Remy (abbas aa. 1501-1518). Cfr N. Backmund, l.c., II, pp. 490-492.

[56]) Abbas Bassi Fontis-(Basse-Fontaine), in dioecesi Trecensi = Troyes, erat Laurentius Bachelier (abbas aa. 1488-1503). Cfr N. Backmund, l.c., II, pp. 479-481.

[57]) Abbas Salinae Vallis = Salival, in dioecesi Metensi, erat Gerardus du Fraine (abbas aa. 1500-1506). Cfr N. Backmund, l.c., III, pp. 104-107.

certo contractu nuper facto ex amicabili compositione per Venerabiles Confratres nostros Abbatem Branensem [58]) et Carthovorensem [59]), Visitatores Circariae Lotharingiae, necnon Sanctae Crucis [60]) et Iustimontis [61]) Abbates, per eos assumptos de et super pensione praefati fratris Henrici et arreragiis cessis, videlicet quod amodo modernus Abbas praedicti monasterii Salinae Vallis eiusve successores saepe dicto fratri Nicolao solvet, et eorum quilibet annis singulis solvere tenebitur seu summam quadraginta francorum monetae Metensis in terminis specificatis in litteris de et super creatione pensionis per piae memoriae Dominum Hubertum Abbatis Praemonstratensis [62]) confectis; Capitulum praesens confirmando et ratificando praemissa, ordinat fieri litteras in meliori forma monitoria sub suspensionis et excommunicationis poenis praefatum modernum Abbatem [63]), eiusque [67] successores ad solvendum annuatim praetacto fratri Nicolao pensionem quadraginta francorum, necnon pro arreragiis unica vice dumtaxat memoratam francorum summam sub poenis antedictis.

Item, quia per informationem in nostro Capitulo factam super vulneratione facta in personam fratris Nicolai d'Auvergne, religiosi Montis Dei per fratrem Tossanum Bonnet, Religiosum monasterii Gaudii-Vallis, ordinat Capitulum quod fiat commissio dirigenda Abbati monasterii Hermeriarum [64]) ad capiendum praedictum fratrem Tossanum Bonnet, ipsumque addicendum vel mittendum in carceribus nostri Ordinis apud Laudunum, et quem pro praemisso excessu condemnamus per spatium unius anni in praedictis carceribus detinendum et recludendum.

Item, quia frater Iohannes de Moustiers religiosus monasterii Seriaci in pratis, ter vel quatuor apostataverit, et in ipsa apostasia ad Curiam Romanam se fecit ad sacros Ordines promoveri, absolutione minime obtenta. Idcirco, Capitulum suspendit ipsum ab executione ordinis sacerdotalis, donec ad legitimum pervenerit actum; et nihilo-

[58]) Iacobus de Bachimont.

[59]) Simon Aubert.

[60]) Abbas S. Crucis Metensis, in civitate et dioecesi eiusdem nominis (Metz), erat Gerardus Denis de Viget (abbas aa. 1501-1515). Cfr N. Backmund, l.c., III, pp. 84-88.

[61]) Abbas Iustimontis, in dioecesi Metensi, erat Bernardus du Pont. Cfr N. Backmund, l.c., III, pp. 81-84.

[62]) Hubertus de Monthermé fuerat abbas generalis usque ad annum 1497.

[63]) Usque ad annum 1496 abbas Salinae Vallis fuerat Nicolaus Henry; inde ab anno 1496 abbas ibidem erat Iohannes Daniel. Cfr N. Backmund, l.c., III, p. 107.

[64]) Abbas Hermeriarum = Hermières, in dioecesi olim Parisiensi, nunc Meldensi = Meaux, erat Andreas Richard, abbas aa. 1501-1504. Cfr N. Backmund, l.c., II, p. 508.

minus privat ipsum voce, stallo et obedientia nominata dicto pendente tempore, illumque emittit ad monasterium Sancti Andreae [65]) biennio moraturum.

Item, fiant litterae orationum pro Domino Antonio Burgundiae notho (sic!) viro nobili Comiti Cugnensi, Domino de Tournehen et de Crevecourt, ad instantiam Abbatis Vallis secretae [66]).

Item, super requesta facta per Mattheum de Lonans, operum Domini nostri Regis in Civitate Parisiensi Magistro de habendo partem nostri Collegii in perpetuam emphyteosim [67]), ordinat quod Capitulum intendit infra breve tempus illud reparare, quapropter suae petitioni annuere non potuit.

Item, quia constitit fratrem Antonium Habart, Religiosum Monasterii Sti Iohannis Ambianensis ad instantiam Promotoris nostri Ordinis super excessibus ac delictis per ipsum fratrem Antonium ut fertur commissis, personaliter ad praesens Capitulum citatum fuisse, quod iustum foret responsurum; ad quod Capitulum minime comparuit, nec se excusavit, licet debite vocatus exspectatusque; Idcirco dicto Promotore instante et eius contumacia petente et accusata, ad instantiam dicti Promotoris exclusa, a congregatione nostra Revmo Domino Praemonstratensi Superiore nostro, hac in parte suspecto, ipsum contumacem, [68] reputamus, et declaramus, et nihilominus citetur comparaturus apud nostrum monasterium Laudunense, sed post Ascensionem, eidem Promotori quod iustum fuerit responsurus cum intimatione eidem facienda; quod si non venerit, contra eum procedetur prout iuris fuerit et rationis.

Iohannes sancti Martini Laudunensis, Tugdualdus, Patres Abbates caeterique Abbates Generale Capitulum Praemonstratensis Ordinis celebrantes, excluso Revmo Patre Domino Iohanne Abbate Praemonstratensi, in praesenti materia suspecto, viso instrumento de et supra relaxatione fratris Petri de la Haye alias des trois Roys, religiosi monasterii Sancti Iohannis Ambianensis facta per nos, Abbatem Sancti Martini Laudunensis supranominatum, a carceribus Ordinis, quibus suis exigentibus demeritis et criminibus per eum confessis fuerat mancipatus, ac emissione eiusdem fratris Petri, authoritate

65) Agitur de abbatia S. Andreae in Nemore seu St-André-au-Bois, in dioecesi, olim Ambianensi, nunc Atrebatensi. Cfr N. Backmund, l.c., II, pp. 562-564.

66) Iohannes Michon.

67) Collegium Ordinis in civitate Parisiensi diu neglectum remansit. Cfr E. Valvekens, *Le Collège des Prémontrés à Paris au seizième siècle*, in *Anal. Praem.*, XVI, 1940, pp. 5-41.

tamen praefati Revmi Patris Praemonstratensis Abbatis facta ad monasterium Thenoliense, nostri praefati Ordinis et dioecesis Laudunensis, cum inhibitione tamen quod a dicto monasterio Thenoliensi usque ad Capitulum inde sequens sub excommunicationis poena nequaquam exiret, nec ad partes Ambianenses, reverteretur ante dictum Capitulum, et quasi inhibitiones sub poenis antedictis in verbo sacerdotis firmiter tenere et observare promisit; nihilominus postposita obedientia et promissis oblitis, quadam nocte ferro existente ante fenestram dormitorii in qua iacebat, exivit monasterium absque licentia, et accessit domum cuiusdam nomine Adae Bayart commorantis iuxta praedictum monasterium, et quantum erat dormiens uxor praedicti Adae, minabaturque vehementer ignem immittere si ostium non aperuisset, super quo mulier gravem querimoniam nobis fecit. Praeterea a dicto monasterio Thenoliensi paulo post exivit et absque licentia et per saeculum evolando vagatur, excommunicationis sententiam et apostasiam incurrendo, et quod deterius est, mala malis accumulando, divinis se immiscere non veretur; quibus de causis, deliberatione habita, nos supra dicti Abbates Capitulum Generale Ordinis repraesentantes praefatum fratrem Petrum excommunicamus et excommunicatum declaramus : omnibus nostri Ordinis Praelatis et Religiosis in virtute sanctae obedientiae mandantes et praecipientes, caeteros vero nobis non subditos in iuris subsidium requirimus et rogamus quatenus dictum fratrem Petrum excommunicatum a nobis et per nos denuntient et declarent palam et publice, loquendo ad eius personam si commode fieri possit, sin autem per affixionem [69] copiae praesentium valvis Ecclesiarum, in quibus eumdem frequenter constiterit; praeterea eumdem fratrem Petrum, quem nos casu quo divinis se immiscuerit, irregularem declaramus et denuntiamus, Irregularem denuntietis et declaretis, ac denuntiatione huiusmodi non cessante donec et quousque facies eius ignominia repleta, absolutionis beneficium meruerit obtinere.

Item, fiat commissio alicui Praelato vel Religioso nostri Ordinis ad capiendum Abbatem modernum Santi Iusti [68]); et ipsum ad monasterium Praemonstratense adducendum cum invocatione auxilii brachii saecularis, si opus fuerit, super certis excessibus sibi impositis quod iustum fuerit responsurum.

[68]) Abbas Sancti Iusti-St. Just-en-Chaussée, in dioecesi Bellovacensi, erat, inde ab anno 1502, Antonius de Nampont. Cfr N. Backmund, l.c., II, p. 566.

Item, fiat supplicatio Dominis de Parlamento quatenus attenta dissolutione Religiosorum monasterii Sti Iohannis Ambianensis dignentur et velint permittere quod aliquis Praelatus nostri Ordinis non suspectus committatur ad puniendum delinquentes durante processu dicto monasterii; quae quidem supplica fiat in bona forma.

Item, Capitulum dat licentiam Abbati et Conventui Sancti Petri Selincurtensis [69]), recipiendi Philippum Regimbert in conversum dicti monasterii, non obstante quod annum XX non attingat.

Item, fiant litterae orationum pro nobili vero Domino Guellelmo de Hangeot militi domini temporalis Darzillers et Dominae Margaritae eius conthorali.

Item, fiant litterae orationum pro Magistro Iohanne Huillers, decano Ecclesiae Parisiensis et Archidiaconi Ecclesiae Laudunensis.

Item, fiant litterae orationum pro nobili viro Oliverio de la Vrenade, Domino de la Barge et nobili eius conthorali ad requestam Rmi Patris nostri Domini Iohannis Abbatis Praemonstratensis, nec non Aegidii, Abbatis Vallis Christianae [70]).

Visitatores anni praesentis quingentesimi quarti.

Franciae, Flandriae, Pontivi : Dominus Praemonstratensis [71]).

Normanniae : de Monte Dei [72]), pro hoc anno, cum potestate substituendi.

Brabantiae, Floreffiae, Frisiae et Westphaliae : Parcensis [73]) et Sti Michaelis [74]) Abbates, exceptis monasteriis in Regno Franciae constitutis, quae Dominus Sti Martini [75]) hoc anno visitabit cum potestate substituendi.

Angliae, Scotiae : Rmus Dominus Praemonstratensis, cum potestate substituendi.

Gasconiae : Casae Dei [76]).

Hispaniae : Sti Christophori de Arnellis [77]).

[69]) Abbas Selincurtensis, in dioecesi Ambianensi, erat Iohannes Fretel, abbas aa. 1500-1524. Cfr N. Backmund, l.c., II, p. 569.

[70]) Iohannes de l'Escluse erat dominus Praemonstratensis; nomen abbatis Vallis Christianae nobis notum non est. Cfr n. 1 et n. 6.

[71]) Iohannes de l'Escluse.

[72]) Aegidius l'Ours.

[73]) Iacobus Van Elsacker.

[74]) Arnoldus Weyten.

[75]) Iohannes Poulaillier.

[76]) Iohannes Dumestre. Cfr p. 32, n. 14.

[77]) Iohannes de Arciniega. Cfr p. 17, n. 107.

Vadegotiae et Iveldiae : Praepositus Laurissensis [78]), ad quatuor annos.

Sueviae : Abbas Sorethanus [79]).

Bavariae, Hungariae, Bohemiae : Osterhoviensis [80]).

[70] Moraviae : Praepositus Plagensis [81]).

Burgundiae : Alverniae; Sabaudiae : Sti Mariani [82]) pro isto anno.

Lotharingiae : Cuissiacensis [83]), assumpto secum...

Austriae, Poloniae, Tusciae, Calabriae, Cypri et terrae Ierosolylitanae : Prior Scholarium.

Sic signatum.

Et ego infrascriptus tibi lector optime ad futura tempora copiam praescriptam ex Actis Capituli Generalis praedicti anni 1504 quae Praemonstrati servantur et novem et media paginis comprehenduntur fideliter communico, utere et gaude te cum dictis Actis concordantem te habere. Ita subscribo 19a novembris 1661.

Fr. Gregorius du Crocq, Secretarius Praem. Ord.

78) Lucas. Cfr p. 30, n. 96.

79) Henricus Oesterreicher. Cfr supra, p. 31, n. 99.

80) Iohannes Retzinger. Cfr p. 30, n. 88.

81) Praepositus Plagensis = Schlägl, in dioecesi Linciensi = Linz, in Austria, erat Nicolaus von Schestau. Cfr N. Backmund, l.c., I, p. 310.

82) Nicolaus Joannis.

83) Tugdualdus de Vennes.

5

1505

(Ms. Laon, 538, pp. 70-76)

Acta et Definitiones Capituli Generalis Ordinis Praemonstratensis in oppido Sancti Quintini [1]), in Viromandia, celebrati anno Domini millesimo quingentesimo quinto, die vigesima mensis Aprilis et sequentibus diebus.

Nomina Praelatorum in hoc Capitulo comparentium :

Dominus Praemonstratensis [2])	de Lucerna [3])
Sancti Martini Laudunensis [4])	de Bellosanna [5])
Vallis-Serenae [6])	de Monte-Dei [7])
Branae [8])	Gaudii Vallis [9])
Vallis-secretae [10])	Hermeriarum [11])
St. Iohannis Ambianensis [12])	Camerae Fontis [13])
Bonae-Spei [14])	Loci Restaurati [15])

1) Saint-Quentin, civitas sita in Gallia septentrionali, non longe a Prémontré.

2) Iohannes de l'Escluse. Cfr supra, p. 3, n. 3.

3) Abbas Lucernae = La Luzerne, in dioecesi, olim Abrincensis = Avranches, nunc Constantiensis = Coutances, erat Richardus de Laval, abbas inde ab anno 1496. Cfr. N. Backmund, o.c., t. III, p. 28.

4) Iohannes Poulaillier. Cfr supra, p. 19, n. 4.

5) Iohannes Boudet. Cfr supra, p. 5, n. 27.

6) Guillielmus Cordier, qui abbas fuit usque ad a. 1505. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 539.

7) Aegidius l'Ours. Cfr supra, p. 5, n. 29.

8) Iacobus de Bachimont. Cfr supra, p. 6, n. 33.

9) Lancelot du Fau. Cfr supra, p. 7, n. 41.

10) Iohannes Michon. Cfr supra, p. 6, n. 36.

11) Andreas Richard. Cfr supra, p. 7, n. 40.

12) Thomas de l'Escluse. Cfr supra, p. 4, n. 13.

13) Renatus de Fontenay. Cfr supra, p. 7, n. 39.

14) Nicolaus Van Mierdorp. Cfr supra, p. 4, n. 9.

15) Petrus de Haultdecœur. Cfr supra, p. 6, n. 38.

Tongrellensis [16])
Parcensis [18])
Viconiensis [20])
de Castello [22])
Lisquensis [24])
Sti Augustini Morinensis [26])
Sti Andreae in Nemore [28])
Sti Petri Selincurtensis [30])
de Seriaco in pratis [22])
Sti Iusti Belvacensis [34])
de Ressonio [36])
de Marchasio Radulphi [38])
Montis Sancti Martini [40])
de Stella [17])
Sti Mariani Altissiodorensis [19])
Bassi Fontis [21])
de Moncellis [23])
de Genliaco [25])
Ianduriarum [27])
Vallis-Dei [29])
Septem Fontium in Therascia [31])
Bellae Vallis in Argona [33])
de Longo Vado [35])
Clarifontis [37])
Thenoliensis [39])
Buciliensis [41])

[16]) Abbas « Tongrellensis », seu Tongerloensis, in dioecesi, olim Cameracensi, nunc Antverpiensi, erat Nicolaus Mudtzaerts, abbas aa. 1590-1608. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 335.

[17]) Iohannes de Montesson. Cfr supra, p. 7, n. 43.

[18]) Arnoldus Weyten. Cfr supra, p. 3, n. 6.

[19]) Nicolaus Joannis. Cfr supra, p. 20, n. 35.

[20]) Abbas Viconiensis, inde ab anno 1504 finiente, erat, usque ad a. 1513, Iohannes Lecarlier. Cfr N. Backmund, II, o.c., p. 437.

[21]) Abbas Bassi Fontis = Basse-Fontaine, in dioecesi Trecensi (Troyes), erat, uti videtur, Laurentius Bachelier. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 480.

[22]) Iohannes Auffroit. Cfr supra, p. 6, n. 31.

[23]) Petrus Brunet. Cfr supra, p. 7, n. 46.

[24]) Carolus de Récourt. Cfr supra, p. 7, n. 47.

[25]) Iacobus Le Pelletier. Cfr supra, p. 21, n. 46.

[26]) Nicolaus Rhedys. Cfr supra, p. 7, n. 44.

[27]) Franciscus de Contrisson. Cfr supra, p. 32, n. 6.

[28]) Dionisius Daviau. Cfr supra, p. 4, n. 16.

[29]) Iohannes Tolman. Cfr supra, p. 45, n. 12.

[30]) Iohannes Fretel. Cfr supra, p. 55, n. 17.

[31]) Adam Cornu. Cfr supra, p. 20, n. 19.

[32]) Iohannes Merlot. Cfr supra, p. 5, n. 25.

[33]) Abbas Bellae Vallis in Argonia = Belval-en-Argonne, dioec. Remensis, erat Iohannes Collard. Cfr N. Backmund, l.c., III, p. 60.

[34]) Iohannes Cordier. Cfr supra, p. 5, n. 26.

[35]) Antonius Charlier. Cfr supra, p. 7, n. 45.

[36]) Iohannes de Quenouilles. Cfr supra, p. 46, n. 35.

[37]) Antonius Geoffrey. Cfr N. Backmund, o.c., II, p. 372.

[38]) Item, Iohannes de Quenouilles. Cfr supra, p. 21, n. 47.

[39]) Thiebaldus. Cfr supra, p. 5, n. 20.

[40]) Nomen huius abbatis notum non est. Cfr supra, p. 45, n. 32.

[41]) Iohannes le Prince. Cfr supra, p. 46, n. 33.

Viromandensis [42])

Viride Stagnum [43])
Calvimontis [44])

Subscripti praestiterunt obedientiam :

Tungrelensis; Viride Stagnum; Hermeriarum; Bellae-Vallis in Argona; Bassi-Fontis Abbates.

[71] Imprimis ordinatum est quod hoc anno omnes Praelati, salvo privilegio Patrum-Abbatum erunt diffinitores.

Item, missas celebrari consuetas : primam Tungrelensis [45]), secundam Viconiensis [46]), et 3am Viridis-Stagni [47]) celebrabunt.

Item, Abbates Vallisserenae et de Longo Vado regent chorum [48]).

Item, talliarum receptores erunt sancti Iohannis Ambianensis et de Longo Vado Abbates [49]).

Item, litteras sigillo Capituli Generalis sigillandas examinabunt et sigillabunt Patres-Abbates, et illi quos secum voluerint appellare.

Item, Compotorum Auditores erunt Patres-Abbates, caeterique omnes interesse volentes.

Item, quod Abbates infranominati huic Capitulo minime comparuerint, nec se sufficienter excusaverint, videlicet Dei-Loci [50]), Belli Reditus [51]), Leffiensis [52]), Albae Curiae [53]), Gettensis [54]), Trunchi-

42) Iohannes. Cfr supra, p. 4, n. 12.

43) Abbas Viridis Stagni = Soulseat, in dioecesi Gallovidianensi = Galloway, in Scotia, erat Quintinus Vaus, abbas aa. ca. 1493-1529. Cfr N. Backmund, o.c., II, p. 111.

44) Petrus Fayart. Cfr supra, p. 5, n. 18.

45) Nicolaus Mudzaerts.

46) Iohannes Lecarlier.

47) Quintinus Vaus.

48) Guillielmus Cordier; Antonius Charlier.

49) Thomas de l'Escluse; Antonius Charlier.

50) Iuxta Statuta Ordinis, abbates qui Capitulum Generale non adierant rationem suae absentiae praesidi Capituli manifestare debebant. Plures vero hoc, ad mentem huius Capituli, neglexerant aut modo insufficienti fecerant. Abbates, negligentes sub hoc respectu, nonnulli nominatim hic indicantur. — Abbas Dei Loci aderat in Capitulo Generali a. 1502; agitur de abbate Thoma Tuyau. Cfr supra, p. 20, n. 34.

51) Bellus Reditus = Beaurepart, in civitate et dioecesi Leodiensi. Inde ab anno 1498 usque ad annum 1524 abbas ibidem erat Goswinus Hemonnet. Cfr N. Backmund, o.c., II, p. 360.

52) Leffia sita est iuxta civitatem Dinant, in dioecesi, olim Leodiensi, nunc Namurcensi. Abbas ibidem tunc erat (aa. 1504-1528) Aegidius d'Awagne. Cfr N. Backmund, o.c., II, p. 388.

53) P. Carré. Praesens fuerat Capitulo Generali a. 1501. Cfr supra, p. 7, n. 42.

54) Abbas Gettensis, seu Jettensis, seu Diligemensis, prope civitatem Bruxellensem, erat Rolandus Sanders, abbas aa. 1501-1506. Capitulo generali a. 1506 astitit. In hoc

nensis [55]), Bonifageti [56]), Salinae Vallis [57]), de Stagno [58]), de Blancalanda [59]), Belli-portus [60]), de Circaria Burgundiae omnes Praelati [61]); Sancti Andreae [62]), Calvimontis [63]), St. Gilberti [64]), de Doa [65]), Candidae-Casae [66]), Tongeland [67]), Drieburg [68]), Sacrum nemus [69]), Monsfarnia [70]);

ultimo Capitulo accusatur de mala administratione abbatiae; ideo muneri abbatiali valedicit. Deinde fit parochus in Heembeek; in qua paroecia moritur die 22 iunii 1515. Cfr J. Lavalleye, *Liber Mortuorum de l'abbaye de Dilighem.* in *Anal. Praem.*, II, 1926, p. 34.

[55]) Abbas Trunchiniensis = Drongen, in dioecesi, olim Tornacensi, nunc Gandavensi, erat Wilhelmus Huys. Cfr N. Backmund, o.c., p. 412.

[56]) Iohannes Morizot. Cfr supra, p. 5, n. 24.

[57]) Abbas Salinae Vallis = Salival, in dioecesi Metensi, erat Gerardus du Fraine, abbas aa. 1500-1505. Cfr N. Backmund, o.c., III, p. 107.

[58]) Abbas Stagni = l'Étanche, in dioecesi Viridunensi, erat Georgius de Vannes, abbas aa. 1500-1512. Cfr N. Backmund, o.c., III, p. 67.

[59]) Petrus Lefebre. Cfr supra, p. 33, n. 22.

[60]) Abbas Belli Portus = Beauport, in dioecesi Briocensi = St-Brieuc, erat Iohannes le Bigot, abbas aa. 1498-1540. Cfr N. Backmund, o.c., III, p. 17.

[61]) Ad Circariam Burgundiae pertinebant abbatiae sitae in regione Galliae hodiernae orientalis, Burgundia dictae, et in hodierna Helvetia.

[62]) S. Andreas abbatia erat sita in suburbio Claromontensi = Clermont-Ferrand. Abbas, aa. 1487-1529, erat abbas commendatarius, Gulielmus de la Volpillière. Cfr N. Backmund, o.c., III, p. 148.

[63]) Mirum est abbatem Calvimontis hic citari inter Abbates, qui huic Capitulo non comparuerint, nec se sufficienter excusaverint; nam supra, p. 58, idem Abbas citatur inter Abbates in eodem Capitulo comparentes; quod iterum probat scriptorem huius ms., du Crocq, esse negligentem in transscribendis nominibus.

[64]) Abbatia S. Gilberti Novem Fontium = Neuffontaines, sita in dioecesi, olim Clarimontano = Clermont, nunc in dioecesi Molinensi = Moulins, tunc abbatem habebat commendatarium. Cfr N. Backmund, o.c., III, pp. 151-153.

[65]) Abbatia Doae = Doue, in diocesi Podiensi = Le-Puy-en-Velai, tunc abbatem habebat commendatarium. Cfr N. Backmund, o.c., pp. 149-151.

[66]) Candida Casa seu Whithorn, in dioecesi Gallovidianensi = Galloway, in Scotia. Annis 1503-1514, abbas huius monasterii erat Henricus McDowell. Cfr N. Backmund, o.c., II, p. 116.

[67]) Tongland, seu Tongeland, in dioecesi Gallovidianensi = Galloway, in Scotia. Annis 1503-1508, abbas huius monasterii erat Iohannes Damianus. Cfr N. Backmund, o.c., II, p. 113.

[68]) Driburgh seu Dryburgh, in dioecesi Sti Andreae = St. Andrews, in Scotia. Annis 1483-1506, abbas huius monasterii erat Andreas Lidderdale. Cfr N. Backmund, o.c., II, p. 103.

[69]) Sacrum nemus, seu Sacer Boscus seu Holywood, in dioecesi Gallovidianensi, in Scotia. Annis 1505-1523, abbas huius monasterii erat Iohannes Welch. Cfr N. Backmund, o.c., II, p. 108.

[70]) Mons Farnia seu potius Nova Fernia, seu Fearn, in Scotia. Huius monasterii, aa. 1486-1516 abbas erat Thomas McCulloch. Cfr. N. Backmund, o.c., II, p. 106.

item Praelati Saxoniae [71]). Idcirco praesens Capitulum declarat eos et eorum quemlibet contumaces.

Item, Capitulum Generale recepta bulla modificationis seu reformationis Statutorum nostri Ordinis [72]), illaque visa et perlecta in Capitulo Generali, convocatis et praesentibus omnibus in dicto Capitulo comparentibus et ipsam audientibus in praesentia Domini Matthaei Larcher et magistri Iohannis Ray, notariorum testiumque ad hoc vocatorum et rogatorum, de consensu etiam et voluntate praedictorum Religiosorum eamdem Bullam modificationis et Statuta desuper edita acceptarunt et eorum quilibet acceptat, polliciendo amodo vivere iuxta contenta in eadem, et inviolabiliter possetenus observare, super quibus omnibus praesentatione et acceptatione instrumentum a praedictis notariis unum vel plura sibi dari et confici postulavit.

Item, ordinat quod fiant litterae orationum pro generoso Patre et Dno Archiepiscopo Coloniensi [73]), in meliori et ampliori forma.

Item, fiat littera missiva gratiosa praedicto Revmo Domino Archiepiscopo Coloniensi exhortatoria ad adiuvandum Praelatos nostri Ordinis in sua Provincia degentibus, super modificatione Statutorum super forma contenta in textu desuper facto.

Super requesta facta per Praelatos Ordinis de Circaria Flandriae, Floreffiae et Brabantiae et alios quam plures de habendo Protectore et Procuratore in Urbe Romana, quibus assignentur stipendia sufficientia; quae stipendia assignari nequeunt de talliis consuetis. Idcirco Capitulum ordinat quod fiat commissio specialis dirigenda Abbatibus Sancti Michaelis [74]), Parcensi [75]), et Tungrelensi [76]) et utrique in solidum ad convocandum Praelatos dictarum Circariarum, [72] et eis remonstrandum paucitatem et insufficientiam modernarum talliarum et eos et quemlibet eorum inducendum ad augmentandum contributiones secundum facultates monasteriorum suorum, ita quod stipendia

[71]) In Saxonia plura erant monasteria ad Ordinem nostrum pertinentia. Quae, utpote asserentes se esse filios genuinos S. Norberti, archiepiscopi Magdeburgensis, practice se gerebant independenter a Prémontré. Proinde, saltem in praxi, neglegebant ea quae gerebantur aut decidebantur in Capitulis generalibus.

[72]) Bulla ista erat Bulla Iulii II, *Rationi congruit*, diei 25 decembris 1503. Cfr J. Lepaige, *Bibliotheca Praemonstratensis Ordinis*, 1633, pp. 727-732; *Statuta Ordinis anni 1630*, Averbodii, 1898, pp. xxii-xxxii.

[73]) Archiepiscopus Coloniensis tunc erat Hermannus von Hessen.

[74]) Annis 1499-1505, abbas S. Michaelis erat Iacobus Van Elsacker.

[75]) Arnoldus Weyten.

[76]) Nicolaus Mudzaerts.

praedictis Protectori et Procuratori assignari possint et referendum ad Capitulum futurum quid desuper actum fuerit per eos.

Item, Capitulum ordinat praedicto Abbati Parcensi [77]) quod impetret confirmationem Privilegiorum Ordinis in forma communi, expensis Ordinis.

Item, Capitulum ordinat quod Praelati et Religiosi Capitulo Generali comparentes sint in habitu, cappa, et rasura decentibus, et non in brevibus tunicis sicuti aliqui soliti sunt, et hoc sub poena punitionis condignae.

Item, fiant litterae orationum pro nobili viro Domino Henrico de Croy, Domino de Renty et Charlotta eius conthorali cum eorum liberis.

Item, Capitulum praesens in recompensationem servitiorum nuper factorum Ordini nostro per magistrum Honguant exercendo officium notariatus Capituli Generalis, gratiose dat eidem duodecim libras Turonenses per Dominum Reverendissimum super talliis Ordinis solvendis.

Item, fiat commissio dirigenda Domino Quintino, Abbati Viridis-Stagni [78]), ad visitandum omnia et singula monasteria nostri Ordinis in Regno Scotorum constituta, et reformandum tam in capite quam in membris iuxta et secundum Bullam modificationis Domini Iulii Papae moderni [79]) et Statutorum desuper confectorum in bona et ampliori forma; quae quidem commissio durabit et per eumdem Quintinum Abbatem exequetur quamdiu vixerit.

Item, in eadem commissione fiat clausula specialis quod Abbates et Religiosi amodo non utantur rochetis nec biretis nigris vel coloratis, gerantque habitum candidum et honestum secundum ritum primitivae institutionis nostrae, et ad hoc compellantur per censuras. Item in eadem commissione inseratur clausula talis, quod Capitulum confirmat et approbat tractatum seu appunctuamentum factum inter dictum Dominum Quintinum ex una et Superiorem et totum Conventum monasterii Candidae-Casae ex altera parte super officio Prioratus monasterii praedicti Candidae-Casae [80]).

Item, fiat missiva gratiosa Illustrissimo Principi Domino Iacobo Regi Scotorum eumdem humiliter regratiando de bona voluntate et zelo quem habet ad Ordinem nostrum, et praesertim de acceptatione

[77]) Arnoldus Weyten.
[78]) Quintinus Vaus.
[79]) Vide n. 72.
[80]) Cfr n. 66.

litterarum per nos sibi ab anno transmissorum et promissione concessa, exhortando eumdem quatenus in huiusmodi proposito perseverando confratrem nostrum Dominum Quintinum, Abbatem Viridis-Stagni, dignetur habere commendatum, [73] et ad tam salubre Reformationis opus manus porrigere dignetur, ita ut Bulla Reformationis Domini Iulii moderni Papae nobis concessa, et Statuta desuper confecta debitum sortiatur effectum.

Item, fiant litterae orationum pro dicto Domino Iacobo, Rege Scotorum, et eius conthorali Regina, et quia nescitur nomen Reginae, dimittatur spatium ad illud scribendum.

Item, fiant litterae orationum pro Domino Willelmo Enkevoirt, prothonotario Sanctae Sedis Apostolicae ac Bullarum eiusdem scriptori dignissimo [81]).

Item, pariformiter pro Reverendo Patre Nicolao Episcopo Atrebatensi, in bona forma [82]).

Item, consimiliter pro magistro Adriano, Decano Ecclesiae Sancti Petri Lovaniensis [83]).

Item, Capitulum annuendo petitioni Abbatis et Religiosorum monasterii Sancti Augustini Morinorum [84]), dat eis eorumque successoribus licentiam decantandi singulis diebus dominicis et festis Virginis Mariae post Vesperas et in eorum choro Salve Regina cum versiculo et collecta : Post partum, et Concede; ac etiam cum psalmo : De profundis, Inclina et Fidelium et hoc mediante redditu sex librarum quatuor solidorum assignatorum praedictae Ecclesiae et Conventui.

Item, fiat missiva Domino Cliviensi Duci, exhortatoria quatenus assistere et favores impertire dignetur ad reformandum Monasterium Monialium Wesalium [85]) in Ducatu Cliviensi et illas includendi iuxta formam minutae desuper confectae.

Item, fiant litterae orationum pro magistro Adriano Hognant, in legibus licentiato et Franciscae eius uxori, Pacquetto de Nazergarbe, Magistro Guillermo le Fuzalier, Magistro Iacobo Croizettes, Adam Barthelemy, Magistro Iohannes Porchon, officiali Silnatenensi, Magistro

[81]) Van Enckevoirt, postea Cardinalis. Cfr supra, p. 41, n. 83.

[82]) Episcopus Atrebatensis erat Nicolaus Ruistre de Luxemburgo. Cfr *Gallia Christiana*, t. III, Parisiis, 1876, p. 346.

[83]) Adrianus iste est ille qui a. 1522 eligitur Summus Pontifex : Hadrianus VI (defunctus 14 septembris 1523).

[84]) Abbas iste est Nicolaus Rhedys. Cfr supra, n. 26.

[85]) Wesel erat monasterium Monialium in dioecesi, olim Coloniensi, nunc Monasteriensi, situm. Saeculo decimo septimo finem habuit. Cfr. N. Backmund, o.c., I, p. 200 s.

Laurentio Thibauld, Henrico Hognant, Petro et Iohanni les Hongnants, uxoribus et liberis eorum.

Item, Capitulum praesens viso instrumento notarii Apostolici, super consensu fratris Iohannis le Constre, tunc religiosi monasterii Sti Martini Laudunensis, declarat eumdem fratrem Iohannem le Constre, Religiosum expresse professum et perpetuum monasterii Clari-Fontis [86]), et hoc de consensu Abbatum tam sancti Martini Laudunensis quam Clarifontis [87]), coram nobis comparentium et hoc requirentium, nec amodo ad monasterium proprium reverti poterit, nec quidquid iuris electionis vel provisionis in eo vendicare.

Item, Capitulum dat gratiose fratri Bertrando nuper Abbate Gaudii-Vallis [88]), summam viginti sex librarum Turonensium, ita tamen quod reperiat aliquem Praelatum vel alium quemcumque qui dictam summam ei mutuare velit, et Ordo noster restituere tenebitur, et hoc prosequendo processu pendente super [74] iure Abbatialis dignitatis praedicti monasterii Gaudii-Vallis.

Item, fiant litterae dirigendae Domino Ieronimo Priori Praedicatorum Lovaniensium credentiales ad Archiepiscopum Coloniensem, in forma notario tradita.

Et consimiles ad Dominum Servatium, Doctorem Sacrae Theologiae, Priorem Praedicatorum in Colonia sub forma consimili, mutato nomine, ut si alter eorum commissa adimplere nequiverit, alter eorum id supplere valeat.

Item, fiant litterae dirigendae Visitatoribus et principalibus Praelatis nostri Ordinis, hortando et admonendo eos et eorum quemlibet ad acceptandam modificationem et Statuta desuper, et illa publicandi, et subditos instituendos, et exercendos, diligenterque exequenda ea quae pro uniformitate Ordinis necessaria erunt, ita ut Deo et hominibus valeamus reddere rationem, et aemulorum invida tela repellere.

Item, fiant litterae orationum pro nobili viro Domino Petro Danglebernes, Domino temporali de Laigny et Iohanni eius uxore.

Item, audita relatione Venerabilis Confratris nostri Abbatis

[86]) Monasterium Clari Fontis = Clairefontaine situm erat in dioecesi, olim Laudunensi, nunc Suessionensi.

[87]) Abbas Laudunensis eo tempore erat Iohannes Poulaillier; Clarifontis : Antonius Geoffrey.

[88]) Hoc tempore, commendatarius quidam, Lancelot du Fau, erat abbas Gaudii Vallis; electus quidem canonice fuerat Bertrandus de Gugny, qui tamen possessionem abbatiae non obtinuit. Cfr N. Backmund, o.c., II, p. 556. De hac re, iam actum erat in Capitulo Generali anni 1503. Cfr supra, p. 43.

Flabonis Montis, de et super poenitentia fratris Iohannis Faignoisel [89]), Religiosi Stivagiensis in praefato monasterio Flabonis Montis facta, quam benigniter et patienter sustulit, attenta etiam contritione, ipsum absolvimus et ad proprium monasterium remittimus, praecipiendo Abbati praedicti monasterii Stivagiensis [90]) ut eum recipiat tracteturque sub Regulari Ordinis disciplina.

Item, attentis excessibus et delictis per fratrem Philippum Fanoterel diaconum Religiosum Monasterii Sancti Andreae in nemore; scilicet facto sacrilegio et iterata apostasia, aliisque enormibus flagitiis per ipsum commissis, Capitulum committit eumdem ad monasterium Steynveldense, Circariae Westphaliae, ibidem triennio moraturum, praecipiendo praefato Abbati [91]) quatenus eumdem fratrem Philippum cum ad ipsum venerit, recipiat, eidem iniungendo poenam decem dierum gravioris culpae dumtaxat [92]); attendens quod partem poenitentiae pro eiusmodi excessibus debitae in nostro monasterio sustulit, confessiones privatas per se vel deputatos audiendi authoritate concedens.

Item, fiat monitio ad monendum fratrem Nicolaum Mareau, alias François, Religiosum monasterii Sti Iohannis Ambianensis, quatenus infra tres dies post monitionem sibi factam reddat et restituat fratri Gabrieli de France praedicti monasterii Religioso cappam, tunicam, lectum et alia utensilia eidem fratri Gabrieli spectantia et pertinentia, quae ab eo abstulit et vendere fecit, saltem pretium de eisdem bonis receptum.

Item, Capitulum praesens, attenta negligentia fratri Nicolai Brunet nuper instituti ad officium Prioratus Collegii Parisiensis, eiusque inutilitate [93]), ipsum privat et privatum declarat a praedicto Prioratus officio, et eius loco instituit Venerabilem nostrum fratrem Thomam de Lescluse [94]), Abbatem Sti Iohannis Ambianensis, [75] donec et quousque per nos aliter fuerit provisum.

[89]) Abbas Flabonis Montis erat Iohannes Pasel. Cfr supra, p. 5, n. 23. De delictis perpetratis a Iohanne Faignoisel actum erat in Capitulo Generali anni 1504. Cfr supra, p. 50.

[90]) Faignoisel, de quo in n. praecedenti erat religiosus professus abbatiae Stivagiensis (Etival). Abbas ibidem tunc erat Franciscus Fagnozel. Cfr N. Backmund, o.c., III, p. 70.

[91]) Abbas Steinfeldensis tunc erat Iohannes von Münstereifel. Cfr N. Backmund, o.c., I, p. 195.

[92]) Poenae tales indicabantur in Statutis Ordinis.

[93]) In Capitulo Generali anni 1503, Brunet ad hoc munus indicatum fuerat. Cfr supra, p. 39.

[94]) Cfr supra, p. 4, n. 13.

Visitatores anni praesentis quingentesimi quinti :

Franciae : Dominus Praemonstratensis [95]) reservat pro se.

Flandriae, Floreffiae, Brabantiae, Pontivi : Sti Evodii de Brana [96]) et Sancti Andreae de Nemore [97]), Abbates.

Lotharingiae, Burgundiae, Sabaudiae, Alverniae : Sti Mariani Altissiodorensis [98]).

Normanniae : Abbas de Seriaco in patris [99]) pro hoc anno assumpto secum x.

Frisiae : Praepositus Sti Iacobi in Langherna [100]).

Westphaliae : Knestedensis [101]) et Saynensis [102]) Abbates et utrique in solidum.

Angliae : Dominus Praemonstratensis cum potestate substituendi.

Gasconiae : Casae Dei [103]), assumpto secum x.

Hispaniae : Sti Christophori de Arnellis [104]).

Vadegotiae et Iveldiae : Praepositus Laurissensis [105]).

Sueviae : Abbas Sorethanus, ad triennium [106]).

Bavariae, Hungariae, Bohemiae : Abbas Teplensis cum potestate substituendi ad triennium [107]).

95) Iohannes de l'Escluse. Cfr n. 2, et supra, p. 3, n. 3.

96) Iacobus de Bachimont.

97) Thomas de l'Escluse.

98) Nicolaus Joannis.

99) Iohannes Merlot. — De hac designatione legimus in M.F.-L. Darsy, *Notice historique sur l'abbaye de Séry*, Amiens, 1961, p. 90 s. : « Jean V. Merlot fut choisi comme visiteur de Normandie par le Chapitre général de l'ordre de Prémontré, assemblé à St-Quentin, le 22 avril 1505 : 'Iohannes permissione divina Abbas Praemonstratensis et abbatum eiusdem ordinis Capitulum generale, venerabili et discreto in Christo confratri Abbati de Seriaco in pratis, etc...,; vobis in virtute salutaris obedientiae mandamus quatenus vos, assumpto vobiscum aliquo nostri ordinis zelatore praelato vel canonico litterato, visitetis hoc anno omnia et singula monasteria, ecclesias, personas et loca dicti nostri ordinis in Circaria Normanniae, tam in capite quam in membris...' ».

100) Iohannes Van Boemel. Cfr supra, p. 18, n. 108.

101) Nicolaus Hüls.

102) Abbas Saynensis, in dioecesi Treviransi, erat Livinus von Gouda, abbas aa. 1500-1518. Cfr N. Backmund, l.c., I, p. 189.

103) Iohannes Dumestre. Cfr supra, p. 32, n. 14.

104) Iohannes de Arciniega. Cfr supra, p. 17, n. 107.

105) Lucas. Cfr supra, p. 31, n. 96.

106) Henricus Oesterreicher. Cfr supra, p. 31, n. 99.

107) Abbas Teplensis, in dioecesi Pragensi, erat Sigismundus Hausmann, abbas aa. 1458-1506. Cfr N. Backmund, l.c., I, p. 317.

Moraviae : Praepositus Plagensis [108]).

Austriae, Poloniae, Tusciae, Calabriae, Daciae, Norvegiae, Cypri et terrae Ierosolimitanae : Prior Scholarium [109]).

Item, annuento petitioni Hugonis Mahon, domini temporalis de Boudon super quadam parte Collegii nostri Parisiensis, quam nuper obtinebat Magister Stephanus Brunet, germana eius uxor et filius eius ad vitam; qui quidem Hugo totum ius quod praedicti Stephani germana eiusque filius locationis iure habere poterant, ab eis comparavit; Idcirco Capitulum praedictum concessit praefato Hugoni, Magistro Iohanni, Michaeli eius libero et Petro eius nepoti teneant quamdiu vixerint, addito quod ultra ea quae possidebant praefati magister Iohannes et germana, possidebit et possidebunt quinque pedes in hortulo retro Capellam; in quo tamen nihil aedificare poterunt ultra aedificare in dicto loco aedificia usque ad summam quater centum librarum Turonensium arbitrio nostro constituendorum, et desuper se obligare et Ordinem nostrum debite assecurare, ac etiam litteras per nos prius praedicto magistro Stephano datas, cassas nobis reddere, nec prius litteras a nobis recipiet.

Item, Capitulum confirmat, ratificat et approbat donum seu concessionem factam Conventui Montis Sancti Martini per Reverendissimum Patrem Dominum Abbatem Praemonstratensem et Abbatem [110]) supradicti Montis Sancti Martini, sicut in libris desuper factis quibus nostrae praesentes infixae erant, plenius continetur.

[76] Item, visis excessibus et delictis per fratrem Iacobum Croiset, Religiosum monasterii Viconiensis commissis, de quibus apud Definitores et acta Generalis Capituli anni praeteriti latius fit mentio [111]), et pro quibus spatio decem mensium in carceribus Ordinis vel circiter fuit detentus, pensata casus gravitate, matura deliberatione praehabita, Capitulum condemnat eundem fratrem Iacobum in carceribus Ordinis apud Laudunum permansurum; ea tamen conditione quod Abbas Sancti Martini dicti monasterii Viconiensis Pater-Abbas, ipsum poterit, si de eius contritione constiterit, eius arbitrio pro tempore relaxare et elargire.

[108]) Praepositus Plagensis = Schlägl, in dioecesi olim Passaviensi, nunc Linciensi, erat Nicolaus von Schestau, praepositus aa. 1499-1522. Cfr N. Backmund, o.c., I, p. 310.

[109]) Ad hoc munus indicatus erat in praesenti Capitulo anni 1505 : Thomas de l'Escluse. Cfr supra, p. 64.

[110]) Cfr n. 42.

[111]) Cfr supra, p. 47.

Item, Capitulum dat authoritatem et potestatem Venerabili nostri Abbati Sti Martini Laudunensis [112]), absolvendi Religiosos incarceratos authoritate Ordinis in suo monasterio, ac etiam super irregularitate dispensandi vel dispensari faciendi, dum tamen nostri Ordinis fuerit Abbas et casus id exposcat.

Item, Capitulum approbat et confirmat legatum factum per Magistrum Nicolaum de Fontenil, Archidiaconum Antverpiensem et Canonicum Cameracensem, Ecclesiae de Curte de Gillemont sicut continetur in litteris desuper confectis.

In Circariae Burgundiae, Alverniae et Sabaudiae : Sti Mariani pro isto anno [113]).

Hungariae et Bohemiae : Teplensis [114]).

Scotiae : Prior Candidae-Casae [115]) cum potestate substituendi Abbatem Viridis Stagni [116]).

Praesens copia cum actis Capituli Generalis anni 1505, circa finem, ut patet, turbato rerum ordine, Praemonstrati conservato, hodie 19 novembris 1661 bene et de verbo ad verbum et ordinem (licet defectuosum) mea infrascripti manu exarata concordat. Et in fidem subscribo.

Fr. Gregorius du Crocq, Praemonstratensis Ordinis Secretarius.

[112]) Ioh. Poulaillier.

[113]) Nicolaus Joannis. Cfr supra, p. 20, n. 35.

[114]) Cfr n. 107 : Sigismundus Hausmann.

[115]) Candida Casa ista est Whithorn, im Scotia. Prior erat Henricus McDowell. Cfr supra, p. 59, n. 66.

[116]) Quintinus Vaus. Cfr supra, n. 43.

6

1506

(Ms. Laon 538, pp. 76-86)

Acta et Diffinitiones Capituli generalis Ordinis Praemonstratensis, in oppido Sancti Quintini, in Viromandia [1]), celebrati, anno Domini millesimo quingentesimo sexto, die decima mensis Maii et diebus sequentibus.

Nomina comparentium in dicto Capitulo :

[77] Dominus Praemonstratensis [2])	Sancti Martini Laudunensis [3])
Cuissiacensis [4])	Domini-Martini [5])
Sancti Iohannis Ambianensis [6])	Sancti Andreae in Nemore [7])
Sancti Petri Selincurtensis [8])	De Seriaco in pratis [9])
Sancti Iusti Bellovacensis [10])	Vallis secretae [11])
Vallis serenae [12])	Vallis christianae [13])

[1]) Saint-Quentin, civitas sita in Gallia septentrionali, non longe a Prémontré.

[2]) Iohannes de l'Escluse. Cfr supra, p. 3, n. 3.

[3]) Iohannes Poulaillier. Cfr supra, p. 14, n. 95.

[4]) Inde ab anno 1505, abbas Cuissiacensis electue erat Iacobus de Bachimont, iam inde ab anno 1501 abbas Branensis. Postea erit Abbas generalis. Cfr supra, p. 6, n. 33.

[5]) Abbas Domini Martini, seu S. Iudoci in Nemore, in dioecesi, olim Ambianensi, nunc Atrebatensi, erat Balduinus de Hersin, abbas aa. 1499-1517. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 551.

[6]) Thomas de l'Escluse. Cfr supra, p. 4, n. 13.

[7]) Dionisius Daviau. Cfr supra, p. 4, n. 16.

[8]) Iohannes Fretel. Cfr supra, p. 5, n. 17.

[9]) Iohannes Merlot. Cfr supra, p. 5, n. 25.

[10]) Inde ab anno 1502 usque ad annum 1512 abbas erat Antonius de Nampont. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 566.

[11]) Iohannes Michon. Cfr supra, p. 6, n. 36.

[12]) Iuxta C. Hugo, *Sacri Ordinis Praemonstratensis Annales*, t. II, 1736, col. 1044, et N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 539, abbas Cordier moritur anno 1505, et solummodo, anno 1507, novus abbas ei successit, nomine Nicolaus de Maucrois. Porro in Actis huius Capituli Generalis anni 1506, praesens dicitur Capitulo abbas Vallis serenae. Et non refertur inter illos qui, qua abbates pro prima vice Capitulo generali praesentes, obedientiam Capitulo generali praestiterunt. An forte abbas Cordier adhuc vivebat anno 1506 ?

[13]) Nomen huius abbatis non constat. Cfr supra, p. 6, n. 35.

Branensis [14])
Camerae Fontis [16])
Vallis Dei [18])
Buciliensis [20])
Calvimontis [22])
Sancti Mariani [24])
Bonae-Spei [26])
Averbodiensis [28])
Sancti Augustini Morinensis [30])
Loci Restaurati [15])
Dei-Loci [17])
Septem-Fontium in Terascia [19])
Thenoliensis [21])
de Genliaco [23])
Gettensis [25])
Sancti Foillani [27])
Montis Sancti Martini [29])
Viromandensis [31])

[14]) Iacobus de Bachimont electus erat abbas Cuissiacensis anno 1505. Quisnam ipsi tunc successerit in regimine abbatiae Branensis non constat. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 487.

[15]) Petrus de Haultdecœur. Cfr supra, p. 6, n. 38.

[16]) Inde ab anno 1502 : Gulielmus Alis.

[17]) Thomas Tuyau. Cfr supra, p. 20, n. 34.

[18]) Iohannes Tolman. Cfr supra, p. 5, n. 21.

[19]) Adam Cornu. Cfr supra, p. 20, n. 19.

[20]) Iohannes le Prince. Cfr supra, p. 46, n. 33.

[21]) Thiebaldus. Cfr supra, p. 5, n. 20.

[22]) Petrus Frayart. Cfr supra, p. 5, n. 18.

[23]) Iacobus le Pelletier. Cfr supra, p. 21, n. 46.

[24]) Nicolaus Joannis. Cfr supra, p. 20, n. 35.

[25]) Abbas Gettensis, seu Diligemensis, prope Bruxellas, erat Rolandus Sanders, de quo in hoc Capitulo postea explicite agitur. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 282.

[26]) Nicolaus Van Mierdorp. Cfr supra, p. 4, n. 9.

[27]) Gasparus de Plicinier. Cfr supra, p. 4, n. 10.

[28]) Abbas Averbodiensis, in dioecesi, olim Leodiensi, nunc Mechliniensi-Bruxellensi, erat Gerardus Van der Scaeft, abbas aa. 1501-1532. In hoc eodem Capitulo obtinuit ut mater sua particeps evaderet orationum Ordinum. Huius Abbatis, haec legitur notitia in ms. archivi Averbodiensis, I, reg. 150, fol. 126 v^4 : « Gerardus vander Scaeft de Hoochloen post obitum predecessoris sui, dni Batholomei de Valgaet, electus fuit in Abbatem Everbodiensem xxiija die Augusti anno XVc primo. Hic vir fuit singularis atque rarus ita ut hoc seculo nec fructuosior prefuerit nec desiderari possit, adeo ut eius laudem nemo digne queat exprimere. Hic ecclesiam incendio devastatam primo suo anno restauravit et taxam seu annatam monasterij in libris Camere Apostolice reduci et perpetuis futuris temporibus taxari obtinuit ad centum ducatos; mirisque flosculis reformationis monasterium ipsum adornavit. Obiit xx Julii anni XVc xxxij Lovanii in hospitio Averbodiensi. Gubernavit monasterium Averbodiense laudabiliter atque omnium admiratione xxxij annos ».

[29]) Nomen huius abbatis notum non est. Cfr supra, p. 6, n. 32.

[30]) Nicasius Rhedys. Cfr supra, p. 7, n. 44.

[31]) Iohannes. Cfr supra, p. 4, n. 12.

Viconiensis [32])
Rengis Vallis [34])
Mirae-Vallis [36])
Bellae-Vallis in Argona [38])
de Blancalanda [40])
de Bellosanna [42])
de Moncellis [44])
Camerae Fontis [46])
Clari Fontis [48])
Sanctae Mariae in Nemore [33])
Bonifageti [35])
Ianduriarum [37])
de Stagno [39])
de Bella Stella [41])
Hermeriarum [43])
de Castella [45])
de Marchasio Radulphi [47])
de Monte Dei [49])

Subscripti praestiterunt obedientiam :
Abbas Averbodiensis [50]); Abbas Sanctae Mariae in nemore [51]); de

[32]) Iohannes Lecarlier. Cfr p. 57, n. 20.

[33]) Abbatia S. Mariae in Nemore sita erat in nemore prope civitatem Mussipontanam = Pont-à-Mousson; postea, anno 1606-1612, ab abbate Servatio de Lairuelz translata in ipsam civitatem Mussipontanam. Cfr Ét. Delcambre, *Servais de Lairuelz et la Réforme des Prémontrés*. Bibliotheca Analectorum Praemonstratensium. Fasc. 5. Averbodii, 1964, pp. 110-113. Annis 1505-1534, abbas erat Dominicus Thuilier. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 96.

[34]) Desiderius de Jouy. Cfr supra, p. 21, n. 4.

[35]) Inde ab anno 1505 usque ad annum 1523, abbas huius abbatiae erat Nicolaus Rouyer. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 63.

[36]) Stephanus Bazelaire. Cfr supra, p. 4, n. 11.

[37]) Andreas de Contrisson. Cfr supra, p. 32, n. 6.

[38]) Iohannes Collard. Cfr supra, p. 57, n. 33.

[39]) Abbas Stagni = l'Etanche, in diocesi Virdunensi, erat aa. 1500-1512, Georgius de Vannes. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 67.

[40]) Petrus Lefebvre. Cfr supra, p. 33, n. 22.

[41]) Abbas Bellae Stellae, in dioecesi, olim Baiocensi, nunc Sagiensi = Sées, erat Thomas Chanceler, abbas aa. 1500-1515. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 38.

[42]) Iohannes Boudet. Cfr supra, p. 5, n. 27.

[43]) Andreas Richard. Cfr supra, p. 7, n. 40.

[44]) Petrus Brunet. Cfr supra, p. 7, n. 46.

[45]) Iohannes Auffroit. Cfr supra, p. 6, n. 31.

[46]) Inde ab anno 1502 usque ad annum 1515, Gulielmus Alis abbas erat Camerae Fontis. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 489.

[47]) Iohannes de Quenouilles. Cfr supra, p. 12, n. 85.

[48]) Antonius Geoffroy. Cfr supra, p. 19, n. 13.

[49]) Aegidius l'Ours. Cfr supra, p. 5, n. 29.

[50]) Cfr supra, n. 28 : Gerardus Van der Scaeft.

[51]) Dominicus Thuilier. Cfr supra n. 33.

Stagno [52]); Praepositus de Palude [53]) praestitit obedientiam pro Abbatibus Saxoniae [54]); de Longo Vado [55]).

Imprimis ordinatum est quod omnes Praelati hoc anno propter paucitatem erunt Diffinitores.

Item, Missas celebrari consuetas primam Averbodiensis [56]); 2am Sanctae Mariae in Nemore [57]); 3am Bonifageti [58]) monasteriorum Abbates celebrabunt.

Item, Talliarum receptores erunt Sti Andreae [59]) et Sti Iohannis Ambianensis [60]) Abbates.

Item, excusationes Praelatorum recipient Sancti Petri Selincurtensis [61]), et de Seriaco in pratis [62]) Abbates.

Item, litteras sigillo Capituli Generalis sigillandas examinabunt et sigillabunt Patres-Abbates, cum illis quos secum duxerint advocandos.

Item, auditores compotorum erunt Patres-Abbates et alii qui iis interesse voluerint.

Item, ordinat Capitulum quod fiat monitio specialis et rigorosa ad monendum omnes et singulos Abbates Circariae Hispaniae ad solvendum tallias quas debent de novem annis cessis in Capitulo praesenti iuxta tractatum et compositionem factam inter eos, necnon et contributionem pro modificatione Statutorum per Capitulum im-

52) Georgius de Vannes. Cfr supra, p. 70, n. 39.

53) De Palude, seu potius de Palide, erat praepositura sita in dioecesi, olim Maguntina, nunc Hildesheimiensi : Pöhlde. Annis 1505-1512, praepositus ibidem erat Henning Wulf. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 239.

54) Circaria Saxoniae coepta et propagata ab ipso fundatore Ordinis, S. Norberto, archiepiscopo Magdeburgensi, generatim vitam religiosam duxit per maximam partem independentem a Prémontré. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, I, pp. 207-212. In praesenti Capitulo generali anni 1506, huic Circariae concedetur quod « amodo de triennio ad triennium possint mittere Religiosum, Ordinis Procuratorem sufficienter fundatum ad praestandum more consueto obedientiam; et de sexennio in sexennium unus Praepositorum dictae Circariae in propria persona veniat qui obedientiam ex antiquo more Capitulo Generali praestare teneatur ».

55) Inde ab anno 1504, Antonius Charlier abbas erat Longi Vadi = Longwé, in dioecesi Remensi. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 389.

56) Gerardus Van der Scaeft.

57) Dominicus Thuilier.

58) Nicolaus Rouyer.

59) Dionisius Daviau.

60) Thomas de l'Escluse.

61) Iohannes Fretel.

62) Iohannes Merlot.

positam [63]), quae ascendit pro quota praedictorum Praelatorum ad decem coronas, quae quidem monitio dirigitur Abbati Sancti Christophori de Arnellis [64]), Visitatori dictae Circariae, qui authoritate Capituli monebit eos et eorum quemlibet ad solvendam praedictam talliam ascendentem ad summam centum coronarum, infra sex menses post monitionem sibi factam inde sequentem, et ipsam incunctanter Parisiis vel Rothomagi suis expensis deliberando, iuxta tenorem [78] compositionis et compromissionis per eos factae.

Item, fiat missiva praedicto Abbati Sti Christophori de Arnellis [65]) eidem inthimando et praecipiendo quod ad executionem praedictae monitionis omnimodam diligentiam adhibeat, tali modo quod praedictae talliae quam citius poterit resolvantur.

Item, fiat missiva Abbati de Perrodio novo [66]) deprecativa atque praeceptiva quatenus praedictam monitionem et litteras praedicto Abbati per quemdam Religiosum transmittat, tali pacto quod de expensis, si quas fecerit, eundo vel redeundo, Ordo sibi respondere promittat; qui quidem Religiosus de praesentatione et exhibitione praedictae Commissionis in futuro Capitulo fidem faciat.

Item, Capitulum annuit litteras orationum pro omnibus Benefactoribus et manus adiutrices porrigentibus ad reaedificationem Sancti Iusti Bellovacensis [67]), quod a duobus vel tribus annis citra passum est incendium permaximum.

Item, fiant litterae missivae gratiosae Regi Hungariae et Bohemiae Illustrissimo [68]), ipsum humiliter regratiando de benignitate Ordini nostro impensa in reparatione monasterii Radicensis [69]) de manibus Infidelium et Ordini nostro restitutum, eidem humiliter deprecantes

[63]) De hac re statuerat Capitulum generale anni 1503. Cfr supra, p. 35.

[64]) Abbas Sti Christophori, Iohannes de Arciniega, in Capitulo generali anni 1501, constitutus erat visitator monasteriorum Ordinis in Hispania, et quidem pro novem annis. Cfr supra, p. 17.

[65]) Id.

[66]) Abbas Perrodii novi = le Perray-Neuf annis 1502-1518 erat Iohannes Allain. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 30.

[67]) Sanctus Iustus Bellovacensis = Saint-Just-en-Beauvaisis, seu Saint-Just-en-Chaussée, in dioecesi Bellovacensi. Abbas, inde ab anno 1512, erat Antonius de Nampont. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 566. Currente anno 1503, magnam passa erat stragem.

[68]) Ladislaus II Jagello rex erat Hungariae annis 1490-1516.

[69]) Abbatia Gradicensis = Hradisch, seu Hradisko, sita in hodierna Tchecho-Slovakia, in dioecesi Olomucensi, permulta mala passa erat durantibus bellis quae evenerunt in illis regionibus illa aetate.

quatenus ad reformationem praedicti monasterii in favorem Domini Iohannis Darrales [70]), ad regimen dicti monasterii in favorem, dicti Regis, instituti, inutiliter administratur ad normam regularis observantiae, iuxta Reformationem Statutorum nostrorum noviter editam reducatur, et ad hoc manus porrigat adiutrices.

Item, fiat commissio inthimanda Abbati Lucensi [71]), quatenus vocato secum Praeposito Plagensi [72]), ad monasterium Sobravicense [73]), prope Brunam civitatem accedens, authoritate Capituli Generalis consentiant et annuant quod praedictum monasterium quod est extra praedictam civitatem transferatur et reaedificetur, si tamen viderint quod idem cedat in dicti monasterii utilitatem et commodum.

Item, fiat missiva humilis et gratiosa Domino Hermanno Archiepiscopo Coloniensi [74]), Reverendissimo Principi Electori, Westphaliae et Ungariae Duci, ipsum multipliciter regratiando de bono zelo quem ad Ordinem nostrum hucusque habuit; eidem obnixe deprecando quatenus ad recuperationem monasteriorum manus porrigere dignetur adiutrices, et venerabilem Confratrem nostrum Abbatem Kenestedensem [75]), Visitatorem per nos commissum in Circaria Westphaliae ad ea quae circa eam necessaria et opportuna erunt, favoribus visitationis consuetis confidimus, benigne prosequatur.

[79] Item, in commissione visitationis praedictae Circariae praedicto Abbati Kenestedensi [76]) dirigenda, fiat specialis clausula quod ad recuperationem dicti monasterii et reformationem dictae Circariae diligenter intendat, et Praelatos ad solvendum tallias ordinarias et contributionem a monasteriis et beneficiatis pro modificatione Statutorum impositam [77]) cogat et compellat iuxta memoriale transmissum per eumdem.

[70]) Scriptor huius manuscripti, du Crocq, habet : Darrales. De facto nomen abbatis Gradicensis erat Iohannes de Kralice, abbas aa. 1502-1507. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 293. — C.L. Hugo, *Annales*, I, col. 755, scribit : Iohannes de Kaplitz.

[71]) Abbas Lucensis = Louka, seu Klosterbruck, in dioecesi, olim Olomucensi, nunc Brunensi, erat, annis 1474-1512, Paulus. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 299.

[72]) Praepositus Plagensis = Schlägl, in dioecesi, olim Passaviensi, nunc Linciensi, erat Nicolaus von Schestau. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 310.

[73]) Hac ratione indicatur monasterium Zaberdovicense, seu Zabrdovice. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, I, pp. 318-320.

[74]) Hermannus von Hessen, archiepiscopus aa. 1473-1508.

[75]) Nicolaus Hüls. Cfr supra, p. 18, n. 108.

[76]) Id.

[77]) De hac re statuerat Capitulum generale anni 1503. Cfr supra, p. 44.

Item, fiant missivae Dominis Comitibus de Isembarth et Wede, monasterii de Romestorff [78]) fundatoribus, quatenus visitatoribus praedictis in reformatione monasterii assistant et fideliter cooperererari dignentur.

Item, Domino Duci Cliviae ad reformandum monasterium Wesaliense [79]); et consimilem Domino Erardo de Marka [80]), electo et confirmato Leodiensi pro reformatione monasterii Monialium de Keizersbosch [81]).

Item, Capitulum annuit, confirmat et approbat concordiam seu tractatum factum inter Abbatem Sedis-animarum et fratrem Henricum Priorem Ecclesiae cathedralis Candidae Casae [82]), videlicet quod amodo ipse Prior usque ad revocationem Capituli Generalis sit Visitator Circariae Scotiae cum authoritate substituendi praedictum Abbatem Quintinum loco ipsius, ad visitandam praedictam Circariam; et facta visitatione per dictum Abbatem, non poterit praedictus Prior annullare vel cassare ordinationes factas per eumdem Abbatem, et casu quo praefatus Prior ante dictum Abbatem obierit, praefatus Abbas Sedis-animarum [83]) authoritatem visitandi habebit usque ad revocationem dicti Capituli Generalis.

Item, ad intercessionem Prioris Ecclesiae Candidae-Casae [84]), Capitulum annuit quod frater Guillielmus Walcar, canonicus Ordinis Sancti Augustini possit recipi ad habitum et professionem nostri Ordinis in dicto monasterio Candidae-Casae, eum eodem fratre

[78]) Abbatia Rommersdorfiensis = Rommersdorf, in dioecesi Trevirensi. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, I, pp. 186-187.

[79]) Monasterium Sororum Wesaliense = Wesel, in dioecesi olim Coloniensi, nunc Monasteriensi. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, I, pp. 200-201.

[80]) Erardus de la Marck, episcopus Leodiensis inde a die 30 decembris 1505. Obiit 16 februarii 1538. Cfr L. Halkin, *Erard de la Marck*, in *Dictionnaire d'Histoire et de Géographie Ecclésiastiques*, t. XV, col. 663-666.

[81]) Monasterium de Keizersbosch, erat monasterium monialium, situm in dioecesi, olim Leodiensi, nunc Ruremundana. Abbas Averbodiensis erat pater abbas huius monasterii. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, pp. 294-297.

[82]) Monasterium Candidae Casae, seu Whithorn, sedes ecclesiae cathedralis de Galloway, regebatur, ax parte Praemonstratensium, a Priore, qui, annis 1503-1514, erat Henricus Mc Dowell. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, pp. 113-116.

[83]) Monasterium Sedis animarum, seu Soulseat, in dioecesi Galloway. Annis 1493-1529, abbas erat Quintinus Vaus. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, pp. 109-111. In Capitulo generali anni 1504, Dominus Praemonstratensis ius visitationis Angliae et Scotiae pro se reservaverat. Cfr supra, p. 54. Nunc prior Candidae Casae hoc munere insignitur.

[84]) Vide n. 83.

Guillielmo misericorditer dispensavit, et desuper fiant litterae vel copiae praesentis articuli.

Item, Capitulum annuit Venerabili et religioso viro fratri Petro Lefebvre, Abbati de Blanchalanda [85]), quod possit dare conventui dicti monasterii de Blancalanda octo libras Turonenses quas ipse acquisivit de novo ad augmentationem Pitanciarum [86]) dicti Conventus, eo pacto quod tenebuntur facere obitum solemnem post decessum ipsius singulis annis. Consimiliter triginta solidos Turonenses, quos acquisivit ad applicandum ad solutionem cuiusdam servitoris, qui Ecclesiam et claustrum quotiens opus erit, mundare tenebitur; quas donationes per dictum Abbatem factas idem Capitulum laudat, approbat et ratificat.

Item, Capitulum dat licentiam fratri Danieli Taipfel presbytero Religioso monasterii sancti Augustini Morinorum, studenti in Universitate Parisiensi in Iure canonico [87]); et hoc consensu proprii Praelati [88]) comparentis in dicto Capitulo, qui promisit dare eidem pro expensis viginti quatuor libras Turonenses per singulos annos, ita tamen quod singulis [80] hebdomadis tenebitur duas vel tres Missas celebrare in diminutione Missarum quos in dicto monasterio celebrare teneretur.

Item, annuit, quod amodo in dicto monasterio Sancti Augustini [89]) fiat triplex festum de beata Anna matre Virginis gloriosae devotioni Abbatis et Religiosorum dicti monasterii.

Item visis litteris de assignatione coeterorum reddituum ad usum

[85]) Abbatia de Blanchalanda sita erat in diocesi Constantiensi = Coutances. Petrus Lefebvre, de quo in praesenti sermo fit, abbas fuit aa. 1501-1507. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 20.

[86]) Pitantia erat aliquid supererogatorium quod Conventui concedi solebat, ratione contractus initi et accepti; generatim occasione alicuius officii ecclesiastici praestandi pro defunctis.

[87]) Daniel Taipfel, iuxta L. Goovaerts, *Ecrivains, Artistes et Savants de l'Ordre de Prémontré*, t. III, Bruxellis, 1907, die 1 septembris 1516, factus est episcopus suffraganeus Tarvanensis. Idem apud A. Zak, *Episcopatus Ordinis Praemonstratensis*, IV, 1928, p. 184 s. In Capitulo generali anni 1507, constitutus est procurator generalis Ordinis Romae; postea abbas generalis Iohannis de l'Escluse sese opposuit Taipfel. Iterum in Capitulo generali anni 1513 admissus fuit; annoque anno 1516, iterum revocatus. Cfr P.E. Valvekens, *Le Chapitre Général et les Statuts de 1505*, in *Anal. Praem.*, XIV, 1938, p. 87; *La situation financière du Chapitre Général* : *ib.*, p. 154 s.; 185.

[88]) Nicolaus Rhedys.

[89]) Agitur de abbatia S. Augustini Morinorum, seu S. Augustini Tarvanensi, sita prope civitatem Tarvanensem = Thérouanne, Terwaan; quae civitas, usque ad a. 1559, sedes erat dioeceseos eiusdem nominis.

pitanciae Religiosorum sancti Martini Laudunensis et confirmationem Reverendissimi patris nostri Iohannis Abbatis Praemonstratensis [90]) eisdem litteris annexa ad maiorem rei firmitatem Capitulum easdem confirmat et approbat decretum et assensum in praemissis interponendo.

Item super supplicatione facta per fratrem Gasparum Bench, Religiosum monasterii Sorethensis [91]) Capitulum ordinat quod fiant litterae Domino Mildeburgensi Visitatori Circariae Sueviae [92]) sub sigillo Capituli Generalis ad compellendum Abbatem et Religiosos dicti monasterii Soretensis sub poenis et censuris Ordinis ad recipiendum dictum fratrem in suo monasterio ne in dedecus Ordinis amplius ut ovis errabunda vagare cogatur attento quod stetit per biennium in emissione extra monasterium; quam poenitentiam obedienter peregit.

Item Capitulum annuendo petitioni Praepositorum Circariae Saxoniae qui tenentur venire de triennio ad triennium ad Capitulum Generale ad praestandum obedientiam pro omnibus aliis dictae Circariae, considerata distantia et asperitate viarum annuit quod amodo de triennio ad triennium possint mittere Religiosum Ordinis Procuratorem sufficienter fundatum ad praestandum more consueto obedientiam; et de sexennio in sexennium unus Praepositorum dictae Circariae in propria persona veniat qui obedientiam ex antiquo more Capitulo Generali praestare teneatur et desuper fiant litterae in bona forma sub sigillo Capituli praedicti.

Item annuendo petitioni Abbatis sancti Pauli Virdunensis [93]) attentis expensis quas sustulit pro promotione sua et aliis multis incommodis et dispendiis quittavit eidem tallias omnes quas debet usque ad praesens Capitulum inclusive.

Item Capitulum annuit quod fiant litterae orationum pro honesta matrona Katherina de Valle matre Domini Gerardi Abbatis monasterii Everbodiensis [94]) de participatione orationum.

[90]) Iohannes de l'Escluse.

[91]) Agitur de monasterio Soretano seu Schussenried, in dioecesi, olim Constantiensi, nunc Rottenburgensi. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, I, pp. 83-85.

[92]) In Capitulo generali anni 1505, abbas Sorethanus, Henricus Oesterreicher, constitutus fuerat visitatos Circariae Sueviae. Cfr supra, p. 65. Obiit autem iste abbas currante anno 1505. Ipsi in hoc munere successit abbas Adelbergensis; qui dicitur hic « Mildeburgensis ».

[93]) Abbas Sancti Pauli Virdunensis, in civitate et dioecesi eiusdem nominis, aa. 1505-1517, erat Iohannes Pseaume. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 114.

[94]) Gerardus Van der Scaeft tunc erat abbas Averbodiensis. Praesens erat huic Ca-

Item super appellatione interiecta per Priorem et Religiosos Conventialium monasterii Windbergensis super eo quod Praelatus dicti monasterii [95]) instituit quemdam saecularem in cura Parochiali sita in ambitu dicti monasterii quae per Religiosos ipsius regi consuevit in detrimentum et dedecus praedicti monasterii et totius Ordinis quam institutionem per potentiam Praelatus et violentam intrusionem facere non erubuit Religiosos de regimine ipsius monasterii iniuste privando et praedictos Religiosos multa gravamina coram nobis allegata et in scriptis redacta ut asserunt inferendo ordinat quod fiat commissio specialis dirigenda Domino Leonardo decretorum Abbati Aldeburgensi [96]) [81] ad visitandum praedictum monasterium Windbergense assumpto secum Abbate vel Canonico litterato et compellendum Abbatem praedicti monasterii sub poenis suspensionis et interdicti et excommunicationis, si opus et expediens visum fuerit, ad revocandum praedictum saecularem in dicta Ecclesia intrusum et Religiosum dicti monasterii more solito instituendum et de aliis gravaminibus illatis se debite informandum, cognoscendum, iudicandum, et fine debito terminandum dictumque monasterium in capite et in membris visitandum corrigendum et reformandum, non obstante commissione per nos data Abbati Ostrohoviensi [97]) ad visitandum praedictam Circariam Bavariae, eo quod nullam diligentiam adhibuit dictum monasterium visitandi.

Item, Capitulum audita paupertate monasterii Spainsartensis [98]) in Circaria Bavariae ob incinerationem et destructionem illius per incendium immensum per haereticos, quittavit et remisit Abbati dicti monasterii tallias, usque ad praesens Capitulum cessas inclusive. Itaque amodo solvat prout antiquitus fieri consuevit.

Item, in commissione Abbatis Teplensis [99]), Visitatoris Circariae

pitulo. Cfr supra, p. 69. Praesens Capitulum, rogante isto Abbate, matrem huius, Catharinam de Valle, seu vanden Dale, participem reddit orationum quae in Ordine fiunt.

[95]) Abbatiae Windbergensis, sitae in dioecesi Ratisbonensi, tunc erat Paulus. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 57.

[96]) Abbas Adelbergensis, in dioecesi olim Constantiensi, nunc Rottenburgensi, erat Leonardus Dürr, abbas aa. 1502-1536. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 63.

[97]) Abbas Osterhoviensis, in dioecesi Passaviensi, erat Vitalis v. Seybolstorf. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, p. 45.

[98]) Abbas Speinshartensis, in dioecesi Ratisbonensi, aa. 1505-1522, erat Conradus von Wichenstein. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 51.

[99]) Abbas iste, Sigismundus Hausmann, in Capitulo generali anni 1505, visitator constitutus fuerat Circariarum indicatarum. Cfr supra, p. 65, n. 107. Obiit currente anno 1506.

Hungariae, Poloniae et Moraviae, inseratur clausula specialis ad se informandum debite de provisione assignata fratri Erhardo Magler nuper Praeposito Monialium Chotessoviensium per Reverendissimum Dominum Praemonstratensem Abbatem, qui tacita veritate et falsitate suggesta asserendo quod tempore sui regiminis acquisiverat supra ducentos florenos in redditibus annuis, quod a multis in contrarium asseritur praedictum monasterium multis et gravibus debitis onerasse; et casu quo praemissa veritate fulciri compererit, authoritate nostra revocet, casset et annullet praedictam pensionem viginti quinque florenorum sibi assignatorum, moniales et praepositum modernum a solutione praedictae pensionis penitus absolvendo.

Item, quia pervenit ad aures praesentis Capituli quod frater Aegidius le Marchand, olim Abbas monasterii Lisquensis [100]) adeo debitis et senio confectus est et memoria quasi privatus, sensu puerili utens, quod de sexcentis libris quas annuatim pro sua pensione recipit nihil aut parum superesse et nescitur quid de praedictis bonis agat, ordinat quod fiat commissio abbati Sancti Augustini Morinensis ad se informandum desuper, et casu quo praemissa vera esse compererit, ordinet et instituat aliquem probum Religiosum dicti monasterii Lisquensis ad recipiendam praedictam pensionem et administrandum omnia sua necessaria praedicto fratri Egidio; ita tamen quod dictus Religiosus ad hoc commissus praedicto fratri Egidio, coram moderno Abbati de acceptis et expensis compotum et rationem reddere teneatur, minime de praedicta pensione detrahendo.

[82] Item, ordinat Capitulum quod fiant litterae orationum pro omnibus et singulis utriusque sexus Benefactoribus et manus adiutrices porrigentibus ad reparationem monasterio de Marchasio Radulphi [101]) et de Ressonio [102]).

Item, fiant litterae orationum in ampla forma pro nobili viro Domino Antonio de Mailly militi generoso et potenti, pro patre defuncto, matre et eius parentibus generosis, ad intercessionem abbatis de Seriaco in pratis [103]).

Consimiliter, pro generoso viro Domino Paulo de Benfrade, Domino de Chepy, eiusque conthorali et liberis.

[100]) Abbas iste a munere suo cesserat anno 1500.

[101]) Abbatia Marchasii Radulphi = Marcheroux, in dioecesi, olim Rothomagensi, nunc Belvacensi sita erat. Cfr n. 47.

[102]) Ressonium, seu Ressons, sita erat in eadem regione ac Marchasium Radulphi.

[103]) Iohannes Merlot.

Item, audita relatione Venerabilium Confratrum nostrorum Abbatum de Seriaco in pratis [104]) et Sti Petri Selincurtensis [105]), Visitatorum anni praeteriti in Circaria Normanniae deputatorum, de malo et subtili regimine Abbatis de Lucerna [106]) et Ardena [107]) et de ruina eorumdem monasteriorum ex defectu et neglegentia Praelatorum dictorum monasteriorum de Lucerna et Ardena, praeterea de manifesta et obstinata rebellione et pertinacia Religiosorum iam dictorum monasteriorum de Lucerna et Ardena qui de censuris et excommunicationibus minime curant, quamvis plures fuerint tales denuntiati, in huiusmodi excommunicatione divinis se immiscere non verentes; ordinat Capitulum quod fiat commissio specialis dirigenda Abbati monasterii de Falesia [108]), assumpto secum Priore dicti monasterii de Falesia, ad visitandum quam citius poterit, praedicta monasteria de Lucerna et de Ardena tam in capite quam in membris et se informandum de negligentia et inutilitate dicti Abbatis et processum iuridice faciendum; et casu quo depositionis causam in se invenerit, ad depositionem procedat, si opus sit, alium Praelatum loco eius canonice instituendo, salvo tamen iure Patris Abbatis, aut alia ordinando quod iuris erit aut rationis.

Item, ad punitionem praedictorum Religiosorum ita viriliter procedat, quod alii eorum exemplo perterriti, severitatem Religionis amodo pertimescant, et a suis iniquitatibus cum Dei timore resipiscant, invocato ad hoc, si opus sit, brachii saecularis auxilio.

Item, consimiliter puniat fratres Christophorum le Quens, Iohannem Prenost, Religiosos monasterii de Monte Dei [109]), qui quamvis sint excommunicationis vinculo innodati et declarati, nihilominus divinis se immisceant; quapropter ad privationem suorum Beneficiorum rite et canonice provideat.

Item, attenta appellatione facta per Priorem et Religiosos Con-

[104]) Iohannes Merlot.

[105]) Iohannes Fretel.

[106]) Abbatiae Lucernae = La Luzerne, in dioecesi, olim Abrincensi = Avranches, nunc Constantiensi = Coutances, abbas erat, inde ab anno 1496, Richardus de Laval. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 28.

[107]) Abbatiae Ardenae = Ardenne, in dioecesi Baiocensi, erat, inde ab anno 1496, Richardus de Laval, idem ac abbas Lucernae. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 00.

[108]) Abbas Falesiae = Falaise, in dioecesi, olim Sagiensi = Sées, nunc Baiocensi = Bayeux, erat, aa. 1479-1506, Iohannes Jonquin. Cfr N. Backmund, *qonasticon*, III, p. 43.

[109]) Abbatia Montis Dei, in dioecesi Baiocensi, ad nostros usque dies existens.

ventuales monasterii Windbergensis [110]), pro quibus Capitulum decrevit Commissarios ad se informandum de sibi illatis gravaminibus, Capitulum suscipit et recipit praedictos Religiosos in sua speciali salva guardia, inhibendo Abbati praedicti monasterii [111]) ut eos benigne recipiat et pertractet in omnibus sicut Religiosos decet; donec et quousque per Commissarios ad hoc deputatos [83] aliter fuerit ordinatum; notificando omnibus quorum interest, quod nos absolvimus fratrem Salustium Priorem et fratrem Sigismundum, Religiosos appellantes, a censuris Ordinis et apostasia, quas exeundo monasterium absque licentia proprii Abbatis incurrisse dignoscuntur et absolutos declaramus.

Item, fiat littera missiva Abbati Iusti Montis [112]), Visitatori Circariae Lotharingiae, quatenus quam citius poterit capiat fratrem Iohannem de Corneville, religiosum monasterii Rengisvallis [113]), qui propter multos excessus, de quibus Ordini sufficienter constitit, per ipsum perpetratos, Ordinem nostrum multipliciter diffamando, ipsumque expensis monasterii praedicti carceribus mancipet in loco securo alicuius monasterii, vel alio loco accommodato, et in ipsis carceribus usque ad triennium permansurum, invocato ad hoc, si opus sit, brachii saecularis auxilio.

Item, visis informationibus factis contra et adversus fratrem Antonium Hobart, Religiosum Sancti Iohannis Ambianensis [114]), qui a pauco tempore citra, proprium Praelatum omnibus iniuriis afflixit, ipsumque interficere vel intoxicare conatus est, ac de lubricitate publice pluries convictus, Capitulum condemnat eumdem usque ad triennium in carceribus Ordinis apud Laudunum, expensis monasterii puniendum.

Consimiliter, ordinat quod frater Iohannes Marquart, qui quatuor mensibus citra, a monasterio Sti Iohannis discessit, et iam per saeculum

[110]) Abbatia Windbergensis, in dioecesi Ratisbonensi, ad nostros dies usque existens. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, I, pp. 55-57.

[111]) Annis 1496-1511, Paulus quidem abbas erat Windbergensis. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 57.

[112]) Abbas Iusti Montis, sitae in dioecesi Metensi, erat, annis 1489-1521, Iohannes de Hayange. In fine praesentis Capituli generalis, visitator designatur Circariae Lotharingiae. — In fine Capituli generalis anni 1505, abbas S. Mariani Altissiodorensis, Nicolaus Joannis, abbas aa. 1496-1540, ad hoc munus designatus fuerat. Cfr supra, p. 65.

[113]) Abbatia Rengis Vallis = Rengéval, sita erat in dioecesi, olim Tullensi, nunc Virdunensi. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, pp. 96-99.

[114]) Vide supra, p. 68, n. 6.

apostatando vagatur, divinisque se immiscere non erubescit, ubicumque potuerit reperiri, extra loca Deo sacrata, capiatur, et in carceribus Ordinis apud Laudunum usque ad triennium mancipetur, salva Domini Praemonstratensia gratia.

Item, fiant litterae orationum pro generoso et nobili viro Iacobo milite, Domino temporali de Mony et Iacquelina de Fantenilla, eius conthorali, Nicolao de Mony, ipsius Domini primogeniti, Franciscae eius conthorali, Iohannes de Mony, Domino de la Mellecoye et Magdalena de Saneguey, Domino Carolo de Mony, Domino Iohanni de Mally, Domino Boienchoy et Dominae Anthonettae de Mony, eius uxore, Iohanne de la Haye, Domino de Branster et Iopinna de Mony, uxore sua et liberis eorumdem.

Item, quia talliae Ordinis iamdudum in Ordine assignatae pro stipendiis Procuratoris ac Protectoris in Urbe Romana et aliis oneribus supportandis minime sufficiunt, Quocirca necesse est talliis antiquis novas superaddere; ordinat Capitulum quod fiat commissio Abbatibus Parcensi [115]) et Everbodiensi [116]), eis praecipiendo authoritate nostra sub poenis et censuris Ordinis, quatenus convocent omnes et singulos Praelatos Circariae Brabantiae, quibus congregatis unanimiter, habito [84] respectu ad facultatem Ecclesiarum assignent in dicta Circaria summam octoginta florenorum, ex quibus sperandum est per Dei gratiam, cum auxilio et subsidio aliorum monasteriorum, de competenti stipendio Procuratoris et Protectoris in Urbe, legitime providere; et de taxa cuilibet monasterio assignata, nos et Capitulum generale in future Capitulo curent reddere rationes. Similiter fiat commissio Abbatibus Sancti Pauli Virdunensis [117]) et Iustimontis [118]) ad congregandum, ut supra, et assignandum in dicta Circaria triginta libras; et hoc modo de caetero duo Praelati dictae Circariae in dicto Capitulo pro omnibus aliis expensis communibus comparabunt si hoc fecerint.

Item, visis litteris Reverendissimi Domini Iohannis, Abbatis Praemonstratensis, de assignatione pensionis ducentarum librarum Turonensium fratri Carolo de Recourt, nuper Abbati monasterii Lisquensis [119]) de et super fructibus, redditibus et proventibus dicti monasterii

115) Arnoldus Weyten, abbas aa. 1494-1515. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 321.

116) Gerardus Van der Scaeft.

117) Iohannes Pseaume.

118) Iohannes de Hayange.

119) Supra (p. 78) in hoc Capitulo sermo fuerat de Aegidio le Marchant, quondam

Lisquensis in terminis in eisdem litteris specificatis et declaratis, Capitulum eandem pensionem sicut in dictis litteris continetur, confirmat, ratificat et approbat.

Item, quia singuli Ordinis Praelati ad Capitulum generale singulis annis comparere et tallias ordinarias et extraordinarias pro tuitione privilegiorum Ordinis assignatis afferre aut mittere tenentur propriis expensis; nihilominus non pauci Ordinis Praelati per multos annos easdem mittere et solvere neglexerunt. Idcirco praesens Capitulum ordinat monitiones fieri diversas ad monendum omnes et singulos nostri Ordinis Praelatos quatenus infra sex dies post monitionem nostram sibi factam sub poenis suspensionis a divinis et excommunicationis, de praedictis talliis tam de retroactis quam praesenti anno cessis et debitis latori praesentium satisfaciant, alioquin praedictis sex diebus elapsis eosdem Praelatos a divinis suspensos et excommunicatos in his scriptis denuntiamus, declaramus, et mandamus, et denuntiatione huiusmodi non cessanda, donec de praedictis talliis et viatico rite satisfecerint. Quae quidem monitiones omnibus nostri Ordinis Praelatis et subditis dirigantur.

Item, visa informatione facta per Priorem Sti Petri Selincurtensis contra et adversus fratres Egidium le Messagier et Petrum Bernat, religiosos Sancti Iohannis Ambianensis; qui, fr. Egidius manutenuit quandam mulierem in dormitorio, ex qua suscepit prolem; et consimiliter peccavit praedictus frater Petrus Bernat; attenta etiam eorum rebellione et manifesta inobedientia, Capitulum emittit eosdem, videlicet fr. Egidium le Messagier ad monasterium Kenestedense [120]), et fr. Petrum Barnat ad monasterium Casae Dei [121]), ibidem ad decennium moraturos.

[85] Item, fiat commissio specialis Abbati Iveldensi [122]) ad visi-

abbate Liskensi (usque ad a. 1500); hic agitur de successore le Marchant, abbate Liskensi annis 1500-1505. Nomen huius ultimi abbatis: de Récourt.

[120]) Abbas S. Petri Selincurtensis, Fretel, intererat praesenti Capitulo generali; videmus tamen Priorem huius monasterii querelas apud Capitulum deponere relate ad inobedientiam clare manifestatam religiosorum abbatiae. Unus ex istis, mittitur ad abbatiam Knechtstedensem, sitam in Germania, in Rhenania, in dioecesi Coloniensi.

[121]) Nomine « Casae Dei » duo monasteria indicari possunt; vel abbatia Viconiensis, sita iuxta civitatem Valencenensem, in dioecesi, olim Atrebatensi, nunc Cameracensi; vel abbatia Château-Dieu, seu Château-l'Abbaye, sita in eadem dioecesi.

[122]) Abbatia Ilfeldensis sita erat in dioecesi, olim Maguntinensi, nunc Hildesheimiensi. Annis 1500-1520, abbas ibidem erat Iohannes Schumann seu Neumark. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 129.

tandum monasterium Vescerense [123]) in capite et in membris, in communi forma, idque ad revocationem, eo quod Praepositus Laurissensis [124]), Visitator, circarias Wadegotiae et Iveldiae non posset ipsum commode visitare.

Item, Capitulum annuit fratri Nicolao Fabronet, religioso Sti Iohannis Ambianensis [125]) quinque libras Turonenses pro expensis quas fecit pro cap. Sti Iusti Belvacensis [126]).

Item, fiant litterae orationum pro venerabili et generoso viro Domino Iohanne de Fonfart et principe de Pros, domino de Noveuil, ad intercessionem Abbatis Sti Petri Selincurtensis [127]), et Barbara de Obastilla et eius conthorali, generosis suis parentibus defunctis et liberis viventibus in ampla forma.

Item, intellecto et audito quod frater Hugo de Campis, religiosus monasterii Sti Petri Selincurtensis [128]), est omnino incorrigibilis et pluries apostatavit, quod habitu nostri Ordinis exuatur, et seculari habitu induatur, amplius non recipiendo eum in monasterio vel alibi in Ordine, si tamen vitam moresque suos corrigere neglexerit.

Item, quia venerabilis Confrater noster Rolandus Sanders, Abbas monasterii Iettensis [129]), nostri Praemonstratensis Ordinis, dioecesis Cameracensis, ad praesens Capitulum generale citatus fuerat super querimonia contra eum respersa de sua mentalitate et negligentia, necnon dilapidatione bonorum dicti monasterii responsurus, audi-

[123]) Abbatia de Vessra sita erat in dioecesi Wirceburgensi. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, I, pp. 138-140.

[124]) Praepositus Laurissensis in Capitulo generali anni 1505 constitutus fuerat visitator huius Circariae. Cfr supra, p. 65. Lucas erat tunc praepositus. Cfr p. 65, n. 105.

[125]) Abbatia ista sita erat in civitate et dioecesi eiusdem nominis.

[126]) St. Iusti = Saint-Just-en-Chaussée seu Saint-Just-en-Beauvaisis, in dioecesi Bellovacensi. Cfr supra, n. 67.

[127]) Iohannes Fretel.

[128]) Id.

[129]) Abbas iste Iettensis, seu Diligemensis, abbas inde ab a. 1501, in Capitulo generali a. 1505, contumax declaratus fuerat (cfr supra, p. 58-60); in praesenti Capitulo, cui assistit (cfr supra, p. 69), abbatiae renuntiare iubetur ob negligentias admissas in administratione et dilapidationem bonorum; deinde parochus in Humbeek, ubi moritur die 22 iunii 1515. — In Necrologio vero abbatiae Diligemensis, edito in *Anal. Praem.* II, 1926, pag. spec. p. 34, de ipso cum laude sermo fit et nihil legitur de depositione ab abbatia. Legimus ibidem: « Hoc in fastigio (praelaturae) positus, subditis bonorum operum vivum se praebuit speculum, eosque non solum officii dignitate, sed et virtutum splendore praecessit. Verum vix quinquennio integro abbatia prudenter administrata, anno 1505 (quod non concordat cum statuto capitulari anni 1506: J.B.V.) cessit et demum in pastoratu heembecano diem clausit extremum 22 iunii 1515 ».

turusque quid desuper fuerit ordinandum, tandem ad cor reversus fragilitatem et negligentiam suam recognoscens, certis causis animum suum moventibus, praefatum monasterium in manibus nostris resignans pure et simpliciter, Nos tamen mitius cum eo agere volentes in favorem Abbatialis dignitatis, eidem assignamus et ordinamus pro victu honesto habendo, summam quinquaginta librarum Turonensium, et super fructibus dicti monasterii Iettentis capiendum et per Abbatem futurum solvendum, donec et quousque de beneficio aequivalenti sibi provisum fuerit; et praeter hoc habebit et percipiet quamdiu vixerit duplicem portionem cum camera honesta, religiose et honeste vivendo et Ecclesiae serviendo; quo facto religiosos dicti monasterii Iettensis ab eius obedientia absolvimus et absolutos declaramus.

Item, ordinamus quod fiat specialis commissio Parcensi [130]), et Everbodiensi [131]) ad praesidendum electioni futuri Abbatis, patre-Abbate dicti monasterii, videlicet Abbate Trunchiniensi [132]) vocato et praesente et Religiosis dicti monasterii Iettensis [133]), die ad eligendum assignata, de pastore idoneo providendum in dicto monasterio et constituendum iuxta nostri Ordinis Statutorum formam, Religiosos dicti monasterii ab obedientia praedicti Rolandi, nuper Abbatis, prius absolutos et sub conditionibus solvendae pensionis per nos assignatae; sed si religiosi in sua Electione de pastore eligendo facile recusent concordari, eis de Pastore idoneo [86] authoritate superiore provideatur.

Item, fiant missivae Abbati Trunchiniensi [134]) praedicto, eidem inthimando de quo superius fit mentio, et quod Electioni futuri Abbatis una cum Abbatibus Parcensi [135]) et Averbodiensi [136]) per nos deputatis, iure paternitatis intersit.

Item, visis litteris Abbatis et conventus monasterii Sti Iusti Belva-

130) Arnoldus Weyten. Cfr supra, n. 115.

131) Gerardus Van der Scaeft. Cfr supra, n. 28.

132) Abbatiae Trunchiniensis = Drongen, in dioecesi, olim Tornacensi, nunc Gandavensi, abbas erat Wilhelmus Huyghs, abbas aa. 1490-1514. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 412. — J.B. Goetstouwers, S.J., *De abdij van Drongen. De Abten tot de troebelen der zestiende eeuw*, in *Anal. Praem.*, XXXV, 1959, p. 309.

133) Monasterium Iettense seu Diligemiense situm erat apud Bruxellas.

134) Wilhelmus Huyghs. Cfr supra, n. 132.

135) Arnoldus Weyten. Cfr supra, n. 115.

136) Gerardus Van der Scaeft. Cfr supra, n. 28.

censis [137]) de et super traditione molendini de Rentigny cum terris et pratis adiacentibus domino praedicti loci de Rentegny et de Foillense, tali conditione quod ipse Abbas et Conventus, recuperata obligatione dicti Domini de Rentegny de liberando praedictos Abbates et Religiosos de tribus modiis et dimidio bladi, quos pro dicto molendino Religiosis bonorum virorum solvere teneatur, confirmat, ratificat et approbat.

Item, fiant litterae orationum pro religioso fratre Iacobo des Essules et de Thin, ordinis Sti Benedicti.

Item, fiant litterae orationum pro nobili et potenti viro Domino Iohanne de Croy, comite de Castroprotiensi et Dominae Iacquelinae de Luxemburgo, eius conthorali, in ampla forma.

Visitatores anni praesentis quingentesimi sexti :

Franciae, Flandriae, Floreffiae, Brabantiae, Pontivi : Dominus Praemonstratensis reservat pro se [138]).

Lotharingiae : Iusti Montis [139]).

Burgundiae, Alverniae et Sabaudiae : Abbas sancti Mariani Altissiodorensis [140]).

Normanniae : Dominus Praemonstratensis.

Westphaliae : Kenestedensis [141]) et Saynensis [142]), et uterque in solidum.

Angliae : Dominus Praemonstratensis, cum potestate substituendi.

Scotiae : Prior Candidae Casae [143]), cum potestate substituendi Abbatem Viridis-Stagni [144]) usque ad revocationem.

Hispaniae : Sti Christophori de Arnellis [145]).

Wadegotiae et Iveldiae : Praepositus Laurissensis [146]).

Sueviae et Bavariae : Aldenbergensis ad triennium [147]).

Hungariae et Bohemiae : Teplensis [148]).

[137]) Cfr supra, n. 126.

[138]) Iohannes de l'Escluse. Cfr supra, p. 3, n. 3.

[139]) Iohannes de Hayange.

[140]) Iohannes.

[141]) Nicolaus Hüls.

[142]) Livinus von Gouda. Cfr supra, p. 65, n. 102.

[143]) Candida Casa = Whithorn, in dioecesi de Galloway. Prior, ann. 1503-1514, erat Henricus McDowell. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 116. Cfr supra, n. 82.

[144]) Viride Stagnum = Soulseat. His annis abbas erat Quintinus Vaus. Cfr supra, n. 83.

[145]) Iohannes de Arciniega. Cfr supra, p. 17, n. 107.

[146]) Lucas. Cfr supra, p. 31, n. 96.

[147]) Cfr supra, n. 96.

[148]) Sigismundus Hausmann. Cfr supra, p. 65, n. 107.

Moraviae : Praepositus Plagensis [149]) ad triennium.

Gasconiae : Casae Dei, assumpto... [150]).

Austriae, Poloniae, Tusciae, Calabriae, Daciae, Norvegiae et terrae Ierosolimitanae : Prior Scholarium [151]).

Item, Capitulum ordinat et instituit in Priorem Scholarium Parisiis fratrem Michaelem Cardi, Religiosum monasterii Sancti Martini Laudunensis, cum praerogativis, honoribus et stipendiis consuetis, usque ad revocationem [152]).

Item, fiat commissio Abbati de Seriaco in pratis [153]) ad inhibendum fratri Nicolao Merée, Religioso monasterii Sti Iohannis Ambianensis sub poenis excommunicationis ne de caetero prosequatur fratrem Gabrielem de France coram conservatore privilegiorum Universitatis Parisiorum, et, si velit, agere contra citandum prosequatur coram nobis ac suo Patre-Abbate immediate.

Item, fiant litterae orationum pro magistro Iacobo Beydine et honesta domicella Katharina de Sclusa, eius conthorali.

Item, et pro novis emergentibus quae Capitulum generale exspectare non poterunt, Capitulum Dominum Praemonstratensem et Patres Abbates cum illis quos secum placuerit advocare, qui authoritate Capituli generalis in necessariis poterunt ordinare.

Hanc Capituli Generalis Ordinis Praemonstratensis anni 1506 copiam ex actis, quae Praemonstrati hac die vigesima secunda mensis novembris anni 1661 in pergameno servantur et quatuordecim integris paginis et aliquali prima et ultima parte comprehenduntur, eiusdem actis etiam quoad solecismos (quas non emendo) concordem, ad te (o lector) transfero et in veritatis fidem subscribo.

frater Gregorius du Crocq,
Reverend. Capituli generalis Secretarius.

[149]) Nicolaus von Schestau. Cfr supra, p. 66, n. 108.

[150]) Iohannes Dumestre. Cfr supra, p. 32, n. 14.

[151]) Ad hoc munus indicatum erat, in Capitulo generali anni 1505 : Thomas de l'Escluse. Cfr supra, p. 64.

[152]) De hoc priore Scholarium nihil dicere valemus. Nomen estne recte transscriptum a scriptore manuscripti, du Crocq ?

[153]) Iohannes Merlot.

7

1507

(Ms. Laon, 538, pp. 87-95) [1])

[87] Acta et Diffinitiones Capituli Generalis Ordinis Praemonstratensis in monasterio Praemonstratensi celebrati, anno Domini millesimo quingentesimo septimo, die secunda mensis Maii et diebus seqq.

Nomina Praelatorum comparentium in dicto Capitulo :

Dominus Praemonstratensis [2])	Sti Martini Laudunensis [3])
Cuissiacensis [4])	Vallisserenae [5])
Vallis secretae [6])	Branensis [7])
Buciliensis [8])	Calvimontis [9])
Septem Fontium in Therascia [10])	Sti Iohannis Ambianensis [11])
Sancti Andreae in Nemore [12])	Sti Petri Selincurtensis [13])
de Seriaco in pratis [14])	Montis sancti Martini [15])

[1]) Acta huius Capituli etiam transscripta inveniuntur in ms. asservato in archivo Curiae generalitiae, Romae. Agitur in hoc manuscripto de transscriptione moderna; neque indicatur undenam scriba textum suum transscripserit. Fere ad litteram concordat ista transscriptio cum transscriptione peracta a du Crocq, quae habetur in ms. Laon, 538, pp. 87-95.

[2]) Iohannes de l'Escluse. Cfr supra, p. 3, n. 3.

[3]) Iohannes Poulaillier. Cfr supra, p. 10, n. 4.

[4]) Iacobus de Bachimont. Cfr supra, p. 6, n. 33.

[5]) Annis 1507-1521, Nicolaus de Maucrois, erat Abbas Vallis serenae. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 539.

[6]) Iohannes Michon. Cfr supra, p. 6, n. 36.

[7]) Iacobus de Bachimont (?) Cfr supra, p. 69, n. 14.

[8]) Abbas Buciliensis = Bucilly, in dioecesi, olim Laudunensi, nunc Suessionensi, inde ab a. 1502, erat Iohannes le Prince. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 366.

[9]) Petrus Frayart. Cfr supra, p. 5, n. 18.

[10]) Adam Cornu. Cfr supra, p. 20, n. 19.

[11]) Thomas de l'Escluse. Cfr supra, p. 4, n. 13.

[12]) Dionisius Daviau. Cfr supra, p. 4, n. 16.

[13]) Iohannes Fretel. Cfr supra, p. 5, n. 17.

[14]) Iohannes Merlot. Cfr supra, p. 5, n. 25.

[15]) Nomen huius abbatis notum nobis non est.

Viromandensis [16])
Furnensis [18])
Vallis Christianae [20])
Praepositus de Sayn [22])
Lisquensis [24])
Insulae Dei [26])
Camerae Fontis [28])
Mirae-Vallis [30])
de Perrodio novo [32])
de Bellosanna [34])
Viconiensis [17])
Kenestedensis [19])
Jettensis [21])
Sancti Pauli Virdunensis [23])
Rengis Vallis [25])
Salinae Vallis [27])
de Stella [29])
Regiae Vallis [31])
de Monte Dei [33])
Sti Mariani Altissiodorensis [35])

16) Iohannes. Cfr supra, p. 4, n. 12.

17) Iohannes Lecarlier. Cfr supra, p. 57, n. 20.

18) Abbas Furnensis, in civitate eiusdem nominis, dioecesis, olim Tarvanensis, nunc Brugensis, aa. 1494-1512, erat Iohannes Buerse. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 433.

19) Nicolaus Hüls. Cfr supra, p. 18, n. 108.

20) Nomen huius Abbatis non constat.

21) Inde ab anno 1506, Petrus van den Zype, abbas erat Iettensis, seu Diligemensis. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 283. Praedecessor eius a munere suo amotus erat in Capitulo generali anni 1606. Cfr supra, p. 83.

22) Praepositus iste, Livinus von Gouda, in Capitulis generalibus praecedentibus, constitutus erat visitator Circariae Westphaliae, simul cum abbate Knechtstedensi. Cfr supra, p. 88, n. 102; p. 85, n. 142.

23) Tugdualdus d'Evenne. Cfr supra, p. 21, n. 42.

24) Abbas Lisquensis = Licques, in dioecesi Tarvanensi, postea Boloniensi = Boulogne-sur-Mer, aa. 1505-1529 erat Dominicus Carnisien. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 417.

25) Desiderius de Jouy. Cfr supra, p. 22, n. 44.

26) Abbas Insulae Dei = Isledieu, in dioecesi, olim Rothomagensi, nunc Ebroicensi = Evreux, inde ab a. 1504 usque ad annum 1514, erat Petrus de Savary. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 45.

27) Abbas Salinae Vallis = Salival, in dioecesi Metensi, aa. 1506-1532, erat Marianus Hannemann. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 107.

28) Gulielmus Alis. Cfr supra, p. 70, n. 46.

29) Iohannes de Montesson. Cfr supra, p. 7, n. 43.

30) Stephanus Bazelaire. Cfr supra, p. 4, n. 11.

31) Dominicus de Sonsault. Cfr supra, p. 7, n. 43.

32) Abbas Perrodii novi = Le Perray-Neuf, annis 1502-1518, erat Iohannes Allain. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 30.

33) Aegidius l'Ours. Cfr supra, p. 5, n. 29.

34) Iohannes Boudet. Cfr supra, p. 5, n. 27.

35) Nicolaus Joannis. Cfr supra, p. 20, n. 35.

Santi Pauli Senonensis [36])
Bassi Fontis [38])
Thenoliensis [40])
de Genliaco [42])
de Marchasio Radulphi [37])
Clari Fontis [39])
Loci Restaurati [41])
Bellae Vallis in Argona [43])

Subscripti praestiterunt obedientiam [44]) :

Imprimis ordinatum est quod omnes Praelati hoc anno propter paucitatem erunt diffinitores.

Item, Missas celebrari consuetas : primam sancti Pauli Virdunensis [45]); secundam Lisquensem [46]); et tertiam Insulae Dei [47]) celebrabunt.

Item, talliarum receptores erunt Sti Iohannis Ambianensis [48]) et Vallis Christianae [49]) Abbates.

[88] Item, excusationes Praelatorum recipient sancti Nicolai Furnensis [50]) et de Seriaco in pratis [51]) Abbates.

Item, litteras sigillo Capituli generalis examinabunt et sigillabunt Patres Abbates cum illis quos secum duxerint advocandos.

Item, auditores compotorum erunt Patres Abbates et alii Patres qui voluerint interesse.

Item, ordinat Capitulum generale quod fiat commissio specialis et apostolica dirigenda Abbati sancti Nicolai Furnensis [52]), assumpto secum aliquo Ordinis nostri aut canonico litterato ad visitandum

[36]) Abbas S. Pauli Senonensis, in civitate et dioecesi eiusdem nominis, usque ad a. 1506, erat Iohannes des Antes. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 532.

[37]) Iohannes de Quenouilles. Cfr supra, p. 21, n. 47.

[38]) Inde ab anno 1504, uti videtur, usque ad annum 1518, Claudius Thuillier abbas erat Bassi Fontis. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 480.

[39]) Antonius Geoffrey. Cfr supra, p. 19, n. 13.

[40]) Thiebaldus. Cfr supra, p. 5, n. 20.

[41]) Petrus de Haultdecœur. Cfr supra, p. 6, n. 38.

[42]) Iacobus le Pelletier. Cfr supra, p. 21, n. 46.

[43]) Iohannes Collard. Cfr supra, p. 57, n. 33.

[44]) Tum in ms. Laudunensi, tum in transscripto ms. Curiae generalitiae, nullum nomen abbatis hic appositum legitur.

[45]) Tugdualdus d'Evenne.

[46]) Dominicus Carnisien.

[47]) Petrus de Savary.

[48]) Thomas de l'Escluse.

[49]) Nomen huius abbatis non constat. Cfr supra, n. 20.

[50]) Iohannes Buerse.

[51]) Iohannes Merlot.

[52]) Iohannes Buerse.

monasterium sancti Michaelis Antverpiensis [53]) tam in capite quam in membris et strictissime se informandum de vita tam Praelati quam Religiosorum dicti Monasterii, et praesertim de vita fratris Gerardi Lillo, dicti monasterii Canonici, qui occasione cuiusdam rebellionis et inobedientiae super poenitentia sibi iniuncta per proprium Praelatum ab officio Pitantiarum [54]) destitutus fuit, et contra formam Statutorum emissus; et casu quo ipse frater Gerardus in huiusmodi administratione religiose vixerit et fideliter administraverit se iuridice... [55]) debeat, restituatur et in proprio monasterio remittatur, et in Religiosis omnibus, quae salutem animarum et Reformationem regularem concernunt, etiam Officiarios, si opus fuerit, et casus exposcat, destituendum, et alios loco eorum instituendum et ordinandum, caeteraque faciendum quae visitationis requirit officium.

Item, fiant missivae fratri Egidio le Marchant, nuper abbati monasterii Lisquensis [56]), suis litteris responsivae, exhortando eumdem quatenus attento quod spontanea voluntate consensit quod frater Karolus praefati monasterii religiosus Lisquensis suam pensionem recipiat et administret, omnia necessaria debite administrando et compotum reddendo quotiescumque requisierit, supplicationi illius annuere distulit, vult tamen et intendit ipsum Capitulum quod si ille frater Karolus munus debite administraverit, et necessaria omnia tam familiae aliorum dare distulerit, alius loco eius administrator subrogetur.

Item, quia a certis annis soror Katharina, Monialis monasterii Cotessoviensis [57]) per Reverendissimum Patrem et Superiorem nostrum Dominum Iohannem Abbatem Praemonstratensem [58]), tacita

[53]) Annis 1505-1514, abbas S. Michaelis Antverpiensis, in civitate et dioecesi eiusdem nominis; (usque ad a. 1559, dioecesis Cameracensis), erat Iacobus Embrechts. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 268.

[54]) Pitantiae erant capitalia quorum ope, diebus determinatis, conventui concedi debebant favores speciales, generatim ob servitia praestita in officiis chori stricte supererogatoriis.

[55]) Textus ipse manuscripti non specificat de quo in praesenti agitur.

[56]) De eadem quaestione iam tractatum fuerat in Capitulo generali anni 1506. Cfr supra, p. 78.

[57]) Coteschovium = Chotesov, erat monasterium Monialium, situm in Bohemia, in dioecesi Pragensi. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, I, pp. 285-287.

[58]) Iohannes de l'Escluse.

veritate sed falsitate suggesta fuit super lapsu carnis usque ad prolis conceptionem, rehabilitata et ad pristinos honores restituta, praesens Capitulum revocat huiusmodi rehabilitationem, declarans quod manebit in grisea tunica et sine velo sicut usque remansit, in exemplum aliarum Sanctimonialium pudicarum; donec fuerit ita contrita quod merito pro ea Sorores exorare velint.

Item, fiat commissio dirigenda Praeposito de Sag [59]), assumpto secum X [60]), in publica forma ad visitandum et reformandum monasteria Regni et Circariae Hungariae, et compellendum omnes ad observationem regularem iuxta et secundum formam Statutorum noviter super reformatione editorum, et recipiendum tallias [89] de quatuordecim retroactis et de futuris annis cum duabus talliis extraordinariis ordinatis per Capitulum generale [61]), usque ad revocationem.

Item, fiat commissio Abbatibus Parcensi [62]), et Everbodiensi [63]) et utrique in solidum, eisdem praecipiendo in virtute sanctae obedientiae, quatenus quam citius fieri poterit, obtineantur a summo Pontifice, expensis monasteriorum Brabantiae, litterae executoriales et Iudices competentes coram quibus curati delinquentes eorum vigore possint conveniri, puniri et revocari, si opus sit, secundum tenorem Privilegiorum Ordinis, de Curatis revocandis, Ordini concessorum.

Item, quia frater Michael Rasse, Religiosus monasterii Jettensis [64]), nuper, exigentibus demeritis, ad monasterium Furnense per Reverendissimum patrem Dominum Praemonstratensem [65]) fuerat emissus in poenitentia quadraginta dierum gravioris culpae; qua peracta, iterum apostatavit, et alios Religiosos dicti monasterii taliter decepit et seduxit quod ipsos in apostasiam et alia deteriora flagitia committenda incedere fecit; ordinat Capitulum generale quod punietur poena carceris per tres menses in proprio monasterio vel alibi in loco

[59]) Monasterium Sag seu Saag = Sahy, in dioecesi Strigoniensi, aa. 1506-1534, uti praepositum habebat Franciscus Fegyverneky. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 459.

[60]) Ita habet manuscriptum.

[61]) Taxae illae statutae ac determinatae fuerant in Capitulo generali anni 1503. Cfr supra, p. 36.

[62]) Arnoldus Weyten. Cfr supra, p. 81, n. 115.

[63]) Gerardus Van der Scaeft. Vide supra, p. 69, n. 28.

[64]) Jette = Diligem.

[65]) Iohannes de l'Escluse.

viciniori, salva gratia proprii Praelati, qua peracta cum aliis Religiosis Jettensibus vel alibi provideat sicut decet.

Item, visis litteris Abbatis et Conventus monasterii Heylesinnensis [66]) de commutatione facta inter eos et Abbatem et Conventum Averbodiensem [67]) de decimis et fructibus a villa seu parochia de Jacta magna [68]), pro decem modiis bladi ad mensuram oppidi Lovaniensis quod praedicti Abbas et Conventus Helleconensis [69]) dicto monasterio Averbodiensi perpetuo solvere tenebuntur et praedictam commutationem ad utilitatem et commodum utriusque monasterii factam esse compertum est sicut in eorum litteris continetur, praesens Capitulum ipsam ratam habendo confirmat et approbat.

Item, fiat commissio specialis et ampla Abbatibus de Retorta [70]) et sanctae Mariae Vitis [71]) et utrique in solidum, ad visitandum omnia et singula monasteria Regni et Circariae Hispaniae, ad corrigendum et reformandum, necnon et tallias, tam de praesenti quam futuris et decem retroactis annis debitas, recipiendum. Et in ipsa Commissione inseratur specialis clausula quod convocentur omnes Praelati dictae Circariae, quibus congregatis, inspiciantur registra, documenta et alia omnia quae super Iure Paternitatis monasterii Monialium Sanctae Sophiae [72]), quod praetendit habere Abbas de Retorta, ratione fundationis dicti monasterii, et ad plura vota praedictorum Abbatum congregatorum assignetur Paternitas ad quem de iure spectare debuerit, authoritate nostra, revocando commissionem per nos datam Abbati Aguilarensi [73]), super huiusmodi paternitate et visitatione praedictae Circariae.

[66]) Abbatia Heylissemensis sita est in dioecesi, olim Leodiensi, nunc Mechliniensi-Bruxellensi. Annis 1500-1507, abbas erat Iohannes Buyten, qui obiit die 17 octobris 1507. Venit deinde, ante finem anni 1507, abbas Wilhelmus Du Moulin (b 15 maii 1544). Cfr R. Van Waefelghem, *Liste Chronologique des Abbés des Monastères Belges de l'Ordre de Prémontré*, in *Anal. Praem.*, XII, 1936, p. 17.

[67]) Gerardus Van der Scaeft erat tunc abbas Averbodiensis.

[68]) Agitur de paroecia Jauche, sita in provincia Brabantiae, in Belgio.

[69]) Agitur de conventu Heilissemensi.

[70]) Abbas Retortensis = Retuerta, in Hispania (in dioecesi Palentina = Palencia) erat, aa. 1490-1518, Petrus de Azeves. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 282.

[71]) Abbas Vitis = La Vid, in Hispania (in dioecesi, olim Oxomensi = Osma, nunc Burgensi = Burgos), erat aa. 1506-1510, Sanctius de Aranda. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 309.

[72]) Agitur de ascetorio Monialium Sanctae Sophiae de Toro, in Hispania, in dioecesi Zamorensi, ad nostris usque dies existens et florens. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, pp. 296-300.

[73]) Abbas Aguilarensis = Aguilar de Campoo, in dioecesi, olim Burgensi, nunc Palen-

Item, Capitulum generale confirmat et approbat litteras concessionis Pitantiarum et vestiarii ad usum Religiosorum monasterii Beatae Mariae Vallisserenae [74]), sicut in praedictis litteris continetur.

[90] Item, annuendo petitioni Praepositi Magdeburgensis [75]), et Praepositorum Circariae Saxoniae, qui a monasterio Praemonstratensi valde sunt remoti [76]); praesens Capitulum concedit authoritatem et facultatem praedicto Praeposito Magdeburgensi quod singulis annis usque ad triennium et non ultra possit convocare Praepositos illius Circariae in die Anniversarii Domini Norberti vel alio die, et ibidem tractare de communi utilitate Ordinis et salute animarum, et Visitatores in dicta Circaria providere; hoc pacto quod Praepositus vel frater qui in fine triennii est praestiturus obedientiam Capitulo generali, statum praedictae Circariae referre tenebitur, salvis etiam privilegiis et compositionibus inter eos factis [77]).

Item, fiat commissio Abbatibus de Monte Dei [78]) et Bellosanna [79]), et utrique in solidum ad visitandam Circariam Normanniae, et praesertim monasterium de Lucerna [80]) et Ardena [81]), et ibidem inquirendum de vita dissoluta Abbatis et Religiosorum dictorum monaste-

tina, aa. 1461-1511, erat Iohannes Duque de Colmenares. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 241.

[74]) Nicolaus de Maucrois.

[75]) Praepositus monasterii Praemonstratensis Magdeburgensis, fundati olim ab ipso S. Norberto, aa. 1497-1534 erat Henricus Stott. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 235.

[76]) Circaria Saxoniae, cuius praepositus Magdeburgensis caput erat, sita erat in partibus centralibus Germaniae hodiernae; proinde iter instituendum singulis annis pro Capitulo generali certe pro iis secum ferebat difficulates speciales.

[77]) Quod in praesenti ex parte praepositi Capitulo generali anni 1507 proponitur practice coincidit cum instituto quod postea Capitulum provinciale seu circariale vocatur. — Huic instituto Capitulorum provincialium Capitulum generale in genere non favebat. — In Statutis anni 1505 (Ms. Laon 538, p. 400) de hac re haec edicuntur: « Praeterea ne unitati Ordinis deformitatem pariat capitulorum multitudo; inhibitum est districte, ne Patres-Abbates provincialium Abbatum suorum alicubi sub aliquo praetextu praesumant vel audeant privata vel generalia Capitula convocare. Alioquin tam ille qui convocaverit quam illi qui convenerint sint suspensi, donec de huiusmodi satisfacturi excessu, Domino Praemonstratensi vel Generali Capitulo personaliter se praesentent ». — Sed, iam in hoc Capitulo 1507, Circariae Saxoniae conceditur ut provincialiter conveniant, collegialiter pro bono Ordinis inquisituri.

[78]) Aegidius l'Ours.

[79]) Iohannes Boudet.

[80]) Annis 1507-1528, Franciscus Caignon abbas erat Lucernae. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 28.

[81]) Abbas Ardenae = Ardenne, in dioecesi Baiocensi = Bayeux, Richardus de Laval, idem ac Abbas Lucernae, n. 80. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 35.

riorum, et usque ad depositionem, si casus exposcat et rationis fuerit procedendum, corrigendumque Religiosos per carceres aut alias emissionis poenas, sicut decet, et, si opus fuerit ,instituendum Promotorem, qui contra Religiosis in dicta Circaria agere possit.

Item, fiat missiva per modum supplicationis Dominis de Parlamento Rothomagensi, eisdem inthimando qualiter Capitulum commisit Abbates de Monte Dei et de Bellosanna [82]) ad visitandum monasteria de Lucerna et Ardena, tam in capite quam in membris, et inquirendum de malo regimine Abbatum et Religiosorum [83]) et usque ad depositionem, et, si casus exposcat, procedendum, in qua quidem re consilium et auxilium et favorem utrique necessarios Religionis intuitu impendere dignentur et velint, nostrae congregationis suffragia et orationes eis offerendo.

Item, Capitulum confirmat et approbat et ratificat concordiam seu appunctamentum factum per confratrem nostrum Abbatem monasterii Domni-Martini [84]) super discordia mota inter fratrem Iohannem Carouge, nuper Curatum de Domoit, et Petrum le Boucher, laicum apud Domoit commorantem, qui de centum viginti libris pro certis tassenis et zona ad monasterium Sti Petri Selincurtensis [85]) spectante se constituit fideiussorem; quae quidem concordia talis est quod antedictus Petrus le Boucher ab huiusmodi fideiussione et obligatione data Abbati dici loci Sti Petri [86]) absolvetur et quittabitur nec quisquam ab eo poterit exigi; praedictus vero fr. Iohannes de Carrouge, qui nunc in oppido Abbatis villa Vagan demoratur ad monasterium revertetur, veniamque in Capitulo, praesentibus Religiosis, Praelato suo [86]) deprecabitur, et ab obedientia cum quadam gratiosa regulari disciplina absolvetur; et hoc pacto, attenta sua infirmitate et debilitate, in quadam camera cum camino extra dormitorium vel alibi in aliquo loco a monasterio dependente locabitur [91], et, si in monasterio fuerit, tractabitur sicut Religiosum decet, divinis officiis quantum poterit insistendo, et Praelato humiliter obediendo, et ab observatio-

[82]) Aegidius l'Ours; Iohannes Boudet.

[83]) Durante anno 1507, Franciscus Caignon abbas Lucernae electus fuit.

[84]) Abbatia Dommartinensis sita erat in dioecesi, olim Abianensi, nunc Atrebatensi. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, pp. 548-551. Domoit ibidem non recensetur inter paroecias incorporatas huic Abbatiae.

[85]) Abbatia S. Petri Selincurtensis = Sélincourt sita erat in dioecesi Ambianensi = Amiens. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, pp. 566-569.

[86]) St. Petrus = abbatia Selincurtensis.

nem huius tractationis eosdem Abbatem [87]) et fr. Iohannem condemnamus.

Item, attento quod frater Bertrandus de Quedroy fuit provisus de monasterio Gaudii-Vallis [88]) et praestitit obedientiam Capitulo generali, cui monasterio prius cessit pro pensione annua centum librarum Turonensium annuatim recipiendarum super fructibus dicti monasterii, Capitulum declarat eumdem ab obedientia Abbatis sancti Martini Laudunensis [89]) absolutum nec ipsius monasterii Religiosum esse nec subditum, sed monasterio Gaudii-Vallis et Capitulo Generali subiectum.

Item, fiat commissio Abbati Parcensi [90]) ad se transferendum ad monasterium Jettense [91]) et se informandum super statu temporali monasterii praedicti. Quodsi repererit dictum monasterium ita esse depauperatum quod sine venditione reddituum, ruina dicti monasterii nequeat referri, super quo conscientias industrias oneramus, Electo [92]) et Conventui eiusdem redditus redimibiles seu vitales commodius fore videbitur, uni seu pluribus, vendendi nostram authoritatem concedat, venditionesque huiusmodi ratificet et roboret, proviso tamen quod summam quinquaginta florenorum redimibilium aut omniscumque denarii exinde venturi immediate ad evidentem dicti monasterii utilitatem convertat.

Item, quia visitatores annui non sine gravi periculo ad monasterium Insulae Beatae Mariae [93]) accedunt, et ea propter per multos annos non fuit visitatum, ordinat Capitulum quod fiat commissio Abbatibus Kenestedensi [94]) et Floridi Horti [95]) et utrique in solidum ad visitandum monasterium praedictum, corrigendum, reformandum,

[87]) Abbas iste est Iohannes Fretel.

[88]) Inde ab anno 1505, usque ad annum 1509, abbas huius Abbatiae erat Bernardus de la Vernade. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 556.

[89]) Iohannes Poulaillier.

[90]) Arnoldus Weyten.

[91]) Monasterium Jettense est abbatia Diligemensis, sita in pago, nunc civitate Jettensi, iuxta civitatem Bruxellensem.

[92]) Abbas Diligemensis, Sanders, a munere abbatiali amotus fuerat a Capitulo generali anni 1506. Cfr supra, p. 83. In eius locum electus erat a Conventu Diligemensi, Petrus Van den Zype.

[93]) Insula B. Mariae seu Marienweerd sita erat in dioecesi Ultraiectensi. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, pp. 302-305.

[94]) Nicolaus Hüls. Cfr supra, p. 18, n. 108.

[95]) Abbas Floridi Horti, seu Wittewierum, in dioecesi, olim Monasteriensi, nunc Groningana, notus non est. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, pp. 230-234.

talliasque recipiendas in forma communi, cum clausula quod se informet de paupertate dicti monasterii, nisi fuerit tanta paupertas quod sine venditione reddituum nequeat reparari, dat licentiam vendendi redditus redimibiles usque ad summam ducentorum florenorum et non ultra, et authoritate nostra confirmet; superque dicti Visitatoris conscientiam oneramus; et hoc cum potestate subdelegandi, si ad hoc alter eorum vacare nequiverit.

Item, quia in dioecesi Maguntinensi [96]) est monasterium Canonicorum nostri Ordinis vocatum Cappel [97]), cui iam diu fuit annexum monasterium Sororum eiusdem nominis, quod victus et necessaria ex monasterio virorum eiusdem nominis recipiebat, quia nullos redditus habebat, oriebanturque scandala non pauca inter illos fratres et sorores ex tali vicinitate; tandem Archiepiscopus Moguntinus [98]) et Coloniensis [99]) conservando monasterium virorum, monasterium monialium extingui permiserunt, Religiosorum numerum solito copiosiorem augmentando, Capitulum praesens huiusmodi extinctionem confirmat et approbat, salvis tamen talliis Ordini per moniales solvere consuetis, quas amodo Abbas [100]) solvere tenebitur.

Item, Capitulum instituit, nominat et ordinat in Priorem Collegii nostri Parisiensis, fratrem Egidium Broussart, canonicum Ecclesiae [92] Praemonstratensis cum praerogativis, honoribus et stipendiis consuetis usque ad revocationem.

Item, gravi querimonia Domini Iohannis Bomel, quondam Praepositi monasterii in Puldeo [101]), super eo quod nonnulli fratres dicti monasterii regularis vitae et disciplinae monasticae contemptores, spiritu maligno instigante, praedictum fratrem Iohannem Praepositum eorum secreta conspiratione cum nonnullis nobilibus habita deceperunt, captivarunt, et in vincula coniecerunt; detentus ergo in dictis carceribus, timore qui frequenter cadit in constantem virum coactus resignavit dictam Praeposituram cum iuramento de non repetendo.

96) Mainz.

97) Cappel seu Spieskappel olim fuerat monasterium duplex. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, I, pp. 134 s.

98) Archiepiscopus Moguntinus, aa. 1504-1508, erat Iacobus von Liebenstein.

99) Archiepiscopus Coloniensis, aa. 1473-1508, erat Hermannus von Hessen.

100) Abbas de Spieskappel, aa. 1488-1517, erat Iohannes Zuttel. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 135.

101) Iohannes Bommel annis 1493-1498 praepositus fuerat in Pöhlde (in dioecesi, olim Maguntinensi, nunc Hildesheimiensi). Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 239.

Quare huiusmodi iniuria considerata, Capitulum decrevit commissionem fieri Abbatibus Steynveldensi [102]) et Kenestedensi [103]) ac Decano sancti Georgii Coloniensis, Ordinis Conservatori, ad se informandum de praemissis, et casu quo ea veritate fulciri compererint, pensionem seu provisionem pro suis victu et necessariis iuxta monasterii facultates super redditus ipsius monasterii assignent, non obstantibus iuramento et promissionibus dicti Praepositi, et aliorum Patrum in contrarium praestitis.

Item, visis informationibus factis contra et adversus fratrem Iohannem Prenderne, Religiosum monasterii Cuissiacensis [104]), quibus constitit eumdem fratrem quamdam mulierem uxoratam multis vulneribus afflixisse, ita ut infra quadraginta dies morte obierit. Deinde a primis diebus citra quamdam aliam filiam e domo patris eduxit, et quod deterius est patrem aegre ferentem tantis plagis et verberibus afflixit quod usque ad mortem usque aegrotaverit; Priorem vero dicti monasterii ad effusionem sanguinis usque ad evulsionem quasi aurium percussit, violentum etiam perturbatorem Communitatis et apostatam esse et pluries correctus delicta sua corrigere non voluit. Quapropter ne tanta flagitia in scandalum Ordinis et Ecclesiastici status impunita remaneant, delictorum qualitate pensata, matura deliberatione praehabita, Capitulum declarat et condemnat fore et esse in carceribus Ordinis apud Laudunum recludendum per tres annos in pane tristitiae et aqua doloris, praedicti monasterii Cuissiacensis expensis, et ipsis elapsis habitu nostri Ordinis exuto, a societate nostri Ordinis perpetuo excludendum et expellendum; et ad executionem sententiae confratrem nostrum Abbatem sancti Martini Laudunensis [105]) committimus.

Item, in causa seu quaestione mota seu moveri sperata coram nobis per et inter fratres Garvinum Thiebauld, Religiosum Regiae Vallis [106]) ex una, et fratrem Bertrandum de Gugny, nuper Abbatem [107]) mo-

[102]) Abbas Steinfeldensis, aa. 1501-1509, erat Iohannes von Münstereifel. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 195.

[103]) Nicolaus Hüls.

[104]) Abbatia Cuissiacensis = Cuissy, sita erat, in dioecesi olim Laudunensi, nunc in dioecesi Suessionensi.

[105]) Iohannes Poulaillier.

[106]) Abbatia Regiae Vallis = Rengéval sita erat, in dioecesi olim Tullensi, nunc in dioecesi Virdunensi.

[107]) Abbas Bertrandus de Gugny, quamvis canonice electus, possessionem abbatiae obtinere non potuit; loco ipsius commendatarius abbas, Bernardus de la Vernade, sedem abbatialem sibi acquirere potuit. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 556.

{ Analecta Praemonstratensia. Editio textus. 46. 1970.}

nasterii Gaudii-Vallis, nostri Praemonstratensis Ordinis, dioecesis Tullensis; et, sedente Capitulo praedicta materia terminari non potest, Capitulum deputavit et deputat Rdos Patres Dominos Sti Martini Laudunensis et Cuissiacensem et Vallis-Christianae [108]) Abbates, quibus attribuit facultatem praedictas partes coram eis in monasterio Laudunensi [93] ad competentem diem evocandi, litteras, instrumenta et caetera inventa de quibus quaelibet pars se iuvare intendit, videndi, examinandi, inclusive procedendi et terminandi; quae quidem partes coram nobis comparentes locum Sti Martini Laudunensis antedictum, necnon et iudices supradictos acceptarunt, et eorum dictis et sententiae parere, eorum iuramento coram nobis praestito promiserunt. Quod si praedicti iudices per nos deputati pariter interesse nequeunt, duo eorum praemissa exequantur. Quae quidem partes acceptarunt diem ad feriam quintam post festum Pentecostes ad comparendum coram dictis iudicibus in loco supradicto.

Item, Capitulum confirmat et approbat donum seu fundationem unius Missae quotidianae et duorum obituum in monasterio de Longovado [109]) perpetuo celebrandorum factam per Iohannem Subdeberg, dominum de Monetepuis, et Mariam de Bompierre, eius uxorem, sicut et quemadmodum in litteris quibus nostrae praesentes sunt infixae latius continetur.

Item, fiat commissio Abbatibus Vallis christianae [110]) et Loci-Restaurati [111]) ad se informandum super quodam libello diffamatorio nobis misso per nobilem virum Anthonium des Fosses, dominum de Conilles et Diogny, contra et adversus fratrem Paschalium Valles, religiosum Vallis serenae, et curatum d'Oigny et de Damiers [112]), et eum puniendum iuxta suorum exigentiam demeritorum, vel eum absolvendum, si minus culpabilem repererint.

Item, quia frater Nicolaus Maret, Religiosus monasterii Sti Iohannis Ambianensis, ad extraordinariam iurisdictionem contra Ordinis Statuta confugit, praeceptis et iussionibus Ordinis parere contempsit, quosdam Religiosos ipsius monasterii ad seditionem provocavit,

[108]) Iohannes Poulaillier; Iacobus de Bachimont; nomen abbatis Vallis Christianae illius temporis notum non est.

[109]) Abbatia Longi Vadi = Longwé sita erat in dioecesi Remensi.

[110]) Nomen huius abbatis nobis notum non est.

[111]) Petrus de Haultdecœur.

[112]) Hae duae paroeciae, a Backmund, l.c., II, p. 537, recensentur inter paroecias incorporatas abbatiae Vallis serenae.

Prothonotario ut ad dignitatem Abbatialem dicti monasterii perveniret, favit, pecunias et testes sibi ministrando, in tantum quod praefata Ecclesia Sti Iohannis ultra sex millia librarum damnificavit; quapropter Capitulum praesens ipsum emittit ad monasterium dicti Mariani Altissiodorensis [113]) ibi per decennium moraturum poenam gravioris culpae per 40 dies peracturum. Quod si praefatum monasterium Sti Mariani nimis fuerit oneratum, in alio nostri Ordinis monasterio pro residuo temporis praedicti collocabitur.

Item, fiat commissio Abbati Teplensi [114]) ad visitandum monasteria Circariae Bohemiae et Moraviae et reformandum in capite et in membris in bona et ampla forma ad triennium.

Item, fiat citatio ad citandum Abbatem modernum monasterii in Corneolo [115]), in dioecesi Bisuntinensi, ad comparendum in monasterio Laudunensi coram Abbatibus monasteriorum Laudunensis, Cuissiacensis, et Vallis Christianae [116]) ad tricesimam diem post executionem praesentium [94] ad ea quae per Procuratorem Ordinis sibi erunt obicienda responsurum et allegaturum causas propter tallias quas solvere renuit.

Item, fiant litterae orationum pro nobili et generoso viro Domino Andrea de Hangest, milite domino temporali de Genly et Franciscae eius conthorali.

Similiter pro nobili et generoso viro Domino Anthonio de Roye, domino temporali dicti loci de Roye et Catharina, eius uxore de Sarrebrucko.

Consimiliter, pro Domino de Melun, domino Anthonio et Maria de Sarrebrucko, eius conthorali in bona forma.

Item, fiat missiva Abbati Adelbergensi [117]), Visitatori Circariarum Sueviae et Bavariae, eidem inthimando querimoniam fratrum Sebastiani Strater, Iohannis Matten, Sigismundi Winter, Religiosorum monasterii Windbergensis, qui, ut asserunt, propter Abbatis [118]) severitatem et victus tenuitatem, nequeunt in pace suae conscientiae

[113]) Nicolaus Joannis.

[114]) Ab anno 1507, abbas Teplensis erat Iohannes Fröstl. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 317.

[115]) Abbas Corneolensis = Corneux, in dioecesi Bisuntina = Besançon, aa. 1490-1517, erat Iohannes Marmier. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 362.

[116]) Iohannes Poulaillier; Iacobus de Bachimont; Guilielmus Cordier.

[117]) Leonardus Dürr. Cfr supra, p. 77, n. 96.

[118]) Abbas Windbergensis, in dioecesi Ratisbonensi, ad nostros usque dies existens, aa. 1496-1511, erat Paulus. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 57.

in dicto monasterio conversari, eidem iniungendo quatenus, si ita sit, provideat eis authoritate nostra, ut possint cum eo vel cum aliquo nostri Ordinis Domino Deo famulari, et ibidem recipi, si opus sit.

Item, fiat commissio specialis ad Abbatem Adelbergensem [119]), quatenus attenta rebellione et inobedientia Abbatis Windbergensis [120]), qui, mandatis Ordinis aut Visitatorum eius parere contemnit, cogat et compellat eumdem sub suspensionis ac excommunicationis poenis, authoritate nostra, ad observandas ordinationes pro omnibus factas, vel faciendas, in suo monasterio in personis eiusdem, quae concernunt observantiam regularem, in qua quidem commissione inseratur clausula subscripto loco missivae. Et si dictus Abbas Windbergensis... [121]).

Item, fiat missiva ad Illustrissimum Principem Dominum Albertum, ducem Bavariae et Palatinae Rheni, quatenus sua gratia speciali dignetur Venerabilem fratrem nostrum Abbatem Adelbergensem [122]), visitatorem monasteriorum Ordinis ditionis suae in visitatione et reformatione monasteriorum Ordinis fienda habere commendatum, favorem et auxilium, salvum quoque conductum, si opus sit, eidem impertienda; et praesertim contra et adversus Abbatem Windbergensem [123]), qui mandatis Ordinis omnino parere contemnit, nec eidem Abbati Windbergensi leviter credere velit, nisi debite informetur.

Item, Capitulum ordinat, instituit, nominat et creat fratrem Danielem Taipfel, Religiosum monasterii Sti Augustini Morinensis [124]), Procuratorem generalem Ordinis in Urbe, cum stipendiis et authoritate consuetis.

Item, fiant litterae orationum pro magistro Iacobo de Veternella, decano, et Petro de Govel, presbyteris Ecclesiae insignis Noviomensis canonicis in communi forma.

Visitatores anni praesentis quingentesimi septimi :

Franciae, Flandriae, Floreffiae, Brabantiae, Pontivi : Dominus Praemonstratensis [125]) reservat pro se.

[119]) Leonardus Dürr.

[120]) Paulus.

[121]) Idem.

[122]) Leonardus Dürr.

[123]) Paulus.

[124]) Abbatia S. Augustini Morinorum, seu Tarvanensis, sita erat prope civitatem eiusdem nominis, in dioecesi, olim eiusdem nominis, nunc Atrebatensi. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, pp. 421-424.

[125]) Iohannes de l'Escluse.

[95] Lotharingiae : Iusti Montis [126]), assumpto secum Abbate Stae Crucis [127]) ad triennium.

Burgundiae, Alverniae et Sabaudiae : Abbas sancti Mariani [128]).

Frisiae : Praepositus sancti Iacobi in Langherna [129]).

Westphaliae : Knechstedensis [130]), usque ad revocationem.

Sueviae et Bavariae : Aldenbergensis [131]).

Hungariae : Praepositus de Saga [132]).

Bohemiae et Moraviae : Abbas Teplensis [133]).

Angliae : provisum est.

Scotiae : Prior Candidae Casae [134]), cum potestate substituendi Abbatem Viridis Stagni [135]) usque ad revocationem.

Hispaniae : Abbates de Retorta [136]) et Vitis sanctae Mariae [137]), et uterque in solidum, usque ad revocationem.

Vadegotiae et Iveldiae : Praepositus Laurissensis [138]).

Gasconiae : Casae Dei [139]), assumpto secum...

Austriae, Poloniae, Tusciae, Calabriae, Daciae, Norvegiae et terrae Ierosomilitanae : Procurator Ordinis [140]).

Suprascripta Acta Capituli generali anni 1507 ex actis quae in pergameno septem paginis comprehensa adhuc hac die 24a Novembris 1661 servantur, in hanc cartam Posteritati consulens, fideliter transtuli et in fidem subscripsi propria manu Praemonstrati.

frater Gregorius du Crocq,
Ordinis eius et Rev. Generalis secretarius.

126) Iohannes de Hayange.

127) Abbas St. Crucis Metensis, in civitate et dioecesi eiusdem nominis, aa. 1501-1515, erat Gerardus Denis de Viget. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 88.

128) Nicolaus Joannis.

129) Iohannes van Boemel, qui ad idem munus iam designatus fuerat in Capitulo generali anni 1505. Cfr supra, p. 18, n. 108.

130) Nicolaus Hüls.

131) Leonardus Dürr.

132) Franciscus Fegyverneky.

133) Sigismundus Hausmann. Cfr supra, p. 65, n. 107.

134) Henricus McDowell. Cfr supra, p. 85, n. 143.

135) Quintinus Vaus. Cfr supra, p. 74, n. 83.

136) Petrus de Azeves.

137) Sanctius de Aranda.

138) Lucas. Cfr supra, p. 31, n. 96.

139) Iohannes Dumestre. Cfr supra, p. 32, n. 14.

140) Daniel Taipfel, qui in praesenti Capitulo Generali anni 1507, procurator generalis Ordinis in Urbe constitutus fuerat. Cfr. supra, p. 100.

8

1508

(Ms. Laon, 538, pp. 95-102) [1]

Acta et Diffinitiones Capituli Generalis Ordinis Praemonstratensis in monasterio Praemonstratensi celebrati, anno Domini millesimo quingentesimo octavo, die vicesima prima mensis Maii et sequentibus diebus.

Nomina Praelatorum comparentium in dicto Capitulo :

Dominus Praemonstratensis [2]	Sti Martini Laudunensis [3]
Cuissiacensis [4]	Vallis serenae [5]
Branensis [6]	Sti Ioh. Ambianensis [7]
Sti Andreae in Nemore [8]	Vallis Christianae [9]
Vallis secretae [10]	Carthovorensis [11]
Iustimontis [12]	Sti Iusti Bellovacensis [13]
de Blanchalanda [14]	Sti Iohannis in Falesia [15]

[1] Textus, quem hic edimus, desumpsimus ex paginis indicatis ms. Laon 538. — In codice quodam manuscripto, asservato in curia generalitia Ordinis, fol. 32a - 35b, partes non modicae actorum huius Capituli leguntur; quae eumdem textum referunt ac Laon 538.

[2] Iohannes de l'Escluse. Cfr supra, p. 3, n. 3.

[3] Iohannes Poulaillier. Cfr supra, p. 10, n. 4.

[4] Iohannes de Bachimont. Cfr supra, p. 6, n. 33.

[5] Nicolaus de Maucrois. Cfr supra, p. 87, n. 5.

[6] Nomen huius abbatis notum nobis non est.

[7] Thomas de l'Escluse. Cfr supra, p. 4, n. 13.

[8] Dionysius Daviau. Cfr supra, p. 4, n. 16.

[9] Nomen huius abbatis notum non est.

[10] Iohannes Michon. Cfr supra, p. 6, n. 36.

[11] Uti videtur, Simon Aubert. Cfr supra, p. 6, n. 34.

[12] Iohannes de Hayange. Cfr supra, p. 21, n. 40.

[13] Antonius de Nampont. Cfr supra, p. 68, n. 10.

[14] Inde ab anno 1507, abbas de Blanchalanda erat Laurentius Mulot. Ante a. 1535, resignavit. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 20.

[15] Abbas S. Iohannis in Falesia = Falaise, in dioecesi, olim Sagiensi = Sées, nunc Baoicensi, aa. 1506-1616, erat Thomas de Malbiche. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 43.

de Moncellis [16])
Calvimontis [18])
Thenoliensis [20])
Clarifontis [22])
de Marchasio Radulphi [24])
Albae Curiae [26])
de Seriaco [96] in pratis [28])
de Genliaco [30])
Camerae Fontis [17])
Buciliensis [19])
Vallis Christianae [21]) (!)
Bellae Vallis in Argonia [3])
de Ressonio [25])
Sti Augustini Morinensis [27])
Loci Restaurati [29])
Praepositus sanctae Sophiae Monialium [31])

Subscripti praestiterunt obedientiam :

de Blanchalanda [32]); Sti Iohannis de Falesia [33]); Albae Curiae [34]); Praepositus sanctae Sophiae Monialium [35]).

In primis ordinatum est quod Praelati hoc anno propter eorum paucitatem erunt Diffinitores.

Item, Missas celebrari consuetas, primam de Blanchalanda [36]); 2am sancti Iohannis de Falesia [37]); et 3am Albae Curiae [38]) Abbates celebrabunt.

16) Petrus Brunet. Cfr supra, p. 7, n. 46.
17) Gulielmus Alis. Cfr supra, p. 70, n. 46.
18) Petrus Frayart. Cfr supra, p. 5, n. 18.
19) Iohannes le Prince. Cfr supra, p. 87, n. 8.
20) Thiebaldus. Cfr supra, p. 5, n. 20.
21) Nomen huius Abbatis notum non est.
22) Antonius Geoffrey. Cfr supra, p. 19, n. 13.
23) Iohannes Collard. Cfr supra, p. 57, n. 33.
24) Iohannes de Quenouilles. Cfr supra, p. 21, n. 47.
25) Iohannes de Quenouilles erat simul abbas Marchasii Radulphi et Ressonii.
26) P. Carré. Cfr supra, p. 7, n. 42.
27) Nicasius Rhedys. Cfr supra, p. 7, n. 44.
28) Iohannes Merlot. Cfr supra, p. 5, n. 25.
29) Petrus de Haultdecœur. Cfr supra, p. 6, n. 38.
30) Iacobus le Pelletier. Cfr supra, p. 21, n. 46.
31) Monasterium Monialium Sanctae Sophiae de Toro in dioecesi Zamorensi situm erat. Nomen praepositi non constat. De iure paternitatis in hoc monasterium sermo factus erat in Capitulo Generali anni 1507. Cfr supra, p. 92.
32) Laurentius Mulot.
33) Thomas de Malbiche.
34) P. Carré.
35) Cfr supra, n. 31.
36) Laurentius Mulot.
37) Thomas de Malbiche.
38) P. Carré.

Item, talliarum receptores erunt sancti Iohannis [39]) et Vallis Christianae [40]) monasteriorum Abbates.

Item, excusationes Praelatorum recipient de Genliaco [41]) et Carthovorensis [42]) Abbates.

Item, litteras sigillo Capituli Generalis sigillandas examinabunt et sigillabunt Patres-Abbates cum illis quos secum duxerint advocandos.

Item, auditores compotorum erunt Patres Abbates et alii Patres qui eis voluerint interesse.

Item, fiat commissio generalis dirigenda Abbati de Retorta [43]) ad visitandum usque sex annos monasteria Vitis [44]), de Charitate [45]), de Sancta Cruce [46]), Aguilarense [47]), Sancti Pelagii de Arnellis [48]), Villae medianae [49]), Villae aureae [50]), Sanctae Sophiae [51]), cum plenitudine potestatis, inserendo clausulam in dicta commissione quod dictus Abbas de Retorta [52]) et Abbas Vitis [53]) quilibet pro parte et portione monasteriorum sibi commissorum, tenebunt solvere Ordini et mittere Rothomagum infra tres annos summam LIIII scutorum

[39]) Thomas de l'Escluse.

[40]) Nomen huius Abbatis notum non est.

[41]) Iacobus le Pelletier.

[42]) Simon Aubert ?

[43]) Abbas Retortensis = Retuerta, in Hispania (in dioecesi Palentina = Palencia), erat, aa. 1490-1518, Petrus de Azeves. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 309. Iam in Capitulo Generali anni 1507, visitator Hispaniae constitutus fuerat. Cfr supra, p. 101.

[44]) Abbatia Vitis = La Vid, sita erat in dioecesi, olim Oxomensi, nunc Burgensi.

[45]) S. Maria de Charitate seu Ciudad Rodrigo, sita erat in dioecesi Salamantina (Salamanca). Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, pp. 253-257.

[46]) Sancta Crux de Monzon sita erat iuxta civitatem Palentinam = Palencia. Saeculo decimo septimo translata fuit in civitatem Vallosoletanam-Valladolid. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, pp. 301-305.

[47]) Abbatia Aquilarensis de Campoo seu S. Mariae Regalis Aquilarensis sita erat iuxta civitatem Aquilarensem, in dioecesi, olim Burgensi, nunc Aquilarensi. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, pp. 237-242.

[48]) S. Pelagius de Arenellis seu Arenillas de San Pelayo sita erat in hodierna dioecesi Palentina. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, pp. 244-246.

[49]) Abbatia Villae Medianae sita erat in dioecesi Burgensi. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 315 s.

[50]) Villa Aurea seu Villoria sita erat in dioecesi Astorgensi = Astorga. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, pp. 317-321.

[51]) Cfr supra, n. 31.

[52]) Petrus de Azeves.

[53]) Annis 1506-1510, Sancho de Aranda abbas erat Vitis. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 309.

auri pro talliis annorum retroactorum et praeter haec triginta scuta auri pro ordinaria [54]) tallia trium annorum proxime futurorum, dando eis et cuilibet eorum authoritate compellendi per censuras excommunicationis Praelatos dictae Circariae ad solvendum quilibet pro sua portione vel per visitatorem pristinum si illas receperit; quod si dictas tallias non solverint infra triennium memoratum, praesens commissio nullius roboris existat.

Item, fiat commissio dirigenda Abbati de Vite [55]) ad visitandum monasterium Sti Christophori [56]), Sancti Pelagii de Serrato [57]), Sancti Michaelis Villae maioris [58]), Sanctae Mariae de Hortis [59]), Sancti Spiritus de Abula [60]), Sanctae Mariae Buxeti [61]), Sancti Saturnini [62]), in qua quidem commissione praedicta clausula inseratur: Est etiam advertendum quod in qualibet Commissione inseratur quod quilibet eorum possit committere vices alicui Abbati discreto et Ordinis zelatori casu quo ad hoc vacare non possit.

Item, Capitulum praesens confirmat et approbat sententiam arbitrariam seu concordiam factam, authoritate Commissionis nostrae, per Abbatem de Vite [63]), et Sancti Pelagii de Arnellis [64]), sanctae

[54]) Tallia ordinaria imposita erat ad sustinendum gubernium centrale Ordinis, in omnibus quae fieri debebant ad vitam totius Ordinis in tuto ponendam.

[55]) Sancho de Aranda.

[56]) S. Christophorus seu San Cristobal de Ybeas; seu Ibeas de Juarros, in dioecesi Burgensi. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, pp. 265-268.

[57]) S. Pelagius de Cerrato, seu San Pelayo de Serrato sita erat in dioecesi Palentina. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, pp. 286-289.

[58]) S. Michael Villaemaioris seu Villamayor de Trevino sita erat in dioecesi Burgensi. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, pp. 311-314.

[59]) S. Maria de Hortis seu S. Maria de los Huertos in urbe dioecesi Segobiensi = Segovia. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, pp. 289-293.

[60]) S. Spiritus de Abula, iuxta civitatem et in dioecesi eiusdem nominis = Avila. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, pp. 246-249.

[61]) Sancta Mariae Buxeti seu Bujedo de Candepajares in dioecesi Burgensi. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, pp. 250-253.

[62]) Abbatia S. Saturnini seu Medina del Campo, in dioecesi, olim Vallisoletana, nunc Salamantina. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, pp. 275-278.

[63]) Sancho de Aranda.

[64]) Annis 1507-1510, abbas Sancti Pelagii de Arnellis erat Rodericus de Colmenares. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 246.

Crucis [65]), sancti Saturnini [66]), Sanctae Mariae Charitatis [67]), et Sancti Christophori [68]), et sancti Pelagii de Serato [69]), Villae Maioris [70]), Sancti Spiritus de Abula [71]), sicut in eorum scripto continetur, inter Abbatem de Retorta [72]) et Abbatem Aguilarensem [73]) [97] super discordia inter eos mota et diu agitata super Iure authoritatis monasterii monialium sanctae Sophiae [74]), quae Ius Paternitatis ad Abbatem de Retorta spectare sanxerunt et ordinaverunt; quam sententiam seu concordiam confirmando et approbando, Abbati praedicto Aguilarensi [75]) et suis successoribus super dicto Iure perpetuum silentium imponimus, praesentibus et consentientibus ad hoc fratre Alphonso de sancto Martino de Duo, procuratori et nuntio Abbatis Aguilarensis et fratre nuntio Abbatis de Retorta.

Item, quia contra Abbatem et Conventum de Retorta [76]), et Conventum de Vite quaestiones et processus oriri possent nec in iis partibus Superiores habent quos commode adire possent; eo quod eorum quilibet ex nostra Commissione est visitator, deputatus et commissus, ordinat Capitulum praesens quod fiat commissio Reverendo patri Episcopo Sebastiensi et Archidiacono de Soria in dioecesi Austonensi (?), eos et eorum quemlibet exhortando et deprecando quatenus si qui processus, discussiones aut discordiae inter dictos Abbates et Conventus monasteriorum Circariae Hispaniae, excepto in monaste-

65) Annis 1507-1555, abbas Sanctae Crucis erat Ludovicus Ferrer. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 304.

66) Annis 1507-1513, abbas Sancti Saturnini seu Medinae del Campo erat Antonius del Castillo. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 277.

67) Abbas S. Mariae de Charitate seu Ciudad Rodrigo, in dioecesi Salamantina, usque ad annum 1507, erat Franciscus de Aguila; annis 1507-1510, cardinalis Petrus de Rijoles erat abbas commendatarius. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 255.

68) Annis 1484-1516, abbas erat Iohannes de Arciniega. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 267.

69) Annis 1493-1531, abbas erat Petrus Almazan de Mendoza. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 288.

70) Annis 1483-1508, abbas erat Sancho de Salinas. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 313.

71) Annis 1492-1527, abbas erat Iohannes Carrasco. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 248.

72) Petrus de Azeves.

73) Annis 1461-1511, abbas erat Iohannes Duque de Colmenares. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 240.

74) Nomen praepositi notum non est. Cfr supra, n. 31.

75) Iohannes Duque de Colmenares.

76) Petrus de Azeves.

rio Sanctae Sophiae, subordiatur, Actores et Reos, si qui fuerint, conquerentes aut iustitiam requirentes, authoritate nostra audire, et eis de eorum cuilibet iustitiae complementum, ac si praesentes essemus, ministrare velint ac dignentur, prout iuris fuerit et ordo dictaverit rationis, facientes et quae per sententiam iuridicam ordinaverint, aut eorum alter, casu quo ambo ad hoc vacare non possent, per censuras ecclesiasticas et alia Iuris remedia inviolabiliter exequi et observari.

Item, Capitulum acceptat in Protectorem et defensorem Ordinis in Urbe Reverendissimum Patrem Dominum Guillelmum Cardinalem Narbonensem et Maclionensem Episcopum [77]), cum stipendiis quinquaginta ducatorum pro singulis annis.

Item, fiant litterae orationum in meliori et ampla forma pro praedicto Domino Guillielmo Cardinali Narbonensi, Ordinem nostrum recommendando. (In glossa, addit scriptor manuscripti, du Crocq : questo è buono per gli Santorelli, mà gli altri se remborsano).

Item, fiant litterae missivae dirigendae Abbatibus Circariae Brabantiae, eisdem inthimando quatenus Ordo non parum nititur super eo quod hactenus instantius ac instantissime adhortati sunt in Curia habere Protectorem, offerentes pro stipendiis ipsius Procuratoris pro viribus, et monasteriorum facultatibus contribuere una cum aliis Ordinis Patribus. Nunc autem Procuratorem constitit eum fuisse [78]) et Pontifici [79]) et Cardinali Narbonensi gratissimum et familiarem et de bona diligentia valde commendatum, nedum stipendiis non iuvant, sed eo spreto et inscio, confirmationes et extera sua negotia per alios, omnes et eos quoslibet pro sua voluntate impetrant et prosequuntur, Ordinem ut verisimiliter constare potest contemnendo ; eos et eorum quemlibet adhortantes quatenus summam octoginta librarum ultra talliam consuetam pro stipendiis Protectoris et Procuratoris sufficienter providere, et ex qua deinceps acturi erunt in Curia cum consilio [98] et consensu dictorum Protectoris et Procuratoris agere velint. Et praecipue fiat littera exemptoria de citatione facta contra fratrem Gerardum Lillo [80]) per Dominum Praemonstratensem, qui asserit

[77]) Cardinalis iste Narbonensis est Guillielmus Briçonnet, qui aa. 1507-1514, episcopus fuit Narbonensis et Macloviensis = Saint-Malo. Cfr *Gallia Christiana*, t. VI, Parisiis, 1739, col. 110 s.; M. Lecomte, *Briçonnet*, in *Dictionnaire d'Histoire et de Géographie Ecclésiastiques*, t. X, coll. 677-679.

[78]) Daniel Taypfel, canonicus S. Augustini Morinorum, in Capitulo generali anni 1507 ad hoc munus constitutus erat. Cfr supra, p. 100.

[79]) Annis 1503-1513, Iulius II erat Summus Pontifex.

[80]) De Gerardo Lillo, canonico S. Michaelis Antverpiensis, sermo iam fuerat in Capitulo generali anni 1507. Cfr supra, p. 90.

coram nobis non causa eum citari fecisse nisi causa revocationis habendae cum Religiosis Montis sancti Martini, nec aliud praetendere.

Item, quia ab anno citra, Venerabilis confrater noster Abbas de Monte Dei [81]), virtute commissionis sibi datae ad visitandum monasterium de Lucerna [82]), quosdam Religiosos monasterii de Lucerna antedicti, ad non comparitionem ad certum diem sibi assignatum, coram eo pro futuri Abbatis electione [83]) in dicto monasterio celebranda, contumaces et excommunicatos declaravit, videlicet fratres Guillelmum de Campis, Priorem claustralem dicti monasterii, Michaelem de Campis, Suppriorem, Rolandum le Moine et Michaelem Poisson, necnon Franciscum Caignon, quique se gravatos sentientes ad nos appellaverunt; instanter requirentes ipsos et quemlibet eorum ab eiusmodi censuris absolvi, saltem ad eorum cautelam relaxari; cui petitioni annuere volentes, nos Abbas Praemonstratensis [84]) eos ad cautelam absolvimus et relaxamus, usque ad futurum Capitulum, tali pacto quod alter eorum ad dictum Capitulum venire teneretur, plenariam absolutionem impetraturus. Quo adveniente et comparente coram nobis Venerabili et scientifico viro magistro Georgio Vinnet eorum Procuratore sufficienter fundato, monente et requirente ipsos et eorum quemlibet excusari et per procuratorem admitti; quo audito et rationibus absentium allegatis, eorumque Procuratorem admisimus et eosque ab huiusmodi excommunicationis sententiis per dictum Abbatem de Monte Dei latis absolvimus, saltem usque ad proximum nostrum Capitulum Generale vel adventum Visitatorum in dicto monasterio relaxari.

Item, fiat commissio missiva magistro Petro de la Val, se gerenti pro commendatario de Ardena [85]), quatenus de promissis nobis factis se absolvendo, se brevius quam poterit, disponat habitum nostrae sanctissimae Religionis assumere, ut in futurum non sit in dicto monasterio impar cultus, filiique recognoscantur per Patrem. Caeterum quod tallias Ordini debitas, ascendentes ad summam decem octo librarum de retroactis annis nobis mittere non omittat.

81) Aegidius l'Ours. Cfr supra, p. 5, n. 29.

82) Lucerna seu La Luzerne in dioecesi Constantiensi = Coutances.

83) Anno 1507, novus abbas Lucernae electus est: Franciscus Caignon. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 28. — Inter personas quae in praesenti nominantur inter contumaces et excommunicatos habetur ipse electus: Caignon.

84) Iohannes de l'Escluse.

85) Petrus de La Val commendatarius erat abbatiae Ardenae = Ardenne, in dioecesi Baiocensi = Bayeux, inde ab anno 1507. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 35.

Item, Capitulum confirmat et approbat donationem factam per D. Iohannem Abbatem S. Martini Laudunensis [86]) conventui dicti monasterii de quadam domo per eum acquisita sita in villagio de Laetitia sub conditionibus in litteris desuper confectis, contentis et per Reverendissimum Patrem D. Iohannem, Abbatem Praemonstratensem [87]) confirmatis, decretum in eisdem pariter et assensum nostrum interponentes.

Item, quia frater Iohannes de Corneville, Religiosus monasterii Rengisvallis, fuerat per Abbatem Iustimontis [88]), Visitatorem Circariae Lotharingiae, suis exigentibus demeritis ad quandam Curtem a [99] monasterio Stae Crucis prope Metas [89]) dependentem ad triennium poenitentiam peracturus, in qua quidem Curte, mandatis eius humiliter parendo, benigniter per biennium stetit; visa eius contritione et humilitate, super anno restante absolvimus, et ad proprium monasterium Rengisvallis remittimus; mandantes Abbati dicti monasterii Rengisvallis et Religiosis eiusdem quatenus eumdem recipiant et tractent sicut Religiosum decet.

Item, Capitulum confirmat et approbat concordiam seu tractatum factum inter Abbatem et Conventum monasterii Calvimontis [90]), et Venerabiles et religiosos viros Dominum Abbatem et conventum monasterii de Signiaco, Cisterciensis Ordinis [91]), super quatuor modiis siliginis et quatuor avenae, quos dicti Abbates et Conventus Calvimontis dictisque Abbati et Conventui de Signiaco annuatim solvere tenebuntur super decimas de Marante, quae nullius aut parci valoris erant; quibus deinceps et toti Iuri quod in eisdem praetendere possent, ad utilitatem dictorum de Signiaco renuntiarunt, sicut in litteris desuper confectis, latius continetur.

Item, fiat commissio specialis Abbati Floreffiensi [92]), ad citandum

[86]) Iohannes Poulaillier.

[87]) Iohannes de l'Escluse

[88]) Iohannes de Hayange.

[89]) Abbatia S. Crucis sita erat in civitate et dioecesi eiusdem nominis : Metz.

[90]) Abbatia Calvimontis = Chaumont sita erat in dioecesi Remensi = Reims. Inde ab anno 1491, Petrus Frayart erat abbas illius canoniae. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 370.

[91]) Abbatia Signiaci = Signy sita erat in dioecesi Remensi. Cfr L.H. Cottineau, *Répertoire Topo-Bibliographique des Abbayes et Prieurés*, Macon, 1959, col. 3033 : Signy-l'abbaye.

[92]) Nicolaus Sampeyn. Cfr supra, p. 19, n. 6.

Abbatem Belli Reditus [93]), et fratrem Oliverum, curatum de Soumagne [94]) et Praepositum sancti Gerlaci [95]), et se debite servandum super quodam Tractatu seu concordia dudum facta per Abbatem et Conventum praedicti monasterii Belli-Reditus et dictum Curatum de decimis villae de Soumagne antedictae, quem tractatum in detrimentum dicti monasterii non modicum fertur accedere, cum potestate eidem Abbati Floreffiensi tribuenda; quod si compererit dictum tractatum in magnum detrimentum dicti monasterii Belli-Reditus factum fuisse et non confirmationem de Capitulo nostro habuisse, illum revocet, casset et annullet, debitam portionem eidem Curato assignando; et si quae bona temporalia suis parentibus dedisse invenerit, ea ad dicti monasterii utilitatem modis possibilibus converti procuret.

Item, fiat commissio Abbati Sancti Martini Laudunensis [96]) ad se informandum de vita et regimine fratris Iohannis Roland, Religiosi monasterii Cuissiacensis, eumque puniendum iuxta factorum exigentiam demeritorum et excessuum qualitatem.

Item, Capitulum confirmat vicariatum concessum fratri Gaufrido Loste per Abbatem Cuissiacensem de Curia de Disy [97]) ad vitam secundum tenorem litterarum sibi concessorum et formam Statutorum de Curis parochialibus editam. Super supplicatione facta per Abbatem Praepositum Laurissensem [98]), requirentem quod fiat ei remissionem talliae sui monasterii usque ad viginti annos inde sequentes, consideratis damnis et expensis quas [100] Ecclesia perpessa est, Capitulum sibi remitti tallias trium annorum inde sequentium suae petitioni partim.

Item, Capitulum deputat et ordinat in Visitatorem Circariae Vadegotiae et Iveldiae Praepositum Laurissensem [99]), usque ad triennium cum plenitudine potestatis, assumpto secum aliquo nostri Ordinis Praelato aut Canonico litterato, et cum potestate substituendi, si opus

[93]) Abbas Belli Reditus = Beaurepart, in civitate et dioecesi Leodiensi, aa. 1498-1524 erat Goswinus Hemonnet. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 360.

[94]) Soumagne erat paroecia incorporata abbatiae Belli Reditus.

[95]) S. Gerlaci praepositura seu Houtem S. Gerlaci, erat monasterium monialium ad Ordinem Praemonstratensem pertinens. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, pp. 558-560. Annis 1507-1516 Oliverius van Aspe erat praepositus ibidem. Eratne simul curatus de Soumagne?

[96]) Iohannes Poulaillier.

[97]) Paroecia Le Gras-Dizy pertinebat ad paroecias incorporatas abbatiae Cuissiacensi. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 496.

[98]) Lucas. Cfr supra, p. 31, n. 96.

[99]) Id.

sit, in Commissione suae visitationis inseratur clausula specialis pro fratre Lidlin, Religiosi monasterii Steingadensis [100]), qui asserit se non posse vivere in dicto monasterio, propter vitam dissolutissimam sui Praelati, super quo se fideliter informet, et, si verum sit, provideat ei de aliquo nostri Ordinis monasterio, in quo religiose vivere queat, donec praefatum monasterium in regulari vita habituatum fuerit.

Item, Capitulum annuit litteras orationum Henrico Angliae Regi [101]), in meliori et ampliori forma, cum clausula Adiicientes. (Voyez la formule après les Actes de ce Chapitre).

Item, fiat Missiva praedicto Angliae Regi, recommendando eidem Ordinem nostrum, et consequenter Abbatem de Lengleya [102]), Visitatorem Ordinis pro Regno Angliae, ipsum adhortando quatenus de sua speciali gratia eidem Visitatori nostro benignum favorem impendere velit, ad compellendum nostri Ordinis Abbates in suo Regno et dominio consistentes ad solvendam quamdam minorem contributionem eisdem monasteriis pro communibus Ordinis oneribus praescriptam, Procuratori et Protectori Ordinis in Curia Romana impositam.

Item, fiat littera missiva Episcopo Norwicensi [103]), sibi attentius recommendando Ordinem nostrum, et praesertim Abbatem de Lengleya [104]), Visitatorem nostrum, auxilium, consilium et favorem impendere dignetur in Curia Illustrissimi Regis Anglorum [105]), ad impetrandum mandatum ipsius et beneplacitum ad colligendum aliquantulam contributionem dudum a primitiva nostri Ordinis institutione super triginta duobus monasteriis Regni Angliae pro communibus Ordinis negotiis et oneribus solvendis impositam et in aliis suis negotiis promovendis.

Item, fiant litterae orationum pro dicto Domino Norwicensi Episcopo in meliori forma.

Item, Capitulum ordinat quod frater Antonius le Habert, Religiosus monasterii Ambianensis [106]) transibit ad monasterium de Monte Dei, Baoicensis dioecesis usque ad revocationem, cuius loco frater Michael

[100]) Steingaden sita erat in dioecesi Augustana = Augsburg. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 51. Abbas ibidem tunc erat Udalricus Griespeitel.

[101]) Agitur de rege Henrico VII Angliae.

[102]) Abbas de Langley, in dioecesi Norwicensi, in Anglia australi, aa. 1503-1509, erat Wilhelmus Curlew. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 64.

[103]) Richardus Nykke, qui et ipse plurimas habuit visitationes.

[104]) Wilhelmus Curlew.

[105]) Henricus VII.

[106]) Agitur de abbatia Sti Iohannis Ambianensis = Amiens.

Religiosus tamdiu in monasterio Sti Iohannis [107]), morabitur, similiter usque ad revocationem.

Item, fiat commissio specialis Praeposito Magdeburgensi [108]) ad visitandum monasterium de Laurissa et de Capella [109]) in ducatu Hassiae, ad sex [101] annos in communi forma.

Item, Capitulum confirmat et approbat Contractum factum inter Abbatem et Conventum monasterii Sti Iohannis Ambianensis [110]) ex una, et Philippum de Pas, dominum temporalem de Marcellis et Antonium Joannel ex altera partibus, super decimis vini de Marcellis antedicti, sicut in litteris desuper confectis et praesentibus annexis latius continetur.

Item, fiat commissio Abbatibus sancti Martini Laudunensis [111]) et Cuissiacensi [112]) ad citandum vel citari faciendum fratrem Laurentium Bellye, quondam Religiosum Ordinis sancti Francisci et cogendum ad docendum de Bullis aut litteris dispensationis si quas habeat, denuntiando Religionem et intrando in Ordinem possidentem, et referendi nobis Abbati Praemonstratensi quid de eo fecerint, ut quid desuper oporteat, consulatur.

Item, fiat commissio Priori Candidae Casae [113]) ad visitandum hinc usque ad sex annos monasteria Scotiae, sicut in copia commissionis quam habet continetur, ita tamen quod de triennio ad triennio teneatur afferre, aut per securum Nuntium transmittere triginta scuta aurea pro talliis Ordinis, aut solvere summam totalem in Registris contentam; quod sub sigillo nostri generalis Capituli committimus ipsi.

Visitatores anni praesentis quingentesimi octavi:

Franciae, Floreffiae, Brabantiae, Pontivi, Dominus Praemonstratensis [114]) reservat pro se; exceptis monasteriis Franciae quas Dominus sancti Martini Laudunensis [115]) visitabit hoc anno.

[107]) Id.
[108]) H. Stott. Cfr supra, p. 93, n. 75.
[109]) Spieskappel. Cfr supra, p. 96, n. 97.
[110]) St. Iohannes Ambianensis, in civitate et dioecesi eiusdem nominis.
[111]) Iohannes Poulaillier.
[112]) Iohannes de Bachimont.
[113]) McDowell.
[114]) Iohannes de l'Escluse.
[115]) Iohannes Poulaillier.

Lotharingiae : Iusti-Montis [116]) ad biennium.

Normanniae : Dominus Praemonstratensis [117]).

Burgundiae, Alverniae et Sabaudiae....

Frisiae : Praepositus Sancti Iacobi de Langherna [118]).

Westphaliae : Knestedensis [119]) usque ad revocationem.

Sueviae et Bavariae : Aldebergensis [120]).

Hungariae : Praepositus de Saga [121]).

Bohemiae et Moraviae : Abbas Teplensis [122]).

Angliae : Abbas de Lengleya [123]) ad sex annos.

Scotiae : Prior Candidae Casae [124]), cum potestate substituendi Abbatem Viridis Stagni [125]) usque ad revocationem.

Wadegotiae et Iveldiae : Praepositus Laurissensis [126]) ad triennium.

Gasconiae : Casae Dei [127]), assumpto secum...

Austriae, Poloniae, Tusciae, Calabriae, Daciae, Norvegiae et terrae Ierosomilitanae : Procurator Ordinis [128]).

Sic signatum in originali : P. Ray, Ordinis secretarius, cum parapho. Et haec copia cum eodem originali hodie quarto decembris anni millesimi sexcentesimi primi concordat et in fide subscribo :

Frater Gregorius du Crocq, Ordinis Praemonstratensis secretarius.

[102] *Formula Concessionis Orationum cum clausula Adiicientes* [129]).

(Ex quodam originali quod Praemonstrati asservatur).

116) Iohannes de Hayange.

117) Iohannes de l'Escluse.

118) Iohannes Van Boemel.

119) Inde ab anno 1507 finiente, abbas Knechtstedensis erat Mathias de Thurre. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 177.

120) Leonardus Dürr.

121) Fr. Fegyverneky.

122) Annis 1507-1509, Petrus erat abbas Teplensis. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 317.

123) Wilhelmus Curlew.

124) McDowell.

125) Quintinus Vaus.

126) Antonius Koch. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 108.

127) Annis 1508-1528, Gulielmus Du Prat erat abbas Casae Dei. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 174.

128) Daniel Taypfel in Capitulo generali anni 1507, ad hoc munus designatus fuerat. Cfr supra, p. 100.

129) Capitulum decisionem tulerat litteras orationum dirigendas esse Henrico Regi Anglorum, cum clausula : Adiicientes. — Formula harum litterarum cum dicta clausula hic refertur.

N. permissione divina humilis Abbas Praemonstratensis et Abbatum eiusdem Ordinis Capitulum Generale nobili viro N. Salutem et orationes utinam in Christo salutares. Etsi intensae devotionis desiderium, quo Christi fideles ad supremam Ierusalem aspirare videmus, devotis et assiduis precibus adiuvemus; potissime tamen devotionis illius nos ad hoc invitare debet affectus, per quem Ordo noster eiusque personae prosperum statum consequi, et a suis queat adversitatibus relevari. Cognoscentes, Generosa progenies, ex relatione Confratris nostri Abbatis N. affectum pariter et amorem quos apud Ordinem nostrum habuistis et adhuc habetis, sperantes illos continuari et ferventius augeri, vicissitudinem quam possumus pro eisdem rependentes, plenam participationem omnium bonorum spiritualium quorumcumque quae in dies fiunt, et de caetero fient in universo Ordine nostro, tam in vita quam in morte vobis in Domino supplici concedimus charitate. Adiicientes de gratia speciali (note de G. Ducrocq : Je pense qu'aux grands personnages on obmettait ces paroles : de gratia speciali) quod cum obitus vestri dies advenerit, Generalique Capitulo nostro innotuerit, sub harum testimonio litterarum fiet pro vobis in universis dicti Ordinis nostri Ecclesiis solemne servitium in Missis, Vigiliis, Commendationibus aliisque devotis suffragiis, sicut pro uno de Confratribus nostris consuetum est fieri. In cuius rei testimonium sigillum Generalis Capituli nostri Praemonstratensis celebrati anno Domini N. mensis N. die N., praesentibus litteris iussimus apponi.

9

1509

(Ms. Laon, 538, pp. 102-109) [1]

Acta et Diffinitiones Capituli Generalis Ordinis Praemonstratensis in oppido Sancti Quintini in Viromandia celebrati anno Domini millesimo quingentesimo nono die sexta mensis Maii et diebus sequentibus.

Nomina Praelatorum comparentium in dicto Capitulo :

Dominus Praemonstratensis [2])
Sti Martini Laudunensis [3])
Floreffiensis [4])
Cuissiacensis [5])
[103] Vallis serenae [6])
Vallis secretae [7])
Furnensis [8])
Trunchinensis [9])
Lisquensis [10])
Sti Iohannis Ambianensis [11])
Sancti Andreae in Nemore [12])
de Seriaco in pratis [13])
Vallis Dei [14])
Loci Restaurati [15])
Vallis Christianae [16])
de Genliaco [17])

[1]) Praeter ms. Laon 538, in quo du Crocq Acta Capituli huius anni refert, fragmenta eiusdem Capituli Generalis etiam in aliis mss. continentur. Ita in codice asservato in Curia generalitia, Romae, fol. 35b - 36b; in ms. Nancy 994, fol. 15a; in ms. archivi Averbode, IV, 207, 108b - 109a.

[2]) Iohannes de l'Escluse. Cfr supra, p. 3, n. 3.

[3]) Iohannes Poulaillier. Cfr supra, p. 19, n. 4.

[4]) I. Sampeyn. Cfr supra, p. 19, n. 6. Sampeyn obiit die 9 iunii 1508. Cfr R. Van Waefelghem, *Liste chronologique des Abbés des Monastères Belges de l'Ordre de Prémontré*, in *Anal. Praem.*, XII, 1936, p. 114.

[5]) Iacobus de Bachimont. Cfr supra, p. 6, n. 33.

[6]) Nicolaus de Maucrois. Cfr supra, p. 68, n. 12.

[7]) Iohannes Michon. Cfr supra, p. 6, n. 36.

[8]) I. Buerse. Cfr supra, p. 32, n. 18.

[9]) Wilhelmus Huygs. Cfr supra, p. 84, n. 132.

[10]) Dom. Carnisien. Cfr supra, p. 88, n. 24.

[11]) Thomas de l'Escluse. Cfr supra, p. 4, n. 13.

[12]) Dion. Daviau. Cfr supra, p. 4, n. 16.

[13]) Ioh. Merlot. Cfr supra, p. 5, n. 25.

[14]) Gerardus. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 385.

[15]) Petrus de Haultdecoeur. Cfr supra, p. 6, n. 38.

[16]) Nomen huius abbatis notum non est.

[17]) Iacobus le Pelletier. Cfr p. 21, n. 46.

de Bellez in Anglia [18])
Bonae Spei [19])
Thenoliensis [20])
Calvi-Montis [21])
Buciliensis [22])
Septem Fontium in Therascia [23])
Sti Pauli Virdunensis [24])
Iustimontis [25])
Salinae Vallis [26])
Ianduriarum [27])
de Lucerna [28])
de Monte Dei [29])
de Bella Stella [30])
de Bellosanna [31])
Viconiensis [32])
Montis Sancti Martini [33])
Viromandensis [34])
Septem Fontium in Burgundia [35])
Bonifageti [36])
Iovillaris [37])
Grimbergensis [38])
Praepositus sancti Nicolai in Hollandia [39])

[18]) Abbatia Maldonensis, seu de Beleigh, sita erat in diocesi Londinensi. Annis 1481-1509 abbas erat Thomas Scarlet. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 40.

[19]) Nicolaus Van Mierdorp. Cfr supra, p. 4, n. 9.

[20]) Thiebaldus. Cfr supra, p. 5, n. 20.

[21]) Petrus Frayart. Cfr supra, p. 5, n. 18.

[22]) Iohannes le Prince. Cfr supra, p. 46, n. 33.

[23]) Adam Cornu. Cfr supra, p. 5, n. 22.

[24]) Iohannes Pseaume. Cfr supra, p. 76, n. 93.

[25]) Iohannes de Hayange. Cfr supra, p. 121, n. 40.

[26]) Marianus Hannemann. Cfr supra, p. 88, n. 27.

[27]) Andreas de Contrisson. Cfr supra, p. 32, n. 6.

[28]) Franciscus Caignon. Cfr supra, p. 108, n. 83.

[29]) Aegidius l'Ours. Cfr supra, p. 5, n. 29.

[30]) Thomas Chanceler. Cfr supra, p. 50, n. 53.

[31]) Iohannes Boudet. Cfr supra, p. 5, n. 27.

[32]) Iohannes Lecarlier. Cfr p. 57, n. 20.

[33]) Nomen huius Abbatis notum non est. Cfr p. 6, n. 32.

[34]) Nomen abbatis Viromandensis (Vermand, in dioecesi, olim Noviomensi, nunc Suessionensi), non constat. Anno 1510 abbas erat Thomas de l'Eglise. Cfr N. Backmund, *Monasticon Praemonstratense*, II, p. 427.

[35]) Abbatia ista, Septfontaines-en-Bassigny sita erat in dioecesi Lingonensi = Langres. Usque ad annum 1510, abbas erat Iacobus Brisson, qui a. 1510 munus suum resignavit. Cfr N. Backmund, III, p. 110.

[36]) Nicolaus Rouyer. Cfr p. 70, n. 35.

[37]) Abbatia Iovillaris = Jovilliers, sita in dioecesi, olim Tullensi, nunc Virdunensi; annis 1592-1624, abbas erat Nicolaus Barnet. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, t. III, p. 80.

[38]) Annis 1505-1538, abbas Grimbergensis, in dioecesi, olim Cameracensi, nunc Mechliniensi-Bruxellensi, erat Petrus Wayenbergh. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, t. II, p. 289.

[39]) Agitur hic de prioratu Sancti Nicolai in Deventer, in Hollandia septentrionali. Series praepositorum completa non habetur. Quisnam a. 1509 praepositus fucrit, non constat. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, t. II, p. 190.

Subscripti praestiterunt obedientiam :

Abbas Floreffiensis [40]); de Bellezo [41]); de Lucerna [42]); Iovillaris [43]); Vallis Dei [44]); Grimbergensis [45]); Praepositus sancti Nicolai in Hollandia [46]).

Imprimis ordinatum est quod Praelati omnes comparentes propter eorum paucitatem erunt diffinitores.

Item, Missas celebrari consuetas, primam Grimbergensis [47]), secundam Vallis Dei [48]), et 3am de Lucerna [49]) monasteriorum Abbates celebrabunt.

Item, talliarum receptores erunt Sti Iohannis Ambianensis [50]) et Sti Andreae [51]) Abbates.

Item, excusationes Praelatorum recipient Abbates Furnensis [52]) et de Seriaco in pratis [53]).

Item, super querimonia facta per Abbates Circariae Bavariae et Sueviae conquerentes quod in suis partibus exemplar seu transcriptum Privilegiorum non haberent, quorum vigore ab Inquisitoribus Archiepiscoporum et Episcoporum et aliorum insultibus defendi possint; consimiliter quod Statuta noviter edita [54]) nulla aut pauca haberent. Ordinat Capitulum quod omnia Privilegia Ordini concessa, nomina Abbatiarum et Filiarum earumdem imprimerentur et distribuerentur per quamlibet Circariam et alibi in Ordine ubi opus erit.

Item, fiat Commissio specialis dirigenda Domino Conrado Mareschalli [55]), Abbatis Fontis Andreae, ad visitandum omnia et singula monasteria Sabaudiae isto anno dumtaxat, et recipiendum tallias,

[40]) I. Sampeyn.
[41]) Thomas Scarlet.
[42]) Franciscus Caignon.
[43]) Nicolaus Barnet.
[44]) Gerardus.
[45]) Petrus Wayenbergh.
[46]) Nomen non constat. Cfr n. 39.
[47]) Petrus Wayenbergh.
[48]) Gerardus.
[49]) Franciscus Caignon.
[50]) Thomas de l'Escluse.
[51]) D. Daviau.
[52]) I. Buerse.
[53]) I. Merlot.
[54]) Statuta ista promulgata ac edita fuerant a. 1505.
[55]) Abbatia Fontis Andreae = Fontaine-André, in Helvetia, in dioecesi Lausannensi; annis 1502-1518, abbas erat Conradus Maréchal. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, t. I, p. 364.

in forma communi et praesertim ad visitandum monasterium Lacus-Iuriensis [56]), et inducendum Dominum Iohannem de Torrascello [57]) ad resignandum actualiter et cum effectu praefatum monasterium iuxta Lacus-Iuriense ad utilitatem Domini Aymonis Sacerdotis iuxta donationem et promissionem sibi factas prout in instrumento desuper confecto constitit, et ad id fieri, si opus sit, compellendum viis et mediis rationabilibus, eiusque Resignationem recipiendum et pensionem eidem Domino Iohanni assignandum, nec non eidem monasterio Lacus-Iuriensis de persona dicti Domini Aymonis, casu quo habitum Ordinis assumpserit, de consensu Religiosorum canonice providendum.

[104] Item, fiat missiva gratiosa dirigenda ad generosum Dominam Baronissam Huguetam Dominam de Sarrato suis litteris et articulis responsiva eamdem regratiando de bono quem habet zelo et signanter ad Monasterium Lacusiuriense [58]), cuius specialis est fundatrix et protectrix, praetactum monasterium sibi attentius commendando, et ei insinuando qualiter Capitulum commisit Abbatem Fontis-Andreae [59]) ad visitandum denuo praefatum monasterium Lacusiuriense, et recipiendum resignationem Abbatis monasterii praedicti [60]), assignando pensionem ad utilitatem Domini Aymonis sui Capellani, dummodo Ordinem nostrum profiteatur.

Consimiliter, fiat missiva Abbati monasterii Lacusiuriensis ex parte Capituli Generalis inductiva et exhortatoria, quatenus aetatem et periculum monasterii sui, in quo vitam per multos annos honeste habuit recognoscens, suum monasterium resignare velit ad utilitatem Domini Aymonis Capellani [61]) Dominae de Sarrato, sicut promisit per instrumentum desuper confectum; quod si secus egerit, praefatum monasterium periculum alienationis ab Ordine, quod Deus avertat, verisimiliter formidatur.

Item, fiat missiva particularis prohibitiva ne quovis modo molestet fratrem Alexandrum Chaster, propterea quod accessit ad Capitulum

[56]) Abbatia Lacus Iuriensis = Lac-de-Joux, sita erat in Helvetia, in dioecesi Lausannensi.

[57]) Annis 1484-1509, abbas erat Iohannes de Tornafoll. Anno 1509, resignavit. Iterum abbas fuit 1509-1511. Currente a. 1509, per breve tempus abbas fuit Aymon Jacquot, qui in decisione huius Capituli Generalis citatur. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, t. I, p. 369.

[58]) Cfr supra, n. 56.

[59]) Cfr supra, n. 55.

[60]) Agitur de monasterio Lacus-Iurensi. Cfr supra, n. 56.

[61]) Aymon Jacquot per breve tempus, currente 1509, abbas fuit Lacus-Iurensis.

Generale ad prosequendum fratrem Domini Aymonis Capellani Dominae de Sarrato.

Item, super appellatione interiecta per Fratrem Iohannem le Maire, religiosum Sancti Petri Selincurtensis, curatum de Caulières [62]), dioecesis Ambianensis, appellantem super certis gravaminibus sibi per Venerabilem fratrem nostrum Iohannem Fretel, Abbatem dicti monasterii Sti Petri [63]), ut asserit, illatis, aut verisimiliter inferendis, quia propter temporis angustiam praesens Capitulum decidere hanc materiam non potest, ordinat quod fiat deprecatoria commissio circumspectis viris et dominis Dominis et Magistris Iohanni le Clerc, in legibus Licentiato, Ecclesiae Ambianensis Cancellario et Iohanni Emery, Canonico Parisiensi ad cognoscendum de huiusmodi appellatione ad nos interiecta vocatis vocandis et auditis partibus Iustitiae complementum authoritate nostra ministrandum, compellendum partes per censuras Ecclesiasticas et alias Ordinis poenas ad parendum sententiae et decretis per nos in hac parte ferendis.

Item, Capitulum annuit quod quilibet Praelatus Ordinis nostri in suo regressu faciat celebrari et solemniter decantari Missam in Conventu de Sancto Spiritu, ad intentionem et pro foelici successu Domini Reverendissimi Guillelmi Cardinalis Narbonensis, Protectoris nostri in Urbe specialis [64]).

Item, super supplicatione facta per Abbatem et Conventum Monasterii Domni-Martini [65]), requirentis quod in eorum Ecclesia possint facere et decantare Officium Praesentationis Beatae Mariae Virginis, sicut [105] in festis Triplicibus fieri consuevit. Quam quidem petitionem dicti Abbatis et Conventus in honorem gloriosae Virginis Patronae nostri Ordinis annuimus omnibusque monasteriis Ordinis idem festum celebrare volentibus et proprium officium habentibus.

Item, quia constitit nobis de morte Domini Adriani de Poitiers, Praepositi in Ecclesiis Insupelensi et Sanctae Waldeburgis Furnensis, cui Ordinis nostri orationum litteras concesseramus, nunc maxime cum Beatis excipiat portionem, annuimus in Ordine fieri pro eo, sicut in litteris concessum continetur, pariformiter pro sorore ipsius.

[62]) Caulières erat paroecia incorporata abbatiae Selincurtensi. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 546.

[63]) Monasterium istud est monasterium S. Petri Selincurtensis.

[64]) Huic Cardinali in Capitulo Generali anni 1508, speciales litterae, Ordinem recommendandae, missae fuerant. Cfr supra, p. 107. — Copia huius decreti asservatur in archivo abbatiae Parcensis, VII, 47, fol. 26 r°.

[65]) Abbas Domni Martini erat Balduinus de Hersin. Cfr supra, p. 18, n. 110.

Item super gravi querimonia fratrum Sebastiani..., Iohannis Sertyer, Leonardi Perhigensis, Religiosorum monasterii Windbergensis, conquerentium de authoritate Praelati sui [66]), cum quo, ut asserunt, in pace suae conscientiae vivere nequeunt, nec Domino famulari, ordinat Capitulum quod fiat commissio specialis dirigenda Abbati Adelbergensi, Visitatori Circariae Sueviae [67]), ut provideat eis et eorum cuilibet de aliquo monasterio vel beneficio Ordinis, in quo Domino servire valeant in dicta Circaria usque ad sex annos sequentes.

Item, super requesta facta per Praelatos Circariae Westphaliae, requirentes ut fraternae compassionis intuitu, Capitulum vellet et dignaretur dare et assignare tallias praedictas Circariae per certos annos pro sublevamine damnorum quae monasterium Knestedense [68]) sustulit exceptione et spoliatione venerabilis confratris nostri Abbatis monasterii Knestedensis [69]), visitatoris praedictae Circariae, ordinat Capitulum quod fiant alterae missivae gratiosae praedicto Abbati Knestedensi [70]) pro tribus annis in sequentibus; et constituit illum modernum Abbatem Visitatorem dictae Circariae usque ad triennium [71]); et inseratur clausula in Commissione; et edicit, quod frater Laurentius Prior Sanctae Catharinae [72]) substituat ad reformationem monasterii Monialium de Capell et Willingwesen [73]), et super appellatione interiecta per fratrem Albertum Abbatem de Solber [74]), Cir-

[66]) Abbas Windbergensis, annis 1496-1511, erat Paulus. Cfr supra, p. 77, n. 95.

[67]) Leonardus Dürr. Cfr p. 77, n. 96.

[68]) Knechtsteden situm erat in dioecesi Coloniensi.

[69]) Matthias de Thurre. Cfr p. 113, n. 119.

[70]) Matthias de Thurre.

[71]) Abbas Knechtstedensis hic proclamatur visitator Circariae Westphaliae; in fine Actorum huius Capituli, ubi habetur series visitatorum in Capitulo designatorum, de eo sermo non fit.

[72]) Agi hic videtur de priore monasterii Monialium in Heiligerlee (Mons Sinai), siti in hodierna dioecesi Groningana. Nomina praepositorum non plene constant. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 198.

[73]) Cum varia monasteria Ordinis olim Germania nomen « Cappel » designarentur, difficile est dictu de quonam monasterio monialium in specie hic agatur. Cum abbati Knechtstedensi, circariae Westphaliae, hic qua visitator designatus fuerit, agi omnino videtur de monasterio ad hanc Circariam pertinente; porro in hac Circaria dabatur monasterium monalium : Kappel et Keppel. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, t. I, pp. 171-173. — Willingwesen = Schillingskapellen (?). Cfr N. Backmund, *ibid.*, p. 192.

[74]) Agitur de abbatia Solby, in dioecesi Lincolnensi = Lincoln, in Anglia. Abbas ibidem erat, annis 1506-1522, Robertus Goodall. Ita N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 74. Gr. du Crocq, qui saepe nomina personarum et locorum inaccurate tradit, habet hic : Albertus.

cariae Angliae, Lingionensis dioecesis, super certis gravaminibus sibi, ut asserit, per Willelmum Courlet Abbatem de Lengleya [75]) illatis. Capitulum deputat Abbatem Furnensem [76]), et de Seriaco in pratis [77]), ad videndum gravamina et referendum in Capitulo.

Item, Capitulum annuit litteras orationum pro benefactoribus Capellae, ad intercessionem honesti viri Iohannis de Sancto Martino.

Item, super discordia suborta inter fratrem Willelmum Courlet [78]), nuper Abbatem monasterii de Lengleya; qui fuit anno praeterito per nos in Visitatorem Circariarum Angliae commissus, quod ea relatione viginti quinque Abbatum nostri Ordinis in dicta Circaria degentium evidenter constitit dictum Abbatem fore et esse ad executionem [106] dictae nostrae commissionis minus idoneum, multis criminibus gravatum, infamatum, et apud nos, ut fertur, convictum; Capitulum revocavit et revocat dictam commissionem et authoritatem sibi concessas; inhibendo eidem ne amodo ad illam exequendam se intromittat. Praeter quaelibet huiusmodi crimina et excessus, fuit privatus sua dignitate abbatiali monasterii de Lengleya per Abbatem de Welbeck [79]), tunc visitatorem et loco eius frater Iohannes Maxia [80]) in dicto monasterio suffectus, et exinde per dictum Willelmum [81]) violenter expulsus; super quibus ab utraque parte fuit ad audientiam nostram appellatum quia propter materiae arduitatem ac difficultatem impraesentiarum singula definire non valemus : Capitulum ordinat fieri commissionem Abbatibus, videlicet Thomae de Lestorna [82]) et Eliae de Crestone [83]), et Iohanni Abbati de Winlingia [84]), doecesis

[75]) Abbas Langleiensis (Langley), sita in dioecesi Norfolkensi = Norfolk, erat, annis 1503-1509, Wilhelmus Curlew. (In praesenti ms. : Courlet.) Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 64. A Backmund, l.c., anno 1509 depositus dicitur.

[76]) Ioh. Buerse. Cfr supra, p. 20, p. 14.

[77]) Ioh. Merlot. Cfr supra, p. 5, n. 25.

[78]) Cfr supra, n. 75. Hic abbas iste dicitur « nuper abbatem ».

[79]) Cfr supra, n. 75. Abbas in Welbeck (in dioecesi Eboracensi = York) erat, annis 1503-1517) Thomas Wilkinson. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 84.

[80]) Abbas iste, apud N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 64, dicitur Iohannes Maxey. Et abbas monasterii de Lengley mansit usque ad annum 1516.

[81]) Willelmus iste est abbas Curlew, depositus. Cfr supra, n. 75.

[82]) Agitur hic de abbatia in Leystone, in dioecesi Norwicensi sita. Annis 1504-1511, abbas ibidem erat Thomas Waite. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, t. II, p. 66.

[83]) Agitur hic de abbatia Croxton, in dioecesi Lincolniensi. Abbas, annis 1491-1534, erat Elias Attercliff. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 50.

[84]) Agitur de abbatia de Wendling, in dioecesi Norfolckensi. Inde ab a. 1509, abbas huius monasterii erat Iohannes York. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 84.

Norwicensis; ad recolendum denuo processum depositionis factum per Abbatem de Welbeck antedictum [85]), et casu quo invenerit praefatum Dominum Willelmum fore et esse depositione dignum; depositionem et amotionem sic factam authoritate nostra ratificent et approbent, providendo tamen eidem de pensione competente iuxta monasterii facultates; ne in dedecus abbatialis dignitatis mendicare cogatur, nec non et provisionem seu electionem praedicti fratris Iohannis Maxe, si tamen vitae laudabilis et honestae conversationis fuerit, pari authoritate compellendo. Inhibemus etiam Visitatori moderno [86]) ne visitet monasterium de Lengleya donec et quousque de praesenti materia fuerit ordinatum.

Item, Capitulum ordinat quod fiat commissio Iohanni Abbati sanctae Mariae in Lidlum [87]) et Iohanni Praeposito sancti Nicolai in Alandia [88]) pro tribus annis ad visitandum et reformandum actualiter omnia et singula monasteria et personas utriusque sexus nostri Ordinis in Circaria Frisiae constitutas, cum plenitudine potestatis.

Item, Capitulum ordinat quod frater Iohannes Hutin, religiosus monasterii Tenoliensis [89]), moretur in monasterio Salinae-Vallis [90]), usque ad revocationem nostram.

Item, habito respectu ad paupertatem monasterii Leffiensis [91]), quia non solverat tallias sui monasterii per triginta annos vel circiter, Capitulum dimisit dimidiam partem, et pro residua solutione praedictarum talliarum, solvet annuatim Ordini usque ad decem annos sex libras, incipiendo anno quingentesimo decimo; quibus elapsis, solvet quatuor libras sicut hactenus.

Item, Capitulum audita querimonia Venerabilis fratris Iohannis, Praepositi Monialium sancti Nicolai in Allandia [92]), asserenti se non habere canonicos aut capellanos ad serviendum suae Ecclesiae; ordinat Capitulum et praecipit Abbati monasterii Monialium [107] antiqui-

[85]) Cfr supra, n. 79.

[86]) Visitator iste est Thom. Wilkinson.

[87]) Abbatia de Lidlum in Neerlandia superiori, in dioecesi Ultraiectensi. Abbas, aa. 1505-1518, erat Iohannes Duveland. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 210.

[88]) Aland situm erat in loco, qui pertinet nunc ad dioecesim Monasteriensem. Praepositus, annis 1504-1519, erat Iohannes van Kleef. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 178.

[89]) Thiebaldus. Cfr supra, p. 3, n. 20.

[90]) Marianus Hannemann. Cfr supra, p. 88, n. 27.

[91]) Aegidius d'Awagne. Cfr p. 21, n. 52.

[92]) Iohannes Van Kleef. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 178.

Claustri in Merna [93]), Patri-Abbati monasterii Sancti Nicolai ut provideat ei de Canonicis, qui eidem et ecclesiae servire possunt; eidem inthimando quod si secus fecerit, exnunc Capitulum attribuit Paternitatem dicti monasterii Abbati Floridi-Horti [94]), qui de Religiosis et aliis quae ad Patrem-Abbatem spectant providebit, praecipiendo dicto Abbati Floridi-Horti paternitatem praetacti monasterii acceptet.

Item, super requesta facta per Abbatem Circariae Lotharingiae, requirentes quod amodo absolvantur de comparendo ad Capitulum Generale, asserentes, si hoc obtinuerint, annuatim solvere Ordini ultra tallias consuetas summam viginti librarum Turonensium.

Capitulum eorum petitionibus vult et consentit quod solvendo annuatim praedictas viginti libras una cum talliis consuetis, ut praefertur, et quod annis singulis duo Praelati tenebuntur personaliter comparere in Capitulo, omni excusatione cessante; caeteri omnes de comparendo in dicto Capitulo excusentur, et quod non nisi semel in triennio visitentur.

Item, super requesta facta per fratrem Matthaeum Malvell, Canonicum Joyenvallensem [95]), ut possit promoveri ad gradus solitos sacrae Theologiae in Academia Parisiensi, Capitulum hoc annuit, si tamen consensum Praelati ad hoc intervenerit.

Item, super attentis rebellatione et apostasia fratris Thomae Monnoy, Religiosi Calvi-Montis [96]), atque etiam quod bis celebravit aut celebrare finxit, prout coram Abbate et Religiosis dicti monasterii confessus est, Capitulum praesens ipsum damnat in carceribus Ordinis, vel in proprio monasterio detenturus, ac poenitentiam peracturus, ita tamen quod singulis ebdomadis in quarta et sexta feriis pane et aqua dumtaxat reficiatur.

Item, fiant litteras orationum pro nobilibus personis Michaele Nanarra, Margareta de Housseau eius conthorali Iohanne, de la Motte, Iohanne de Housseau eius uxore ac liberis, eorumdem, in forma communi, ad requestam fratris nostri Iohannis Abbatis Buciliensis [97]).

[93]) Agitur de monasterio Oldenkloster in Merna, seu Marna, sito in dioecesi, olim Monasteriensi, nunc Groningana. Annis 1497-1519, abbas erat Iacobus van Kleef. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 217.

[94]) Floridus Hortus = Bloemhof, seu Wittewierum, in dioecesi, olim Monasteriensi, nunc Groningana; abbas huius anni notus non est. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 234, dicit a. 1501, novum abbatem (nomen eius ignoratur) fuisse electum.

[95]) Abbatia Gaudii Vallis = Joyenval, sita erat in dioecesi, olim Carnutensi = Chartres, nunc Versaliensi = Versailles.

[96]) Abbatia Calvi-Montis = Chaumont, sita erat in dioecesi Remensi.

[97]) Iohannes le Prince. Cfr supra, p. 46, n. 33.

Item, Capitulum annuit litteras orationum omnibus et singulis benefactoribus Capellae sanctae Margarethae de Chassonne-Membry a monasterio Bellae-Vallis [98]) dependentis, ad requestam fratris Bertrandi Lorrani, magistri dictae Capellae.

Item, fiat commissio specialis Abbati Grimbergensi [99]), ad compellendum omnes et singulos Religiosos sui monasterii ad se reformandum iuxta et secundum tenorem Statutorum noviter editorum [100]), et hoc sub poenis et censuris in eis contentis.

Item, ordinat Capitulum quod fiat commissio in debita forma ad compellendum Praepositum in Veduyderhusen [101]) ad providendum Praeposito monasterii in Olinkhusen [102]) de Canonicis et Capellanis competenter, et exercendum ea quae ad officium Patris-Abbatis [108] spectant, alioquin cedat Paternitati dictae Praepositurae [103]), et committatur Abbati Knestedensi, Visitatori illius Circariae.

Item, Capitulum confirmat litteras datas per Abbatem et Conventum monasterii de Ressonio [104]) honorabili viro Domino de Vaulx, praefecto domus, Domini de la Contense pro se custode certam summam pecuniae datam per ipsum Dominum praefatis Abbati et Religiosis.

Item, visa appellatione interiecta per Dominum Robertum, Abbatem monasterii de Balale [105]), super eo quod fuerat ab anno citra contumax et excommunicatus declaratus, per Dominum Willelmum Abbatem in Lengleya [106]); quia nobis non constitit de causis contumaciae; neque aliquis contumaciam eius accusans comparuerit, idcirco in his scriptis absolvimus et per Abbatem de Welbeck [107]) modernum Visitatorem absolutum declarari mandamus.

[98]) Abbatia Bellae Vallis = Belval-en-Argonne, sita erat in dioecesi Remensi.

[99]) Petrus Wayenbergh. Cfr supra, n. 38.

[100]) Agitur de Statutis promulgatis anno 1505.

[101]) Agitur de monasterio in Wedinghausen, in dioecesi, olim Coloniensi, nunc Paderbornensi, a quo dependebat Oelinghausen. Annis 1495-1511, praepositus ibidem erat Iohannes Messen. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 151.

[102]) Oelinghausen situm erat non ita longe a Wedinghausen, et in eadem dioecesi. Oelinghausen dependebat a Wedinghausen. Quaestio hic ponitur utrum non melius committatur abbati Knechtstedensi, Matthiae de Thurre?

[103]) Praepositura ista est Oelinghausen.

[104]) Ressonium = Ressons situm erat in dioecesi, nunc Rothomagensi, nunc Belvacensi = Beauvais. Annis 1499-1519, abbas erat Iohannes de Quenouilles. Cfr supra, p. 25, n. 29.

[105]) Agitur hic de abbatia Barlingensi, in Anglia mediana; cuius abbas inde ab anno 1509, erat Robertus Barton. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 35.

[106]) Abbas iste, Wilhelmus Curlew, depositus est a. 1509. Cfr supra, n. 75.

[107]) Thomas Wilkinson. Cfr supra, n. 79.

Item, praesens Capitulum emittit fratrem Anthonium Habart, canonicum Sti Iohannis Ambianensis [108]) ad monasterium de Stella, Carentensis dioecesis [109]), ibidem usque ad revocationem proprii Praelati moraturum.

Item, Capitulum ordinat fieri litteras missivas Episcopo Norwicensi [110]), Domino Willelmo nuper Abbati de Lengleya [111]) et aliis nobilibus qui scripserunt Capitulo Generali excusatorias quod non potuerint suis gratiosis litteris obtemperare sicut libentissime fecissent, eo quod pars adversa validiora et ampliora testimonia produxit in medium, quae dictus Guillielmus nollet; qua de re alios Commissarios ad recolendum processum ordinavit.

Item, Capitulum confirmat et approbat Conventionem seu Contractum initum inter Abbatem et Conventum Montis sancti Martini [112]) et Gautherum Perthenel, colonum de devio de curta de Guyssycourt (?) data ad firmam pro nonaginta novem annis sicut in litteris desuper confectis latius continetur.

Item, super infamia respersa adversus et contra fratrem Reginaldum Menart, Religiosum monasterii Clarifontis [113]), Curatum de Stables super homicidio perpetrato in personam Iohannis Guyot, praedicto Reginaldo praesente, et, ut, fertur, cooperante, qua occasione irregularitatem incurrisse nonnulli asserunt, et ob hoc a dicta parochiali cura merito privari debere. Ordinat Capitulum et committit Dominos Iohannem Sancti Martini Laudunensis [114]) et Iacobum Cuissiacensem [115]) Abbates et quemlibet eorum in solidum ad visitandum informationes iam factas aut novas informationes ampliores, si opus sit, faciendas, et illas videndas, examinandas et diffiniendum in dicta causa et ad depositionem procedendum et alias usque ad diffinitivam sententiam inclusive, prout Iuris fuerit et ordo dictabit rationis.

Item, fiat commissio Abbati Domni-Martini ad compellendum

108) Abbatia ista sita est in civitate et dioecesi eiusdem nominis.

109) Stella = l'Etoile sita erat in dioecesi, olim Carnutensi = Chartres, nunc Blesensi = Blois. In praesenti ms. loco Carnutensis, scribitur : Carentensis.

110) Dioecesis Norwicensis = Norwick catholica non amplius existit.

111) Wilhelmus Curlew. Cfr supra, n. 75.

112) I. de l'Escluse; inde ab a. 1497 abbas Praemonstrati.

113) Abbatia Clari Fontis sita erat in hodierna dioecesi Suessionensi.

114) Iohannes Poulaillier. Cfr supra, p. 3, n. 14.

115) Iacobus de Bachimont. Cfr supra, p. 6, n. 4.

fratrem Carolum de Recourt, nuper Abbatem de Lisques [116]), ad solvendum fratri Iohanni Varlet, Religioso dicti monasterii Domni Martini certam summam pecuniae quam [109] ad eo sub eius chirographo dudum accepit, eumdem sub poenis et censuris requirendum.

Item, et quia frequenter contingunt in Ordine aliqua nova emergentia quae usque ad Capitulum Generale non possunt exspectari; idcirco pro iis emergentibus Capitulum ordinat et deputat Dominum Praemonstratensem [117]), Dominos Sti Martini Laudunensis [118]), et Cuissiacensem [119]), quibus Capitulum dat authoritatem decernendi et ordinandi, ac si Capitulum Generale sederet.

Visitatores anni praesentis quingentesimi noni.

Franciae, Flandriae, Brabantiae, Dominus Praemonstratensis [120]) reservat pro se.

Floreffiae, Sti Martini [121]) cum potestate substituendi.

Pontivi una cum monasterio Sti Augustini et Lisquensis : Cuissiacensis [122]), assumpto secum...

Lotharingiae : Iustimontis [123]).

Normanniae : de Lucerna [124]), assumpto secum aliquo Abbate aut Canonico litterato.

Burgundiae, Alverniae, Sabaudiae : Fontis Sti Andreae [125]), ad triennium.

Frisiae : Sanctae Mariae in Lidlum [126]) et Praepositus Sti Nicolai in Allandia [127]).

Sueviae et Bavariae : Aldebergensis [128]).

Hungariae : Praepositus de Saag [129]).

116) Carolus de Récourt abbas fuerat usque ad a. 1505.

117) Iohannes de l'Escluse.

118) Iohannes Poulaillier.

119) Iacobus de Bachimont.

120) Iohannes de l'Escluse.

121) Iohannes Poulaillier.

122) Iacobus de Bachimont.

123) Iohannes de Hayange.

124) Franciscus Caignon.

125) Fons St. Andreae = Fontaine-André, in Helvetia, in dioecesi Lausannensi; inde ab a. 1502-1518, usque ad a. 1518, Conradus Maréchal abbas erat. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 364.

126) Iohannes Duveland. Cfr supra, n. 87.

127) Iohannes Van Kleef. Cfr supra, n. 88.

128) Leonardus Dürr. Cfr supra, p. 77, n. 96.

129) Franciscus Fegyverneky. Cfr supra, p. 91, n. 59.

Bohemiae et Moraviae : Abbas Teplensis [130]).

Angliae : Abbas de Welbelx [131]) ad triennium.

Scotiae : Prior Candidae Casae [132]), cum potestate substituendi Abbatem Viridis Stagni [133]), usque ad revocationem.

Vadegotiae et Iveldiae : Praepositus Laurissensis [134]) ad triennium.

Gasconiae : Casae Dei [135]).

Hispaniae : Abbates de Retorta [136]) et Vitis Sanctae Mariae [137]), et utrique in solidum.

Austriae, Poloniae, Tusciae, Calabriae, Daciae, Norvegiae et terrae Ierosolimitanae : Procurator Ordinis [138]).

Sic signatum : f. I. Ray, Ordinis secretarius, cum parapho.

Et ego infrascriptus ad Posteros antiquitatis amatores hanc Capituli Generalis anni praedicti 1509 copiam originalibus Actis, quae hoc die quinto decembris anni millesimi sexcentesimi sexagesimi primi penes me in nostra Praemonstrati et totius Ordinis Secretaria habeo, concordem transfero et in fidem transscribo.

Frater Gregorius du Crocq [139]), Revmi et Ordinis Secretarius.

130) Petrus. Cfr supra, p. 113, n. 122.
131) Thomas Wilkinson. Cfr n. 79.
132) Henricus McDowell. Cfr supra, p. 59, n. 66.
133) Georgius De Vannes. Cfr supra, p. 70, n. 39.
134) Antonius Koch. Cfr supra, p. 113, n. 126.
135) Gulielmus Du Prat. Cfr supra, p. 113, n. 127.
136) Petrus de Azeves. Cfr supra, p. 92, n. 70.
137) Sancho de Aranda. Cfr. supra, p. 92, n. 71.
138) Daniel Taypfel. Cfr supra, p. 75, n. 87.
139) Cfr de Gregorio du Crocq, p. 13, n. 89.

10

1510

(Ms. Laon, 538, pp. 110-119) [1]

Acta et Diffinitiones Capituli Generalis Praemonstratensis Ordinis in oppido Sancti Quintini in Viromandia celebrati anno Domini millesimo quinquagesimo decimo, die vicesima nona mensis Aprilis et sequentibus.

Nomina Praelatorum comparentium :

Dominus Praemonstratensis [2])
Sancti Martini Laudunensis [3])
Cuissiacensis [4])
Branensis [5])
Vallis-Secretae [6])
Vallisserenae [7])
Vallis Christianae [8])
Cartovorensis [9])
Loci-Restaurati [10])
Camerae Fontis [11])
de Marchasio Radulphi [12])
Sancti Iohannis Ambianensis [13])
Sancti Petri Selincurtensis [14])
de Seriaco in Pratis [15])
Sancti Andreae in Nemore [16])
Sancti Augustini Morinensis [17])

[1]) Huius Capituli Generalis decisiones nonnullae in variis manuscriptis antiquis inveniuntur. Cum autem hae omnes in ms. Laon 538 habeantur, textus huius manuscripti Acta Capituli completa referre videntur.

[2]) Iohannes de l'Escluse. Cfr supra, p. 3, n. 3.

[3]) Iohannes Poulaillier. Cfr supra, p. 19, n. 4.

[4]) Iacobus de Bachimont. Cfr supra, p. 6, n. 33.

[5]) Nomen huius Abbatis notum non est.

[6]) Iohannes Michon. Cfr supra, p. 6, n. 36.

[7]) Nicolaus de Maucrois. Cfr supra, p. 68, n. 12.

[8]) Nomen huius Abbatis notum non est.

[9]) Nomen huius Abbatis notum non est.

[10]) Petrus de Haultdecoeur. Cfr supra, p. 6, n. 38.

[11]) Gullielmus Alis. Cfr supra, p. 69, n. 16.

[12]) Iohannes de Quenouilles. Cfr supra, p. 12, n. 85.

[13]) Thomas de l'Escluse. Cfr supra, p. 4, n. 13.

[14]) Iohannes Fretel. Cfr supra, p. 5, n. 17.

[15]) Ioh. Merlot. Cfr supra, p. 5, n. 25.

[16]) D. Daviau. Cfr supra, p. 4, n. 16.

[17]) Nicasius Rhedys. Cfr supra, p. 7, n. 44.

de Belbuc in Anglia [18])
de Lestona [19])
de Lengleya [20])
Viconiensis [21])
de Genliaco [22])
Iusti-Montis [23])
Mirae-Vallis [24])
Rengisvallis [25])
Buciliensis [26])
Tenoliensis [27])
Clari-Fontis [28])
de Stella [29])
Calvi-Montis [30])
Vallis-Dei [31])
Bonae-Spei [32])
Sancti Iusti Belvacensis [33])
Insulae Dei [34])
de Longo Vado [35])
Gaudii Vallis [36])

Subscripti praestiterunt obedientiam :

Gaudii Vallis; Vallis Christianae; de Lestona; Rengis Vallis.

Imprimis ordinatum est quod omnes Praelati, salvis tamen privilegiis Ordinis [37]) hoc anno erunt diffinitores.

Item, Missas celebrari consuetas, primam Belbugensis [38]), 2am de

[18]) Agitur de abbatia in Welbeck; abbas tunc erat Thomas Wilkinson. Cfr supra, p. 121, n. 79.

[19]) Thomas Waite. Cfr supra, p. 121, n. 82.

[20]) Iohannes Maxey. Cfr supra, p. 121, n. 80.

[21]) Iohannes Lecarlier. Cfr supra, p. 57, n. 20.

[22]) Iacobus le Pelletier. Cfr supra, p. 21, n. 46.

[23]) Iohannes de Hayange. Cfr supra, p. 21, n. 40.

[24]) Stephanus Bazelaire. Cfr p. 4, n. 11.

[25]) Desiderius de Jouy. Cfr p. 21, n. 44.

[26]) Inde ab anno 1510, abbas erat Iohannes Clement. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 98.

[27]) Thiebaldus. Cfr p. 5, n. 20.

[28]) Annis 1502-1512, abbas Clari Fontis = Claire Fontaine (in hodierna dioecesi Suessionensi) erat Antonius Geoffrey. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 372.

[29]) Iohannes de Montesson. Cfr p. 7, n. 43.

[30]) Petrus Frayart. Cfr supra, p. 5, n. 18.

[31]) Gerardus. Cfr supra, p. 115, n. 14.

[32]) Nicolaus Van Mierdorp. Cfr supra, p. 4, n. 9.

[33]) Antonius de Nampont. Cfr supra, p. 53, n. 68.

[34]) Petrus de Savary. Cfr p. 88, n. 26.

[35]) Antonius Charlier. Cfr p. 7, n. 45.

[36]) Annis 1509-1515, Robertus de l'Epée abbas erat Gaudii Vallis. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 536.

[37]) Stricte non singuli Praelati, Capitulo assistentes, diffinitores erant; sed tantum ii, qui in singulis Capitulis ad hoc munus designabantur.

[38]) Thomas Wilkinson. Cfr n. 18.

Lestona [39]), et tertiam Vallis Christianae [40]) noviter Abbates celebrabunt.

Item, talliarum receptores erunt sancti Iohannis Ambianensis [41]), et sancti Andreae [42]) Abbates.

Item, compotorum Auditores erunt Patres-Abbates et alii Ordinis Abbates volentes interesse.

Item, excusationes Praelatorum recipient Abbates de Seriaco in pratis [43]), et Camerae Fontis [44]).

Item, quia frater Bartholomaeus monasterii Windbergensis, qui authoritate Capituli Generalis moram traxit per duos annos et ultra in monasterio Lutrensi [45]), religiose et honeste vivendo, sicut Praepositus, Prior, et religiosi dicti monasterii nobis scripserunt; eapropter ipsum fratrem Bartholomaeum una cum litteris testimonialibus ad proprium monasterium duximus remittendum, prout et remittimus, iniungendo Abbati suo quatenus eumdem recipiant, tractetque iuxta et secundum tenorem Statutorum super reformatione noviter editorum; quod si praedictus Abbas suus viderit eum non posse in dicto monasterio in pacifica conscientia vivere, provideat ei de alio nostri Ordinis monasterio, in quo Domino Deo in vitae sanctitate servire valeat.

Item, super supplicatione facta per Praepositum Ecclesiae Beatae Mariae Magdeburgensis [46]), et Praepositos Circariae Saxoniae, attenta [111] paucitate monasteriorum, discrimine viarum, bellis continuis, ac distantia maxima annuit Capitulum quod amodo Praelati dictae Circariae non teneantur visitare Capitulum Generale Ordinis usque ad sex annos; in quo ad ipsum nostrum Generale Capitulum vice Praelatorum praedictae Circariae obedientiam praestare; et afferre tallias et contributiones pro communibus Ordinis oneribus supportandis. Insuper damus authoritatem praedicto Praeposito congregandi singulis annis Praelatos ipsius Circariae ad certum locum et diem per ipsum determinanda, et ibidem tractandi, diffiniendi et ordinandi ea quae ad salu-

[39]) Thomas Waite. Cfr n. 19.

[40]) Nomen ignotum est.

[41]) Thomas de l'Escluse. Cfr supra, n. 13.

[42]) D. Daviau. Cfr supra, n. 16.

[43]) Ioh. Merlot. Cfr supra, n. 15.

[44]) Guillielmus Alis. Cfr supra, n. 11.

[45]) Lutra = Kaiserslautern, in hodierna dioecesi Spirensi = Speyer. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 103-104.

[46]) H. Stott. Cfr supra, p. 93, n. 75.

tem et utilitatem monasteriorum et personarum ipsius Circariae opportuna et necessaria fuerint, de communi tamen Praelatorum consilio et assensu; necnon absolvendi omnes et singulos Religiosos dictae Circariae ab apostasia, excommunicationis sententia et irregularitate, si quam, quod absit, contraxerint, in casibus nobis permissis, et cum eis, si opus sit, misericorditer dispensandi, poenitentiam salutarem et sicut decet iniungendi. Et fiant litterae patentes in forma commissionis, in quibus inseratur clausula praedicta, cum additione in fine ipsius, praesentibus usque ad sexennium in suo robore dumtaxat. Inseratur etiam in praefata Commissione quod visitet singulis annis vel quando fuerit opus, monasterium Iveldense [47]).

Item, fiant litterae orationum pro nobili viro ac Domino D. Iohanne de Goyencourt et de Romtrescluse, milite, et Helenae conthorali eius, ad requestam confratris nostri Abbatis Sanctae Andreae [48]).

Consimiliter fiant litterae orationum pro Benefactoribus Confraterniae Sancti Claudii in ecclesia Sancti Iuliani de Lauduno institutae ad instantiam domini Abbatis Sancti Martini Laudunensis [49]).

Item, quia Abbas monasterii de Bello Portu [50]), dioecesis Briocensis, in praesenti Capitulo non comparuit, nec se excusavit per se vel per nuntium, praesens Capitulum declaravit et declarat ipsum contumacem, et talem fore esse declarandum, et praeterea fore et esse citandum coram Patribus Abbatibus apud Laudunum ad certam competentiam et diem per executorem Citationis nostrae praefigendam, visurum se declarari incurrisse poenas contentas in privilegiis et statutis de non comparentibus ad Capitulum Generale infligendas, et alias contra eum processurum prout iuris et rationis fuerit.

Item, fiat Procuratorium speciale dirigendum fratri Danieli Taypfel, Procuratori Ordinis [51]) in Urbe, ad compellendum Praelatos Circariae Moraviae, Bohemiae, Hungariae, Daciae, Norvegiae, necnon Abbatem monasterii Belli-Portus in Britannia, Briocensis diocesis [52]), ad solvendum tallia et contributiones Ordini debitas et illas recipiendum et quitantiam dandam.

Item, fiat commissio specialis Abbati de Bellosanna [53]), ad se infor-

[47]) Ilfeld situm erat in hodierna dioecesi Hildesheimiensi.
[48]) D. Daviau. Cfr supra, n. 16.
[49]) Ioh. Poulaillier. Cfr supra, n. 3.
[50]) Ioh. Le Bigot. Cfr supra, p. 37, n. 59.
[51]) D. Taipfel. Cfr supra, p. 75, n. 87.
[52]) Ioh. Le Bigot.
[53]) Ioh. Boudet. Cfr supra, p. 5, n. 27.

mandum super vita dissoluta et inhonesta fratris Petri Baron[112], Religiosi monasterii de Insula Dei commorantis in Prioratu sancti Iuliani iuxta Medentum [54]), qui, ut fertur, quamdam concubinam in domo sua publice manutenet, ex qua quatuor aut quinque proles fertur genuisse. Quod si ita esse compererit, eumdem privet et ad monasterium proprium revocet, ipsumque puniot iuxta suorum exigentiam demeritorum, praecipiendo Abbati de Insula Dei [55]), quatenus alium Religiosum loco eius in dicto Prioratu instituat.

Item, super requesta facta per Praepositos Circariae Saxoniae, requirentis quod cogant subditos ad ieiunandum in pane et aqua in profestis Beatae Mariae Virginis et in omni sexta feria in tempore Quadragesimae [56]), et observandum silentium continuum in omni loco et tempore, ordinat Capitulum quod fiant litterae missivae Praeposito sanctae Mariae Magdeburgensis [57]), et aliis dictae Circariae Praepositis exhortativae ne onus grave insolitum, numquam in Ordine nostro aut aliis maioribus Ordinibus visum vel auditum impositum, ne fiat in Ordine difformitas, sintque contenti observare Statuta noviter edita [58]), et per Summum Pontificem modificata, nihilque addendo vel detrahendo.

Item, audita supplicatione facta per Abbatem et Conventum monasterii Sancti Augustini Morinensis [59]), quod quandiu habuerint et perceperint redditus sibi datos et assignatos per domicellam Iohannam relictam Iacobi Rebis ex una parte, Magistrum Thomam de la Weperita Canonicum Morinensem, et fratrem Iohannem Monnart, Religiosum dicti monasterii ex altera, possint amodo perpetuis temporibus pro salute animae parentum suorum, aut ad eorum intentionem, singulis secundis feriis Missam pro defunctis, facta prius processione in circuitu Claustri, decantando Responsoria Defunctorum, subsecutis versiculis et Collecta ad hoc consuetis; de quibus bis mense, alta voce, cum Diacono ac Subdiacono, statim post primam Missam, et alias in voce submissa dicuntur; valeant item feria tertia eadem hora Missam de Sanctissima Matre gloriosa Virgine retro altare magnum, feria quarta

54) S. Julien de Mantes pertinebat ad paroecias incorporatas monasterio Insulae Dei (Isledieu). Cfr N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 43.

55) Petrus de Savary. Cfr supra, p. 89, n. 47.

56) Ieiunium quidem ordinarium pro variis diebus anni in Statutis praescribebantur non vero ieiunium adeo strictum ac hic a Praepositis Circariae Saxoniae rogatur.

57) H. Stott. Cfr supra, n. 46.

58) Statuta noviter edita fuerant a. 1505.

59) Iacobus le Pelletier. Cfr supra, n. 22.

Missam undecim millium Virginum, submissa voce et feria quinta, Missam de Sanctissimo Sacramento, praemissis tamen in singulis diebus, psalmo de Profundis cum Collectis, Inclina. Fidelium.

Item, audita querimonia Religiosorum monasterii de Corneolo, Bisuntinensis dioecesis, graviter conquerentium de malo regimine Abbatis dicti monasterii [60]) et dilapidatione bonorum. Ordinat Capitulum quod commissio specialis Abbati Fontis-Andreae [61]) dirigatur, ad visitandum praefatum monasterium de Corneolo, et se attente et diligenter informandum super huiusmodi querimonia contra Abbatem super dilapidatione et inutili regimine, assumpto secum aliquo nostri Ordinis litterato Canonico et apostolico notario. Quod si per informationem per eum factam, ipsum culpabilem invenerit, citet eumdum Abbatem personaliter compariturum apud Laudunum ad certam diem coram Patribus Abbatibus [62]), auditurum quid per eos erit ordinandum [113] et alia processurum prout Iuris fuerit, et ordo dictabit rationis; informationes per eum factas, et sigillo suo clausas, per fidelem nuntium committendo ut iis partibus ministrent iustitiae complementum.

Item, audita querimonia Abbatis Ninivensis [63]), super eo quod Curati sui monasterii ipsum in causam traxerunt coram Officiali Cameracensi, ordinat Capitulum, quod fiat Missiva praedicto Abbati exhortativa et praeceptiva quod committat Procuratorem ad declinandum forum dicti Officialis; quod si ipse Iudex et Officialis recusaverit, appellet ad Conservatorem privilegiorum Ordinis in Lovanio.

In causa appellationis querelae vel prosecutionis processus facti contra et adversus fratrem Guillelmum Cullen, gerentem pro Abbate de Lengleya [64]), Capitulum admisit per Guillelmum Morgan, procuratorem praedicti fratris Guillelmi, solum ad defendendum causam praefati Guillelmi.

De die ultima mensis Aprilis, anno quo supra [65]).

[60]) Everardus Van den Pardeke abbas erat in Ninove aa. 1499-1510. Cfr supra, p. 46, n. 32. Currente anno 1510, ei successit Iohannes Clerx, qui resignavit a. 1525. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 317.

[61]) C. Maréchal. Cfr supra, p. 117, n. 55.

[62]) Patres Abbates, de quibus hic fit sermo, sunt Abbates Praemonstratensis, S. Martini Laudunensis et Cuissiacensis, qui tunc non raro constituebant quasi tribunal ad quaestiones nonnullas difficiles solvendas.

[63]) Everardus Van den Pardeke. Cfr supra, n. 60.

[64]) De hoc Abbate iam in Capitulis praecedentibus actum est. In Capitulo Generali a 1509 depositus erat. Cfr supra, p. 121, n. 81.

[65]) Annus 1510.

In causa inter fratrem Guillelmum Curlan [66]), se gerentem pro Abbate monastere Lengleya ex una, et fratrem Maxey [67]), Religiosum dicti monasterii de Lengleya, de dicto monasterio, se dicentem provisum ex altera, partibus; necnon Thomam Abbatem de Belbuk [68]), Visitatorem Ordinis in Circaria Angliae et Procuratorem omnium Praelatorum nostri praefati Ordinis in dicta Circaria Angliae sufficienter fundatum pro eo, et quantum eorum cuilibet intererat et interesse poterat, coram nobis agitata et pendente dictae partes coram nobis in Sessione nostra iuducialiter comparentes, multas hinc inde rationes allegantes, et facta tam verbaliter quam in scriptis deduxerunt. Quibus finitis, praedictae partes, videlicet dictus Maxey, nomine quo supra, produxit diversa instrumenta formam processus continentia, et alia instrumenta de quibus se iuvare intendebat. Et dictus Curlen [69]), excipiendo contra dictum Maxey et suas productiones, multa instrumenta, attestationes et litteras ex adverso produxit. Qua productione hinc inde per partes facta et recepta, dictae partes productione testium et aliorum quorumque instrumentorum, actorum et munimentorum renuntiaverunt, concludendo in causa ad ius sibi dicendum super omnibus deductis et productis per easdem partes, petierunt et requisierunt. Quibus partibus ad dicendum Ius diem mensis Maii proxime venturam assignavimus.

Item, Capitulum remittit fratrem Michaelem de Alverina, Religiosum monasterii de Monte Dei [70]), qui per certum tempus in monasterio Sancti Iohannis Ambianensis ad praefatum monasterium Montis Dei moraturum, praecipiendo Abbati dicti loci, quatenus eundem fratrem Michaelem tamquam bemeritum et honestae conversationis commendatum recipiat, eidem providendo sicut aliis sui monasterii Religiosis.

Item, audito per relationem Venerabilis Confratris nostri Abbatis [114] Calvi Montis, super eo quod frater Thomas Monnoy, anno proxime lapso, fuerat suis exigentibus demeritis per triennium ad carceres damnatus, quam poenitentiam benigniter et patienter sustulit. Quapropter visa eius contritione, ad requestam dicti Abbatis a carceribus ipsum liberat et absolvit; tali pacto quod si in tali casu recidi invenerit, iterum ad carceres retrudatur.

66) Curlew se dicebat adhuc abbatem in Lengleya.

67) Maxey erat successor abbatis depositi in Lengleya. Cfr supra, p. 121, n. 80.

68) Thomas Scarlet. Cfr supra, n. 18.

69) Cfr n. 66.

70) De hoc fr. Michaele sermo iam fuerat in Capitulo Generali a. 1509. Cfr supra, p. 123.

Item, Capitulum cognita paupertate et desolatione monasterii Grandis-Campi [71]), remittit omnes tallias, quas debet Ordini de retroactis et usque ad praesens Capitulum.

Item, fiat Commissio Abbatibus Vallissecretae et Vallis-Christianae [72]), et cuilibet in solidum, ad informandum de vita et moribus fratris Petri Masuier, Religiosi de Cartovoro, nuper Curati de Chéry [73]), et referendum Patribus Abbatibus apud Laudunum, et eum citandum ad certam diem per eum nominandam, auditurum quid desuper erit ordinandum.

Item, fiant litterae orationum pro generosa Domina Catharina N. de Moyencourt, ad intercessionem Abbatis Cuissiacensis [74]).

Item, audito quod frater Clodius Rerifroy, Religiosus monasterii de Seriaco in pratis [75]), fecit se promoveri in Curia Romana ante aetatem ad sacros Diaconatus et Presbiteratus Ordines, Capitulum suspendit eum ab executione eorumdem Ordinum, hinc usque ad septennium.

Item, quia frater Martinus Naumiroy, Religiosus monasterii Viromandensis [76]), fuerat suis exigentibus demeritis ad monasterium Calvimontis [77]) emissus, attenta eius contritione, Capitulum revocat ipsum ad proprium monasterium, tali pacto quod si recidi invenerit, ad pristinam poenam reducatur.

Item, quia frater Iohannes du Crocq, Religiosus monasterii Sancti Iohannis Ambianensis [78]), convictus est notorie commississe adulterium cum quadam muliere, Gignon nomine, uxorata; quod etiam est seditiosus, perturbator Communitatis et murmurator, detractor; ordinat Capitulum quod recipiet disciplinam corporalem coram Patribus Abbatibus, et quod sustinebit poenam gravioris culpae per viginti dies in proprio monasterio ad voluntatem proprii Praelati mitiganda, inhibendo eidem sub poena in Statutis contenta ne cum dicta muliere de coetero communicet; atque etiam ne cum saecularibus personis sine licentia fabuletur.

[71]) Abbatia Grandis Campi = Grandchamp, sita erat in dioecesi, olim Carnutensi = Chartres, nunc Versaliensi = Versailles. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, pp. 552-554.

[72]) Nicolaus de Maucrois; Benedictus de Corbie (?).

[73]) Chéry erat paroecia incorporata abbatiae Carthovorensi. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 493.

[74]) Iacobus de Bachimont.

[75]) Abbas huius Abbatiae praesens erat huic Capitulo. Cfr supra, n. 15.

[76]) Abbatia ista sita erat in dioecesi, olim Noviomensi = Noyon, nunc Suessionensi.

[77]) Calvus Mons = Chaumont : in dioecesi Remensi.

[78]) Abbatia S. Iohannis Ambianensis sita erat in civitate et dioecesi eiusdem nominis = Amiens.

Item, quia confrater noster Thomas de Lestona [79]), ob non comparitionem in Capitulo provinciali Angliae fuerat excommunicatus per Abbatem de Welbek [80]), commissarium et visitatorem Angliae, per nos commissum, ex iussu et ordinatione Capituli fuit in praesentia nostra per Abbatem praefatum.

Item, visa informatione facta contra Iohannem Desmoutières, Religiosum monasterii de Seriaco in pratis [81]), qui, ut constitit per dictam informationem fregit ostia cuiusdam uxoratae mulieris et bene famatae, ipsam verberavit, et eam vi opprimere nixus est [115], pluries apostatavit et est omnino incorrigibilis; qua de re, matura deliberatione super eum habita, Capitulum ipsum damnavit et condemnat ad carceres per triennium in monasterio proprio, vel alibi in carceribus Ordinis, expensis monasterii, praecipiendo Abbati de Seriaco [82]), quatenus hanc nostram sententiam debitae executioni demandet, invocato ad hoc, si opus sit, brachii saecularis auxilio. Et nihilominus privat eumdum voce, stallo et obedientia nominata, donec et quousque absolutionis beneficium mereatur obtinere.

Item, audita querimonia gravi super excessibus, delictis et infamia respersa in et adversus Bertrandum de Gugny [83]), qui, ut nobis conconstitit per informationem desuper factam, est omnino deditus illecebris, deciorum et alearum lator, prodigus, inhonestus, divini nominis blasphemator, et alias multipliciter infamatus. Quapropter Capitulum condemnavit et condemnat eumdem de Gugny, per dies quadraginta in carceribus in domo Praemonstratensi puniendum; qua paenitentia peracta revertatur ad monasterium Gaudii Vallis, de quo est religiosus, et praecipiatur Abbati [84]) dicti monasterii Gaudii Vallis, quatenus ipsum recipiat et provideat sibi sicut uni Religiosiorum suorum Domino Deo serviendo et ei obedientiam praestando, sicut decet. Inhibendo etiam fratri Bertrando quatenus ne amplius Parisiis moram trahat; ipsum privat voce, stallo, et obedientia nimiminata per quatuor annos.

Item, praedictus Bertrandus [85]), super eo quod in Capitulo Generali

[79]) Agitur de abbate Thoma Waite, abbate in Leyston. Cfr supra, p. 121, n. 82.

[80]) Abbas iste de Welbek est Thomas Wilkinson. Cfr supra, p. 121, n. 79.

[81]) Abbas huius Abbatiae praesens erat huic Capitulo. Cfr supra, n. 15.

[82]) Ioh. Merlot. Cfr supra, p. 5, n. 25.

[83]) De eodem iam sermo fuerat in Capitulis praecedentibus : cfr pp. 23.35.55 : canonice electus fuerat abbas Gaudii Vallis; possessionem tamen non obtinuit.

[84]) Robertus de l'Epée. Cfr supra, n. 36.

[85]) Bertrandus de Gugny.

anno quingentesimo fuerat ordinatum [86]), quod, attento Iure, quod praetendebat in abbatiali dignitate Gaudii Vallis, erat religiosus monasterii Gaudii Vallis, appellaverat, quam appellationem non esse prosequutus, sed in praesenti Capitulo eidem appellationi renuntiavit et renuntiat.

Item, Capitulum confirmat, ratificat, et approbat Tractatum seu concordiam factam per Abbatem et Conventum monasterii Vallis Christianae [87]), cum generoso viro Comite Montis-sanctae-Mariae super certis redditibus, quos a certis annis citra emerant sub districtu de dominio praefati Vicecomitis; videlicet, quod in recompensationem Laicorum essent, provenire possent; idem Abbas [88]) et Conventus praefato Vice-Comiti solvere tenebuntur amodo futuris perpetuisque temporibus in reservatione Abbatis dicti monasterii decem scuta aurea sicut in litteris eorumdem latius est expressum.

Item, ordinat Capitulum quid fiat commissio Abbatibus de Seriaco in pratis et Sancti Petri Selincurtensis et utrique in solidum ad visitandum Circariam Pontivi [89]), tam in capite quam in membris, in forma communi, et in eadem commissione inseratur clausula quod etiam diligenter visitet Collegium nostrum Parisiense [90]), et de vita Prioris et Scholarium inquirant et referant Capitulo Generali quod fuerit referendum; et nihilominus inquirant quid de Allocatione Camerarum Scholarium, aula et aliorum praedictus Prior receperit; compellatque nihilominus omnes [116] seculares ad exeundum de Collegio, neque faeminas ad hauriendam aquam in dicto Collegio admittantur, et hoc sub certis poenis eidem Priori et Scholaribus per eos infligendis.

[86]) Bertrandus de Gugny quidem praesens erat Capitulo Generali anni 1500 : cfr J. B. Valvekens, *Acta et Decreta Capitulorum Generalium Ordinis Praemonstratensis*, t. I. Averbodii, 1966-1968, p. 200; de licentia autem ipsi a Capitulo concessa instituendi processum, de quo nunc sermo fit, nihil in Actibus habetur. — Ex Capitulis posterioribus patet Capitulum Generale licentiam dictam abbati electo de Gugny concessisse. Ita in Cap. Gen. anni 1504 : cfr p. 29; in Capitulo Gen. anni 1505 : cfr supra, p. 35; in Cap. Gen. anni 1507 : cfr supra, p. 55.

[87]) Nomen huius Abbatis notum non est.

[88]) Id.

[89]) Circaria Pontivi, seu de Ponthieu, nomen sumpsit a nomine comitatus de Ponthieu, quamvis limites huius comitatus valde excederet. Partes potius occidentales-septemtrionales Galliae hodiernae consociabat.

[90]) Status Collegii Parisiensis bonus non erat. Vita vere religiosa, et scientifica, inde a iam pluribus annis, destitutum erat Collegium. Cfr P. E. Valvekens, *Le Collège des Prémontrés à Paris* in *Anal. Praem.*, XVI, 1940, pp. 5-41.

Item, fiat commissio ad monendum fratrem Claudium de Bessey, se gerentem pro Abbate monasterii in Iardo et nunc possessorem ad solvendum Nobis et Ordini nostro, infra quindecim dies post monitionem nostram sibi factam, summam sexaginta librarum Turonensium, quam debet pro talliis et contributionibus Ordinis pro annis quingentesimo septimo, octavo, nono, et quingentesimo decimo, et easdem dandum et deliberandum in manibus magistri Iohannis Ray, secretarii Ordinis et Canonici Sancti Quintini in Viromandia, cui authoritatem et facultatem concedimus, dictam summulam recipiendo et de receptis quitantiam dandi, cogendi ipsum per censuram ecclesiasticam ad solvendum praedictam summam sicut decet.

Item, quia frequenter contigit quod eximia facultate procedendi ad depositionem Abbatum, scandala quam plura Ordini eveniant et monasteriis gravia damna, et praesertim in Circaria Angliae, quae a nobis ex distantia, vix raro visitatur; ordinat Capitulum quod si ad querimoniam Religiosorum vel aliorum virorum fuerit ad depositionem Abbatis procedendum, Visitatores tam moderni quam futuri processum eumdem iuxta iuris et Statutorum formam citato Abbate et minuto faciant, testium depositiones per eos factum, sub sigillo fideliter clausum, ad nostrum generale Capitulum vel ad Patres Abbates apud Praemonstratum remittant, citantes partes ad audiendum quid desuper erit per nos ordinandum et sentiendum.

Item, super supplicatione facta per Venerabilem nostrum Urielem, Praepositum Turoch [91]), legatum ex parte Praepositorum et Praelatorum Circariae Hungariae, annuendo eius petitioni Regis Hungariae; Capitulum remittit eisdem Praepositis omnes tallias, seu contributiones cessas et debitas usque ad praesens Capitulum inclusive; et praeterea excusat eosdem Praelatos de comparendo ad Capitulum hoc usque ad sex annos.

Item, ordinat Capitulum quod fiat missiva ad Regem Hungariae [92]), in bona forma, eidem inthimando quod suae Maiestatis intuitu remittit omnes et singulas contributiones omnibus Praepositis et Praelatis nostri Ordinis in suo Regno Hungariae constitutis, de quibus in Romana Curia prosequebantur; et insuper usque ad quattuor annos proxime venturos indemnes relinquit; qua de re hortatur suam Maiestatem ut intuitu Virginis Mariae in cuius honore noster Ordo fundatus

[91]) Turoch seu Turocz, in hodierna Tchecho-Slovakia. Annis 1506-1550, praepositus erat : Uriel Maythenyi. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, I, pp. 464-465.

[92]) Annis 1490-1516, Ladislaus Jagello rex erat Hungariae.

est, monasteria ab ipso Ordine alienata, una cum bonis et redditibus restitui iubeat, et ipsum Ordinem et personas eiusdem dignetur suscipere commendatos, atque Domino Patriarchae Constantinopolitano tutelam et protectionem ipsius Ordinis admittere.

[117] Consimiliter fiant litterae eidem Revmo Domino [93]), et Patriarchae Constantinopolitano, quod suae Paternitatis intuitu pro Praelatis Ordinis nostri in Hungaria constitutis optata sunt admissa, videlicet sint liberi et immunes a contributionibus, de quibus in Curia Romana molestabantur, et insuper usque ad quattuor annos insequentes ab huiusmodi contributionibus absolvantur. Qua de re, supplicat humiliter quatenus Ordinis nostri tutelam et protectionem nostram suscipere dignetur, ita ut Visitator per ipsos electus ad visitandum, corrigendum, et reformandum praefatum Ordinem et personas eius ab eo foveatur et defendatur, sibique auxilium et favorem praesentare dignetur.

Item, fiat missiva generalis omnibus Praelatis dictae Circariae [94]), eisdem inthimando quod Capitulum absolvit eos a solutione talliarum pro praeteritis temporibus, de quibus in Curia molestabantur et usque ad quattuor annos inde sequentes; et quod Capitulum tribuit eis authoritatem eligendi aliquem Praelatum ad visitandum, corrigendum et taxandum contributiones pro communi Ordinis defensione super quolibet monasterio, secundum facultates eorumdem secundum dictamen suarum conscientiarum.

Item, fiat commissio specialis et in bona forma dirigenda universis et singulis Praepositis praedictae Circariae, dando eisdem authoritatem eligendi aliquem Praelatum Ordinis ex ipsis, quemcumque voluerint; cui quidem Praelato sic per ipsos electo damus authoritatem et facultatem visitandi quamdiu vixerit omnia et singula monasteria praedictae Circariae et personas utriusque sexus (cum consilio tamen et voluntate aliorum Dominorum Praelatorum per eos ad id electorum) corrigendum et reformandum cum plenitudine potestatis; necnon assignandum tallias et contributiones super quodlibet monasterium dictae Circariae iuxta conscientias suas pro defensione et subsidio Ordinis; necnon corrigendi Praepositos sub poenis et censuris, quibus decet, ad solvendum expensas factas huc veniendo per Praepositos de Turoch [95]), et de Saach [96]), quas fecerunt pro legatione ei attributa

[93]) Iohannes de Hayange. Cfr supra, p. 21, n. 40.

[93]) Agitur de rege Hungariae, Ladislao Jagellon.

[94]) Agitur de Circaria Hungariae.

[95]) Turoch, seu Turocz. Cfr supra, n. 91.

[96]) Saag, in hodierna Tchecho-Slovakia. Annis 1506-1634, Franciscus Fegyverneky.

veniendo ad Capitulum Generale, dando eis authoritatem ponendi Sorores Ordinis nostri ubi eis visum opus fuerit.

Item, Capitulum Generale annuendo petitioni Abbatis de Lestona [97]), excusat de non comparendo ad Capitulum provinciale in Anglia hinc usque ad sex annos, ita tamen quod mittat Procuratorem loco sui, qui contributionibus Ordinis et expensis Capituli Provincialis satisfaciant; quo tempore durante, poterit [118] pater Abbas quandocumque opus fuerit, secundum Statuta Ordinis authoritate paterna visitare.

Die penultima mensis Aprilis comparente coram nobis iudicialiter Guillelmo Crassowine, Procuratore Generali Abbatum in Circaria Angliae sufficienter fundato, et fratre Iohanne Max [98]), se gerente pro Abbate de Lengleya partibus ex altera, et fratre Guillelmo Curlen [99]), se gerente pro Abbate dicti monasterii de Lengleya ex altera; dictus frater Guillelmus cum suo consilio dicit se non velle prosequi suas appellationes, si quas fecerit, sed solummodo intendebat sententias contra se latas per viam exceptionis annullare.

Die sequenti in causa inter fratrem Guillelmum praedictum ex una, et fratrem Iohannem ex altera Religiosum dicti monasterii de Lengleya et Guillelmum Crisowine, Procuratorem omnium Praelatorum nostri praefati Ordinis in dicta Circaria Angliae sufficienter, ut dictum est, pro eo et quantum eorum quemlibet intererat aut interesse poterat, coram nobis agitata et pendente; dictae partes coram nobis in Sessione nostra iudicialiter comparentes, multas hinc inde rationes, allegationes et facta tam verbaliter quam in scriptis deduxerunt; quibus finitis, praedictae partes, videlicet dictus Max [100]) cum dicto Procuratore Generali, nomine quo supra [101]), produxit diversa instrumenta formam processus continentia et alia plura de quibus se iuvare intendebat, et dictus Curlen [102]), excipiendo contra dictum Max [103]) et Procuratorem praedictum et suas productiones, multa instrumenta, attestationes, et litteras ex adverso produxit; quae productiones hinc inde per partes factae et per nos receptae, dictae partes productioni testium

praepositus erat. Cfr N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 459; K. Juhasz, *Das Prämonstratenserstift in Szeged* in *Anal. Praem.*, XXXVIII, 1962, p. 276.

97) Thomas Waite. Cfr supra, p. 121, n. 82.

98) Iohanne Maxey. Cfr supra, p. 121, n. 80.

99) Curlew erat abbas depositus. Cfr supra, p. 121, n. 75.

100) Iohannes Maxey.

101) Thomas Wilkinson, abbas in Welbeck. Cfr supra, n. 18.

102) Abbas Curlew, depositus.

103) Iohannes Maxey, successor Curlew.

et aliorum quorumcumque Instrumentorum, Actorum et Munimentorum renuntiaverunt, concludendo in causa, et ad ius sibi dandum super omnibus deductis et productis, per easdem partes petierunt et requisierunt. Quibus partibus ad audiendum ius diem quartam mensis Maii proxime venturum assignavimus.

Qua die adveniente, postquam nonnullos Iurisperitos ad concilium nostrum evocatos, in suis opinionibus diversos et minime concordes invenimus. Nos in tanta perplexitate positi et ancipites, sententiam diffinitivam proferre distulimus, sed pro maiori processus indagine, alios Iurisperitos decrevimus consulendos. Quapropter matura inter nos habita deliberatione, ordinavimus et ordinamus quod Revmus Pater Dominus Praemonstratensis [104]), Dominus Sancti Martini Laudunensis [105]), Dominus Cuissiacensis [106]), Abbates, authoritate Capituli Generalis faciant per alios Iurisperitos quos voluerint iterato processus et opiniones Assessorum per nos evocatorum, expensis tamen utriusque partium [119] impraesentiarum dandis, visitare; et ex nunc Capitulum assignat partibus diem secundum mensis Septembris proxime venturum in monasterio Sancti Martini Laudunensis ad dicendum sententiam, si quam praefati Patres Abbates, habito Iurisperitorum consilio, vocatis aliquibus nostri Ordinis discretis Abbatibus ac aliis Iurisperitis, qui authoritate praedicta sententiam diffinitivam pronuntient; inhibendo pariter sub poenis et censuris Ordinis et perditione iuris praetensi, ne pendente processu, nihil in praeiudicum litis innovetur.

Percenellus Morgan nomine procuratorio ipsius fratris Guillelmi, petiit sibi dari omnia et singula acta et alia exhibita per partes in praesenti causa ab omni parte, saltem illorum copiam.

Consimiliter, idem petiit Gullielmus Criswaine, procurator Abbatum Circariae Angliae, cum protestatione de appellando a gravamine, Capitulum annuit petitioni dictorum Procuratorum.

Visitatores anni praesentis quingentesimi decimi.

Franciae, Flandriae, Brabantiae, Floreffiae, Pontivi : Dominus Praemonstratensis [107]) reservat pro se.

[104]) Ioh. de l'Escluse.

[105]) Ioh. Poulaillier.

[106]) Iac. de Bachimont. Hi tres Abbates constituunt quasi tribunal supremum in Capitulo.

[107]) Ioh. de l'Escluse. Cfr supra, p. 3, n. 3.

Lotharingiae : Iusti Montis [108]) et Mirae Vallis [109]).

Normanniae : Lucernae [110]).

Burgundiae, Alverniae, Sabaudiae : Fontis Sancti Andreae [111]).

Frisiae : Sanctae Mariae in Lidlum [112]) et Sti Nicolai in Alandia [113]).

Sueviae et Bavariae : Aldenbergensis [114]).

Hungariae : ad electionem Praelatorum Circariae [115]).

Bohemiae et Moraviae : Abbas Teplensis [116]).

Angliae : Abbas de Welbek [117]) ad triennium.

Gasconiae : Casae Dei [118]).

Scotiae : Prior Candidae Casae [119]), cum potestate substituendi Abbatem Viridis Stagni [120]).

Vadegotiae et Iveldiae : Praepositus Laurissensis [121]) ad triennium.

Hispaniae : de Retorta [122]) et Sanctae Mariae Vitis [123]) et utrique in solidum.

Austriae, Poloniae, Tusciae, Calabriae, Daciae, Norvegiae et terrae Ierosolimitanae : Procurator Ordinis [124]).

Sic signatum : Ray, Secretarius Ordinis.

Et ego, etiam dicti Praemonstratensis Ordinis Secretarius, Praemonstrati existens et in custodia mea habens originalia Capituloru.n Generalium, hanc Capituli Generalis dicti anni 1510 copiam ipsis originalibus in pergameno (sicut et praecedentia) scriptis concordes ad Posteros (qui Patrum nostrorum gesta scire voluerint) transmitto et in fidem propriam manu subscribo, die 7 Decembris 1661.

Fr. Gregorius du Crocq [125]), dictus Secretarius.

[108]) Ioh. de Hayange. Cfr supra, p. 21, n. 40.
[109]) Stephanus Bazelaire. Cfr supra, 4, n. 11.
[110]) Franciscus Caignon. Cfr supra, p. 108, n. 83.
[111]) Conradus Maréchal.
[112]) Iohannes Duveland. Cfr supra, p. 122, n. 87.
[113]) Iohannes Van Kleef. Cfr supra, p. 122, n 88.
[114]) Leonardus Dürr. Cfr supra, p. 77, n. 96.
[115]) Hoc in praesenti Capitulo Circariae Hungariae explicite concessum fuit. Cfr p. 138.
[116]) Petrus. Cfr supra, p. 113, n. 122.
[117]) Thomas Wilkinson. Cfr supra, p. 121, n. 79.
[118]) Guillielmus Du Prat. Cfr supra, p. 113, n. 127.
[119]) Henricus McDowell. Cfr supra, p. 59, n. 66.
[120]) Georgius De Vannes. Cfr supra, p. 70, p. 39.
[121]) Antonius Koch. Cfr supra, p. 113, n. 126.
[122]) Petrus de Azeves. Cfr supra, p. 92, n. 70.
[123]) Sancho de Aranda. Cfr supra, p. 92, n. 71.
[124]) Daniel Taypfel. Cfr supra, p. 75, n. 87.
[125]) Cfr de Gregorio du Crocq, p. 13, n. 89.

PRAEFATIO AD ACTA CAPITULORUM GENERALIUM
Annorum 1511-1522

Acta Capitulorum Generalium annorum 1511-1522, quae hic proxime sequuntur, edentur, non iuxta textum contentum in ms. Laon, 538, sed iuxta textum, qui continetur in vetusto codice chartaceo originali, qui refert Acta Capitulorum generalium illorum annorum. Asservatur iste codex in archivo abbatiae Strahoviensis, hodie in archivo centrali Status, Pragae, sub signatura : Č inv. Strahov, 20. Codex iste, demortuo abbate Praemonstratensi, J. B. l'Ecuy, anno 1834 [1]), in abbatia Strahoviensi depositus fuit, cum quibusdam aliis rebus, provenientibus ab illo abbate generali Ordinis Praemonstratensis.

Codex dictus manuscriptus, continet in suo statu hodierno 107 folia, 28,7 × 21 cm., quorum 11 folia ultima, nempe fol. 97-107, vacua remanserunt. Compactus fuit codex noster, uti videtur, finiente saeculo decimo octavo, in compacturam chartaceam coloris fusci, in dorso coreaceo; in quo dorso legitur haec inscriptio deaurata : *Capitula Generalia Ord. Praemons.*, in parte interiori primi involucri, et quidem in angulo sinistro superiori adglutinatum est sic dictum « ex-libris » abbatis l'Ecuy. Praeter indicationem numeratam foliorum, factam nostro tempore ope graphii, litteris arabicis 1-107, possidet codex noster insuper foliationem veteriorem indicatam litteris romanis scriptam, nempe a folio LXVI usque ad fol. VI (XX) II, (incluso folio LXVIII bis erronee signato), hoc est ab anno 1511 ad annum 1518. Ab anno 1519 usque ad annum 1522 sequitur altera indicatio foliorum veterior, nunc iam scripta litteris arabicis, inde a folio 122 qui numerus est dupliciter erronee scriptus, quia praecedit folium eundem numerum portans, hoc est fol. VI (XX) II, usque ad fol. 159. Sequuntur deinde illa iam superius nominata 11 folia vacua et numquam ullo modo numeris signata.

In fol. 96v foliationis novae (= fol. 159v foliationis veteris) legimus adscriptam notam, uti videtur, saeculi XVII : « Ce registre contient cent cinquante neuf feuillets tant de parchemin que papier. f. Gerard, m.p. ». Quae nota indicat, istam annotationem conscriptam fuisse eo

[1]) J.B. l'Ecuy fuit abbas Praemonstratensis et abbas generalis Ordinis, annis 1780-1790. Mortuus est anno 1834. Cfr B. Ravary, *Prémontré dans la tourmente révolutionnaire. J.-B. l'Ecuy, dernier abbé général des Prémontrés en France (1740-1834)*. Paris, 1955.

tempore, quo cum parte chartacea, quam adhuc possidemus, alia pars nunc deperdita, pergamenea, simul compacta erat. Quia hodiernum fol. 1r habet, secundum veterem foliationem. numerum folii LXVI, deduci potest ex eo, quondam hic 65 folia pergamenea praecesisse. Tempore autem, quo codex noster compactus fuit, seu, uti videtur. finiente saeculo decimo octavo, vel forsan iam ante istam novam compacturam, separata fuit prima pars pergamenea manuscripti, quae verisimiliter etiam suam propriam compacturam accepit.

Secundum annotationem fr. Gerardi supra relatam in lingua gallica, et secundum alteram annotationem, factam a Gregorio du Crocq, scriba ms. Laon 538 [2]), anno 1661 ambae partes, pergamenea et chartacea, adhuc unicum codicem efformabant. Comparando extensionem copiarum ms. Laon 538 annorum 1498-1510 et, in specie, considerando annotationem Gregorii du Crocq in fine copiarum actorum singulorum Capitulorum post annum 1498, comperimus Gregorium du Crocq exscripsisse suas copias ex illo hodie deperdito codice pergameneo et propterea folia I-LXV illius codicis tantum acta annorum 1498-1510 retulisse. Incipiendo Acta, a. 1511, exscribit du Crocq iam de codice chartaceao, id est de codice hodie adhuc asservato [3]).

In annotatione sua, in fine copiae Actorum Capituli generalis anni 1522 [4]), du Crocq sermonem habet de codice pergameneo, videlicet de codice chartaceo simul cum primo pergameneo, et asserit omnes anteriores codices in bellis cum haereticis periisse. Probandum esset, utrum ante annum 1498 tales codices revera extiterint, aut demum anno 1498 in usum introducti fuerint.

In capitulo generali anni 1513, in notarium Ordinis assumptus fuerat magister Gerardus Jardel, qui ab hoc anno (1513) usque ad

[2]) Ms. Laon 538, p. 215 (in fine Actorum Capituli generalis anni 1522) : « Et hic finis primi codicis capitulorum generalium, quae hac die ultima decembris anni millesimi sexcentesimi sexagesimi primi adhuc servantur Praemonstrati; cetera anteriora dicuntur in bellis ab haereticis excitatis periisse cum aliis multis libris et monimentis. Et haec copia sicut et aliae priores concordant sic, quod noluerim menda corrigere, ut lector has habens copias possit gaudere me nudam veritatem adeptum esse. Et in fidem subscribo, petens iuvari precibus lectoris. Frater Gregorius du Crocq, secretarius ».

[3]) Ms. Laon 538, p. 127 (in fine Actorum anni 1521) : « Suprascriptam etiam actorum capituli generalis anni 1511 copiam ipsis actis in papyro Praemonstrati adhuc hodie undecimo decembris anni 1661 conservati conformem attestor et in fidem subscribo. Frater Gregorius du Crocq, secretarius ».

[4]) Vide n. 2.

annum 1522 omnia Capitulorum Acta in nostro codice chartaceo in fine singulorum Actorum propria sua subscriptione munivit. Addendum est, « er » et « us » pro « Gerardus » scripta esse per abbreviationes et « J » in « Jardel » ita formatum esse, ut quasi partem « G » ex « Gerardus » effecerit; hoc modo specialis quaedam commixtio amborum nominum efformata est; quod du Crocq erronee « Garde » legit hac ratione in omnibus suis copiis exscriptum fuit.

Quia codex noster chartaceus Strahoviensis [5]), uti vetustissimus asservatus codex originalis Actorum Capitulorum generalium considerari potest, in speciali articulo Analectorum Praemonstratensium penitius de illo codice referre intendimus.

Milevsko-I 623 (Tchecoslovakia). Dr. Karel Dolista.

Textus Actorum Capitulorum generalium aa. 1511-1522, depromptus e ms. Strahoviensi, paratus fuit a Dr. K. Dolista.

[5]) In suo libro *Monasticon Praemonstratense*, t. III, Straubing, 1956, p. 513, scribit N. Backmund, agi de codice nostro asservato in bibliotheca abbatiae Strahoviensis; potius dicendum agi de libro asservato in archivo eiusdem canoniae.

11

1511

(Ms. Strahov, 20, fol. 1r-7r (= fol. LXVI^{r}-LXXI^{r})
inclusive fol. LXVIII bis signati, foliationis veteris)
(Ms. Laon, 538, pp. 120-127)

(fol. 1r) Acta et diffinitiones capituli generalis ordinis Premonstratensis in oppido sancti Quintini in Viromandia anno domini millesimo quingentesimo undecimo mensis maii die XVIIIa et diebus sequentibus celebrati [a]).

Nomina prelatorum comparentium personaliter in eodem :

Dominus Premonstratensis [1]).
Sancti Martini Laudunensis [2]).
Cuissiacensis [3]).
Bone Spei [4]).
Viconiensis [5]).
Vallis Dei [6]).
Bucilliensis [7]).
Sancti Iohannis Ambianensis [8]).
Sancti Andree in Nemore [9]).
De Seriaco in pratis [10]).
Lefflensis (!) [11]).
De Bellosanna [12]).
Gaudii Vallis [13]).
Lisquensis [14]).

[a]) In margine sinistro : « Apud sanctum Quintinum 1511 » manu saeculi XVII.

[1]) Iohannes de l'Escluse. Cfr. supra, p. 3, n. 3.
[2]) Iohannes Poulaillier. Cfr. supra, p. 19, n. 4.
[3]) Iacobus de Bachimont. Cfr. supra, p. 6, n. 33.
[4]) Nicolaus Van Mierdorp. Cfr. supra, p. 4, n. 3.
[5]) Iohannes Lecarlier. supra, p. 57, n. 20.
[6]) Inde ab anno 1508, Gerardus abbas erat Vallis Dei, usque ad annum 1527. Cfr. N. BACKMUND, *Monasticon*, II, p. 385.
[7]) Iohannes le Prince. Cfr. supra, p. 46, n. 33.
[8]) Thomas de l'Escluse. Cfr. supra, p. 4, n. 13.
[9]) Dionysius Daviau. Cfr. supra, p. 4, n. 16.
[10]) Iohannes Merlot. Cfr. supra, p. 5, n. 25.
[11]) Aegidius d'Awagne. Cfr. supra, p. 58, n. 52.
[12]) Iohannes Boudet. Cfr. supra, p. 5, n. 27.
[13]) Robertus de l'Epée. Cfr. supra, p. 129, n. 36.
[14]) Dominicus Carnisien. Cfr. supra, p. 88, n. 24.

Sancti Mariani [15]).
Hermeriarum [16]).
Calvi Montis [17]).
Clari Fontis [18]).
De Genliaco [19]).
Septem Fontium in Terasca [20]).
De Marchasio Radulphi [21]).
Montis Sancti Martini [22]).
Viromandensis [23]).
De Corneolo [24]).
De Longo Vado [25]).
Vallis Christiane [26]).
De Moncellis [27]).
Ianduariarum [28]).

Subscripti prestiterunt obedientiam :

Bone Spei [29]) ; Sancti Foillani [30]).

(fol. 1v). Inprimis ordinatum est hoc anno quod omnes prelati comparentes salvis privilegiis erunt diffinitores.

Item, missas celebrari consuetas, primam Bone Spei [31]), secundam sancti Foillani [32]), terciam Lefflensis [33]), abbates celebrabunt.

15) Nicolous Joannis. Cfr. supra, p. 20, n. 35.

16) Iohannes du Saussay abbas fuit Hermeriarum annis 1506-1521. Cfr. N.Backmund, *Monasticon*, II, p. 508.

17) Petrus Frayart. Cfr. supra, p. 8, n. 18.

18) Antonius Geoffroy. Cfr. supra, p. 19, n. 13.

19) Iacobus le Pelletier. Cfr. supra, p. 21, n. 46.

20) Adam Cornu. Cfr. supra, p. 5, n. 22.

21) Iohannes de Quenouilles. Cfr. supra, p. 12, n. 85.

22) Thomas de l'Escluse, uti videtur. Cfr. supra, p. 4, n. 13.

23) Iohannes de l'Eglise. Cfr. supra, p. 116, n. 34.

24) Iohannes Marmier, annis 1490-1517, abbas fuit Corneoli=Corneux, in archidioecesi Bisuntina=Besançon. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 362.

25) A. Charlier. Cfr. supra, p. 7, n. 45.

26) B. de Corbie. Cfr. supra, p. 41, n. 81.

27) P. Brunet. Cfr. supra, p. 7, n. 46.

28) Andreas de Cortisson et, non amplius, Franciscus de Contrisson, abbas erat Ianduariarum; inde ob anno 1503.

29) Nicolaus Van Mierdorp.

30) Petrus Joly abbas erat S. Foillani Rodiensis (hodie : in dioecesi Tornacensi), annis 1511-1521. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 397. Notari potest hunc abbatem non annumerari inter nomina praelatorum comparentium in praesenti Capitulo, uti enumerantur in actis praesentis Capituli. Estne proinde alius abbas erronee citatus, v. gr., abbas S. Mariani loco abbatis S. Foillani ?

31) Nicolaus Van Mierdorp.

32) Petrus Joly.

33) Aegidius d'Awagne.

Item, talliarum receptores erunt sancti Iohannis Ambianensis [34]), et sancti Andree [35]) Abbates.

Item, excusationes prelatorum recipient abbates Bone Spei [36]), et de Seriaco in pratis [37]).

Item, litteras sigillo capituli generalis sigillandas examinabunt et sigillabunt patres abbates assumptis nonnullis aliis, quos voluerint advocare.

Item, auditores compotorum erunt patres abbates et omnes alii interesse volentes.

(fol. 2r). Item, super requesta facta per reverendissimum patrem dominum Philippum, archiepiscopum Coloniensem [38]), principem electorem sacri imperii super reformatione fienda in monasterio monialium in Wlindrusen (!) [39]) nostri Ordinis dicte diocesis Coloniensis, ordinat, quod fiat commissio dirigenda abbatibus Setynveldensi (!) [40]) et Cappellensi [41]), necnon et preposito Widingkusensi (!) [b]) [42]) predicti monasterii monialium patre abbate et cuilibet in solidum, ad visitandum, corrigendum et reformandum iam dictum monasterium [c]) ac deponendum modernum prepositum, si reformationi fiende minus ydoneum (!) extiterit, pensionem condignam pro victualibus iuxta monasterii facultates sibi assignando et alium prepositum seu confessorem, mutato ad tempus nomine prepositi in nomen confessoris, in reformatione expertum, loco eius substituendo aliasque sorores reformatas de ordine nostro in dicto monasterio collocandi, si eisdem expediens et honestum visum fuerit, in ampla forma iuxta tenorem coppie (!) commissionis nobis transmisse.

[b]) « Widingkusensi » per errorem dupliciter scriptum, ergo primum est deletum.
[c]) Post « monasterium » sequitur « monialium », sed deletum.

34) Thomas de l'Escluse.
35) Dionysius Daviau.
36) Nicolaus Van Mierdorp.
37) Iohannes Merlot.
38) Philippus II von Daun-Oberstein archiepiscopus Coloniensis erat aa. 1508-1515. Cfr. B. Gams, *Series Episcoporum Ecclesiae Catholicae*. Ratisbonae, 1873-1886, p. 270.
39) Agitur de monasterio Flaesheim, sito in dioecesi, olim Coloniensi, nunc Monasteriensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 165.
40) Godefridus Kessel abbas fuit Steinfeldensis annis 1509-1517. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 105.
41) Iohannes Zuttel abbas fuit Capellae seu Spieskappel annis 1488-1517. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 195.
42) Iohannes Bock abbas in Wedinghausen seu Arnsberg annis 1511-1513. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 151.

Item, fiant littere orationum pro universis et singulis benefactoribus et qui de bonis sibi a Deo collatis manus porrexerint adiutrices, ad instaurationem monasterii monialium vulgariter nuncupatum Infra amnes [43]) nostri Premonstratensis ordinis Tornacensis (!) [44]) dioecesis.

Item, quia ex relatione reverendissimi patris domini Premonstratensis [45]) et aliorum prelatorum ordinis nobis debite constitit fratrem Servatium Danchemen (?), diaconum, religiosum de Castello prope Mauritaniam [46]), dimississe habitum regularem, insurrexisse in proprium prelatum [47]), et manus violentas in ipsum iniicere voluisse ac actemptasse, quemdam virum apud Mauritaniam [48]) commorantem graviter vulnerasse et alia plura delicta et excessus graves perpetrasse, capitulum suis exigentibus demeritis condempnat ipsum usque ad capitulum anni proxime venturi in carceribus ordinis apud Laudunum mancipari.

Item, fiant littere orationum pro confratribus confraternie noviter institute in capella sanctorum Lamberti episcopi Drogonis (fol. 2v) confessoris et Sirie virginis in monasterio sancti Martini Laudunensis ad instantiam confratris nostri abbatis dicti monasterii sancti Martini [49]).

Item, quia ex relatione venerabilis confratris nostri abbatis sancti Andree [50]) intelleximus, quemdam dicti monasterii olim abbatem de consensu conventus sui dedisse seu in emphiteosim tradidisse quasdam decimas et terragia apud Esquemecourt (?) ad dictum monasterium pertinentia, cuidam laico, in grave dampnum et praeiudicium dicti monasterii, solempnitatibus iuris minime observatis et litteras suis sigillis sigillatas tradidisse. Quapropter contractum huiusmodi sic per dictos abbatem et conventum olim factum cassamus, annullamus nulliusque valoris esse decernimus, precipientes abbati moderno et eius forsan successoribus in virtute sancte obediencie quatenus, quantum poterit, laboret ad recuperationem prefatarum decimarum et terra-

43) Agitur de monasterio Monialium sito in Tussenbeek, antea in dioecesi Cameracensi, nunc Gandavensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 424.

44) Non videtur cur in Actis dicatur hoc monasterium pertinuisse ad dioecesim Tornacensem = Tournai.

45) Iohannes de l'Escluse.

46) Castellum prope Mauritaniam = Chateau l'Abbaye seu Chateaudieu situm erat in hodierna dioecesi Cameracensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, pp. 405-408.

47) Iohannes Auffroit. Cfr. supra, p. 6, n. 31.

48) Mortagne erat pagus in quo sita erat abbatia Castelli prope Mauritaniam. Cfr. n. 46.

49) Iohannes Poulaillier.

50) Dionysius Daviau.

giorum, prefatum abbatem modernum [51]) ac religiosos super iuramento seu promissione, si que forsan in dictis litteris desuper confectis factis, misericorditer absolventes ac dispensantes.

Item, visa ordinatione pia quandam (!) facta per quemdam dominum Petrum pie memorie abbatem [52]) et conventum monasterii sancti Andree in Nemore, de quattuor modiis bladi et duos (!) avene ad mensuram de Belloranio (?), quod idem abbas dicti monasterii tempore sui regiminis acquisiverat, quorum precium pro substentacione (!) et recreatione religiosorum egrotancium et pictancia in precipuis solempnitatibus et minutionibus facienda de consensu totius conventus per priorem et alium [d]) quempiam dicti monasterii religiosum distribuendum fore sub iuramento strictissime ordinaverant confirmatione capituli generalis necnon patris abbatis desuper adhibita. Que quidem ordinatio processu temporis per prelatorum incuriam aut permissionem derelicta extitit et ad usum vestiarii religiosorum conversa, spretis iuramento et promissionibus per eos factis. Capitulum volens predecessorum suorum antiquorum patrum ordinationes honestas, inconcussas et illibatas conservare, ne ceteris (fol. 3r) prelatis benefaciendi tollatur occasio, ordinat capitulum ac precipit abbati dicti monasterii tam moderno quam futuro in virtute sancte obedientie et sub pena periurii, quod amodo per se vel alium, quem elegerit, religiosum convertat seu appropriet valorem illorum sex modiorum bladi et avene, per nos ad sommam (!) triginta duorum francorum estimatorum et appreciatorum, in substentationem (!) fratrum in infirmitorio existentium proque quattuor lotis vini in singulis sollempnitatibus, in quibus prelatus secundum ordinis statuta missas celebrat in conventu et tribus lotis seu amphoris in singulis minutionibus habendis, distribuat seu distribuere faciat iuxta et conformiter ad intentionem predictorum patrum. Et insuper, quod ammodo annuatim cuilibet religioso sacerdoti sommam (!) octo francorum monete currentis in patria pro vestiario habendo in terminis sancti Iohannis Baptiste et Nativitatis Domini equaliter dividendam. Et ut hec ordinatio tam a parte abbatis quam a parte conventus in futurum perpetuo obser-

[d]) Ante « alium » scriptum « aluum » sed deletum.

[51]) Abbas Sigerus le Maistre abbas fuerat usque ad annum 1498. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 564.

[52]) Cum abbas, de quo hic sermo fit, dicatur « Petrus », agi videtur de abbate Petro Grenier, qui abbas fuerat S. Andreae in Nemore aa. 1328-1351. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 563.

vetur [e]) volumus et ordinamus, quod de presenti ordinatione bine fiant littere sub sigillo capituli generalis, quarum unam abbas et aliam religiosi, quilibet pro sua parte debite custodiat et conservet, etc.

Item, capitulum acceptat in procuratorem ordinis in curia domini episcopi Laudunensis dominum Michaelem Champenois, cum stipendiis consuetis.

Item, capitulum confirmat, ratificat et approbat sententiam latam per dominum abbatem de Lystona [53]) necnon Walterum Stome, legum doctorem, commissarios et iudices subdelegatos a reverendissimo patre domino Iohanne abbate Premonstratensi [54]), Iohanne sancti Martini Laudunensi [55]), et Iacobo Cuissiacensi [56]) abbatibus, in vim auctoritatis sibi anno preterito per nos concesse [57]), in causa iam dudum coram nobis pendente et agitata inter fratrem Iohannem Max [58] ex una actorem et dominum Willelmum Cullew abbatem de Langleya partem ream et querelatam [f]), ex altera partibus.

(fol. 3v). Item, visa informatione et articulis nobis pro parte venerabilis confratris nostri abbatis Floreffiensis 59), de et super excessibus et gravibus delictis perpetratis per fratrem Hieronimum Davennes, religiosum monasterri Lefflensis tam super lapsu carnis, quam super incendio immisso in carceres et quamdam domum monasterii Floreffiensis, quam aliis multis enormibus, capitulum eumdem condempnat ad subeundum penas carceris ordinis per triennium, salva tamen gratia futuri capituli generalis ita tamen, quod durante tempore praefato, singulis sextis et quartis feriis in pane et aqua ieiunet, ceteris vero diebus ut de incarceratis fieri solitum est.

Item, quia frater Bertrandus de Guny, religiosus monasterii Gaudii Vallis, ab anno citra, a quadam sententia per nos in et adversus eum

[e]) Inter « observetur » et « volumus » signum commemorativum in margine scripti : « Ingrossatum »[?].

[f]) Post « querulatam » deletum « partibus ».

53) Thomas White abbas erat in Leyston, annis 1504-1511. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 66.

54) Iohannes de l'Escluse.

55) Iohannes Poulaillier.

56) Iacobus de Bachimont.

57) De hac lite fuse actum fuerat in Capitulo Generali anni 1509 et 1510. Cfr. supra, p. 121; 134. Conclusio de decisione capitulari deducenda committitur tribus abbatibus hic indicatis.

58) Iohannes Maxey. Cfr. supra, p. 121, n. 80.

59) Annis 1508-1516, Aegidius Hénin abbas fuit Floreffiensis. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 378.

lata, suis exigentibus demeritis, ad sanctam sedem apostolicam appellavit et coram domino Noviomensi officiali, apostolica auctoritate iudice delegato, in huius appellationis causa nos fecit evocari, ordinat capitulum quod fiat procuratorium nomine nostro et capituli generalis specialiter ad comparendum coram predicto officiali et nominetur in eodem procuratorio dominus abbas de Genliaco [60]) cum quodam alio procuratore Noviomensi cum potestate substituendi.

Item, capitulum ratifficat (!) et approbat pensionem assignatam per reverendissimum patrem dominum Iohannem [61]), abbatem Premonstratensem domino Nicolao Legayt, nuper abbati sancti Foillani [62]) de somma (!) trecentum librarum monete currentis in Hannonia in terminis in dictis litteris specificatis et ordinatis, quemadmodum in eis continetur.

Item, consimiliter ratifficat (!) et approbat [g]) assignationem pensionis iam pridem factam per visitatores circarie Frisie domino Petro olim abbati Vallis sancte Marie [63]), de domo seu curte Meynsterhus [64]) cum omnibus suis proventibus et pertinentiis, ordinando quod de eisdem gaudeat toto tempore vite sue eo pacto quod post decessum ipsius ea bona que superfuerunt ad utilitatem ecclesie predicte Vallis sancte Marie revertantur. Et fiat commissio dirigenda abbati Orti sancte Marie [65]), ad compellendum modernum abbatem Vallis sancte Marie [66]) censuris et penis quibus decet (fol. 4r) ad permittendum quod prefatus dominus Petrus de domo predicta et omnibus proventibus gaudeat ut prefertur atque ad restituendum [h]) eidem domino Petro mutuum centum aureorum factum predicto moderno abbati.

Item, capitulum annuit litteras orationum pro confratribus et bene-

[g]) Post « approbat » deletum « pensione » (!).

[h]) Post « restituendum » deletum « eum ».

[60]) Iacobus le Pelletier. Cfr. supra, p. 21, n. 46.

[61]) Iohannes de l'Escluse.

[62]) Nicolaus abbas fuit S. Foillani Rodiensis annis 1506-1511. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 210.

[63]) Petrus Valck abbas fuerat in Valle S. Mariae, seu in Lidlum, annis 1492-1505. Cfr. supra, p. 9, n. 66.

[64]) Meynsterhus=uti videtur : Munnikerhuis (Boxum, curia abbatiae Lidlumensis.

[65]) Inde ab anno 1506, Paulus Beckholt abbas erat Horti S. Mariae seu Mariengaarde. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 212.

[66]) Iohannes Van Kleef. Cfr. supra, p. 122, n. 92.

factoribus confraternie beati Michaelis [i]) archangeli in ecclesia beate Marie de Calniaco [67]) institute, ad requestam Petri Bonami.

Item, capitulum revocat prepositum sancti Nicolai in Hollandia [68]), qui anno quingentesimo quinto fuerat per nos ad visitandum circariam Frisie uno cum abbate sancte Marie in Lidlum [69]), tamquam adiuncto deputato (!), inhibendo eidem ne amodo de dicta visitatione se intromittat dantes auctoritatem prefato abbati sancte Marie alterum prelatum nostri ordinis precipuum zelatorem, quem voluerit, pro hoc anno dumtaxat ad visitandum predictam ecclesiam assumendi et evocandi.

Item, capitulum confirmat et approbat tractatum factum inter abbatem et conventum monasterii de Bellosanna [70]) et abbatem et religiosos monasterii de (!) Bechelun [71]), ordinis sancti Benedicti, super commutatione certorum reddituum ad quasdam decimas eidem monasterio du (!) Becheluyn antea pertinentes, sicut in litteris desuper confectis latius exprimitur.

Item, fiat monitio ad monendum abbatem monasterii de Ressonio [72]) ad solvendum [l]) libras Turonenses abbati et religiosis monasterii de Bellosanna [73]) pro duobus modiis vini moderatas per capitulum ad sommam LX solidorum Turonensium quolibet anno et hoc pro octo annis cessis et elapsis.

Item, quia frater Iohannes Courtoys olim curatus pro sua parte de Genliaco [74]) qui nuper suis exigentibus demeritis fuit ad claustrum revocatus et eius loco frater Iohannes Des Jardins provisus taliter [m])

[i]) Post « Michaelis » deletum « angeli ».

[l]) Post « solvendum » relinquitur spatium vacuum sine numero hoc loco numquam inserto.

[m]) « Taliter » scribitur « tallen », quod etiam « tali modo » legi posset.

[67]) Calniacum : ?

[68]) Agitur de praeposito Iohannes Van Kleef, praeposito in Aland, in hodierna dioecesi Monasteriensi. Cfr. N. Backmund, *Monaticon*, II, p. 178. Huic praeposto, non in Capitulo Generali anni 1505, sed in Capitulo Generali anni 1510, munus covisitatoris, simul cum abbate Lidlumensi, commissum fuerat. Cfr. supra, p. 142.

[69]) Iohannes Duveland. Cfr. supra, p. 142, n. 112.

[70]) Iohannes Boudet. Cfr. supra, p. 5, n. 27.

[71]) Agitur de abbatia Becherel, sita in dioecesi Redonensi = Rennes. Cfr. L. Cottineau, *Répertoire topo-bibliographique des Abbayes et Prieurés*, Maçon. I, 1939, col. 319.

[72]) Iohannes de Quenouilles. Cfr. supra, p. 12, n. 85.

[73]) Iohannes Boudet.

[74]) Genliacum = Genlis, in dioecesi, nunc, Suessionensi.

tamen, ut prefatus Courtoys aliquid utilitatis in subsidium necessariorum recipiat, de consensu prefati Des Jardins coram nobis comparentis ordinavimus et assignavimus eidem (fol. 4v) annuatim decem libras Turonenses annue pensionis, quas decem libras prefatus Des Jardins eidem solvere promisit annis singulis quamdiu vixerit, in terminis Pasche et sancti Remigii.

Item, quia anno preterito in nostro generali capitulo abbas monasterii de Bello Portu [75]) Briocensis diocesis ad capitulum non comparuerat nec se excusarat, fuit contumax declaratus, et eadem ordinatione fuit per abbatem de Lucerna [76]) aut eius deputatum contumax et exommunicatus publice declaratus, a qua declaratione frivole fertur appellasse nec appellationem per eum, ut asserit, interiectam minime fuisse prosecutum (!). Qua de er (!) [n]) ipsum in his scriptis excommunicamus, excommunicatum declaramus et taliter fere (!) [o]) et esse declarandum tam in proprio monasterio quam alibi denunciamus.

Item, ordinat capitulum, quod obtineatur mandatum a cancellario Parisiensi dirigendum cuidam iudici vel servienti regio monasterio propinquo ad compellendum prefatum abbatem Belli Portus [77]) ad recipiendum patrem abbatem et visitatorem mandatis eiusdem, in bona et ampla forma.

Item, capitulum ratifficat (!) et approbat contractum factum inter abbatem [78]) et conventum monasterii Branensis et Reginaldum le Duc et Ioachim le Vasseur de domo Daginsy [89]), spacio [p]) XXX annorum sub conditionibus in eisdem litteris expressis.

Item, approbat provisionem factam per dominum abbatem Cuissiacensem [80]) de vicariatu ecclesie de Disiaco [81]) fratri Iohanni Somssart (!) quemadmodum provisiones de cura parrochialibus ordinis fieri solet.

n) « er », ita per errorem scriptum loco « re ».

o) « fere », sic loco « fore ».

p) Post « spacio » deletum « tri ».

75) Iohannes le Bigot. Cfr. supra, p. 37, n. 59.

76) Franciscus Caignon. 77, n. 96.

77) Iohannes le Bigot.

78) Iacobus de Bachimont; postea, insimul, abbas Cuissiacensis.

79) Daginsy : ?

80) Iacobus de Bachimont.

81) Disiacum=le Gras-Dizy. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 496. Erat ecclesia incorporata abbatiae Cuissiacensi.

Item propter certas rationabiles causas animum nostrum moventes revocavimus et revocamus commissionem visitacionis Anglie datam abbati de Welbeck [82]), inhibendo eidem ne ammodo de vigore huius commissionis se intromittat visitare. Consimiliter universis prelatis nostri ordinis in regno Anglie constitutis, ne eidem tamquam visitatori (fol. 5r) obediant et intendant dantes ex nunc auctoritatem reverendissimo patri domino abbati Premonstratensi [83]) ibidem visitatorem instituendi, dummodo [q]) neuter abbatum de Welbek et de Langleya [84]) constituatur et quod visitator commitendus promittat solvere tallias ordinis singulis annis.

Item, quia frater Nicolaus Marer [r]), religiosus monasterii sancti Iohannis Ambianensis fuit per nos, suis exigentibus demeritis, a monasterio proprio per decennium emissus et iam per spatium quattuor annorum in monasterio sancti Mariani moram traxit, ordinat capitulum quod ipse mittatur prout et mittimus ad monasterium sancti Pauli Virdunensis sue penitentie residuum peracturus [s]).

Item, fiat monitio ad monendum dominum Henricum [85]) modernum prepositum de Laurissa, ad solvendum infra duos menses a data presentium computando, tallias seu contributiones quas recepit per triennium in circaria Wadegocie et Iveldie et eas transmittendum expensis propriis usque ad Lovanium et easdem in manibus abbatis Parcensis [86]) tradendum et hoc sub excommunicationis penis. Que quidem monitio fiat per fratrem Michalem (!) Hesell, religiosum dicti monasterii Laurissensis.

Christi nomine invocato,

Visis gravibus fame et facti articulis coram officiali Cameracensi fratri Martino van Bouchout, religioso monasterii Grimbergensis, curato ecclesie parochialis de Berchem [87]), diocesis Cameracensis,

[q]) Post « dummodo » deletum « abbas ».

[r]) « Marer » potest etiam legi « Maret ».

[s]) Sequitur per errorem « Christi nomine invocato » sed deletum.

[82]) Thomas Wilkinson. Cfr. supra, p. 121, n. 79.

[83]) Iohannes de l'Escluse.

[84]) Thomas Wilkinson; Iohannes Maxsein.

[85]) Iuxta N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 108, Henricus Schwarzenberger praepositus Laurissensis fuit inde ab anno 1512. Actis praesentis Capituli sequitur ipsum hoc munere iam esse functum anno 1511.

[86]) Arnoldus Weyten. Cfr. supra, p. 3, n. 6.

[87]) Berchem S. Agathae, prope civitatem Bruxellensem; quae erat paroecia abbtiae Grimbergensi incorporata.

impositis eiusque rei ad eisdem (!) responsione, confessione et conclusione necnon certorum testium pro parte promotoris auditorum et examinatorum per eumdem officialem, depositionibus seu attestationibus, cum ceteris aliis in causa actis et actitatis, merito considerandis et attentendis, Christi nomine invocato, pronunciamus, decernimus et declaramus prefatum fratrem Martinum reum, propter multitudinem excessuum et delictorum per eum sepe et iteratis vicibus commissorum graviter et enormiter excessisse et deliquisse ipsumque propterea ab officio dicte parrochialis [t]) cure deponendum fore prout et deponimus et eumdem sic, ut premittitur, ab officio depositum, ad perpetuos carceres ordinis in pane tristicie et aqua doloris, ut ibidem peccata deffleat (!) condempnamus, expensis tamen prefati monasterii Grimbergensis.

(fol. 5v). Item, capitulum confirmat et approbat contractum factum per abbatem [88]) et conventum monasterii Montis sancti Martini, de domo de Courthectret (?) [89]) cum pertinentiis cuidem Ade Petit spacio XXVII annorum sub certis conditionibus latius in litteris eorumdem abbatis et conventus quibus nostre presentes annectuntur contentis.

Item, fiat commissio domino abbati Sancti Michaelis [90], et fratri Gerardo Lyllo [91]), religioso dicti monasterii sancti Michaelis Antwerpiensis, ad recipiendum tallias in circariis Brabancie, Wadegocie et Ilveldie et cogendum prelatos solvere recusantes, per censuras ordinis ad solutionem ipsorum et de receptis quictantiam dandum.

Item, fiant littere orationum pro Aygle de Sains [92]) et eius conthorali in forma communi ad instanciam domini Cuissiacensis [93]).

Item, fiat missiva preposito Laurissensi [94]) exhortativa necnon et monitoria cum asperitate ut resipiscat a sua turpi vita et lubricitate quam exercet in monasterio proprio et alibi cum quadam muliere inhonesta; et quod faciat computationes de bonis et redditibus sue

[t]) Post « parrochialis » deletum « ecclesie ».

88) Thomas de l'Escluse.

89) Courtectret ?.

90) Iacobus Embrechts. Cfr. supra, p. 90, n. 53.

91) De ipso iam actum fuit in Capitulo generali anni 1507, eo quod accusatus fuerat de inobedientia, cum abbas S. Michaelis eum ab officio pitantiarii amoverat. Cfr. supra, p. 107.

92) Sains : ?

93) Iacobus de Bachimont.

94) Henricus Schwarzenberger.

ecclesie coram priore, provisore et saniori parte religiosorum dicti monasterii et hoc sub pena privationis et amottionis (!) unica monitione pro omnibus.

Item, fiat commissio abbati Cellensi [95]) ut se informet de vita dissoluta moderni prepositi Laurissensis [96]) et ipsum monendum nomine et auctoritate nostris unica monitione pro omnibus, ut a sua perversitate desistat sub pena privacionis eidem precipiendo ut amodo reddat compotum de bonis et redditibus ecclesie, quemadmodum continetur in statutis et quitquid (!) per informationem repererit, futuro capitulo generali fideliter referat.

Item, fiant littere orationum pro generoso viro et potenti domino Iacobo de Luxemburgo, gubernatore Flandrie suisque liberis in meliori forma, ad instantiam et requestam domini Premonstratensis et Montis Sancti Martini [97]).

Item, quia abbas monasterii Grandis Campi [98]) in capitulo minime comparuit nec se excusavit, licet debite citatus per abbatem de Seriaco in pratis [99]), visitatorem ordinis in circaria Pontivi, capitulum declarat ipsum contumacem et talem fore et esse declarandum.

(fol. 6r). Item, fiat citatio ad citandum abbatem Lutrensem [100]) et priorem dicti monasterii nomine conventus ad proximum generale capitulum nostri ordinis in oppido sancti Quintini et in domo habitationis Premonstratensis comparituros promotori causarum ordini (!) quod iustum fuerit responsuros.

Item, fiat missiva procuratori ordinis in Romana curia [101]) exhortativa quod sollicitet diligenter ad impiendum (!) [u]) perversam intentionem abbatis [102]) et religiosorum monasterii Lutrensis qui habitum

[u]) « Impiendum » sic per errorem loco « impediendum ».

[95]) Annis 1519-1519, Iohannes Streuber abbas fuit Cellae Dei Superioris seu Oberzell, in dioecesi Wirceburgensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 132.

[96]) Henricus Schwarzenberger.

[97]) Iohannes de l'Escluse; Iacobus de Bachimont.

[98]) Annis 1495-1513, Bertrandus Dupuis abbas fuit Grandis Campi; simul tamen abbas quidam commendatarius, Carolus du Hautbois, sese intrudere nitebatur in abbatiam. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 553.

[99]) Iohannes Merlot.

[100]) Iohannes von Odenwald abbas erat in Lutra inde ab anno 1507. Iuxta N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 103 s., anno 1510, praepositura Lutrae (Kaiserslautern) muttaa fuit in ecclesiam collegiatum.

[101]) Daniel Tapyfel. Cfr. supra ,p. 75.

[102]) Iohannes von Odenwald.

religionis dimittere et secularem perpetuo assumere moliuntur et a sancta sede apostolica desuper licentiam habere prosequuntur.

Item, fiat commissio specialis fratri Michaeli Hesset religioso monasterii de Laurissa ad colligendum et recipiendum tallias et contributiones ordini debitas pro hoc anno dumtaxat in circariis Wadegocie et Ilveldie et se informandum et fideliter referendum in futuro generali capitulo quis prelatorum dicte circarie foret magis ydoneus ed exercendum in dictis circariis visitationis officium, ut securius secundum Deum statuta religionis nostre providere valeamus. Quas predictas tallias nobis et dicto capitulo afferre aut transmittere teneatur cum potestate compellendi contradictores per censuras.

Item, fiat missiva abbati sancti Petri Selincurtensis [103]) eidem intimando quod capitulum annuit ut possit recipere in conversum sui monasterii Hugonem de Campo, iam pridem per nos ab ordine nostro eiectum, si velit. Ad id tamen ipsum cogere nolumus [v].

(fol. 7r). Visitatores anni presentis millesimi quingentesimi undecimi :

Francie, Flandrie, Brabancie, Floreffie, Pontivi : Dominus Premonstratensis [104]) reservat pro se.

Lotharingie : Iusti Montis [105]) et Mire Vallis [106]) abbates.

Normannie : De Lucerna [107]).

Burgundie, Alvernie et [w]) Sabaudie : Sancti Mariani [108]) ad triennium.

Frisie : Sancte Marie in Lidlum [109]).

Suevie et Bavarie : Aldeburgensis [110]).

Hungarie : ad electionem prelatorum circarie [111]).

Bohemie et Moravie : abbas Teplensis [112]).

[v]) Dimidium folium vacuum relictum est, similiter fol. 6v.

[w]) Post « et » deletum « Alvernie ».

[103]) Iohannes Fretel. Cfr. supra, p. 5, n. 17.

[104]) Iohannes de l'Escluse.

[105]) Iohannes de Hayange. Cfr, supra, p. 21, n. 40.

[106]) Claudius Haucort abbas fuit Mirae Vallis=Mureau, in dioecesi, olim Tullensi, nunc Sancti Deodati, annis 1510-1514. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 91.

[107]) Franciscus Caignon. Cfr. supra ,p. 77, n. 96.

[108]) Nicolous Joannis. Cfr. supra, p. 20, n. 35.

[109]) Iohannes Duveland. Cfr. supra, p. 142, n. 112,

[110]) Leonardus Dürr. Cfr. supra, p. 77, n. 96.

[111]) Hoc iam in Capitulis generalibus Circariae Hungaricae concessum fuerat.

[112]) Petrus. Cfr. supra, p. 113, n. 122.

Anglie : Dominus Premonstratensis [113]) habet auctoritatem providendi, demptis [x]) abbatibus de Welbek [114]) et de Langleya [115]) modernis.

Gasconie [y]) : Case Dei [116]).

Scocie : Prior Candide Case [117]) cum potestate substituendi abbatem Viridi Stagni [118]) usque ad revocationem.

Wagodecie (!) et Ilveldie : pro hoc anno non est provisum.

Hispanie : De Retorta [119]) et Sancte Marie Vitis [120]) et uterque in solidum.

Austrie, Polonie, Tuscie, Calabrie, Dacie, Norvegie et Terra Hierosolimitane; Procurator Ordinis [121]) [z]).

[In transcriptione horum Actorum, facta a Greg. du Crocqs, et asservata in ms. Laon, 538, in fine haec adduntur (l.c., p. 127 : « Suprascriptam etiam Actorum Capituli generalis anni 1511 copiam ipsis in papyro Praemonstratsi adhuc hodie undecimo decembris anni 1661 conservatis conformem attestor et in fidem subscribo.

Frater Gregorius du Crocq, secretarius.]

[x]) Post « demptis » sequitur per errorem « de ; quod autem deletum non fuit.

[y]) Post « Gasconie » deletum « Prior ».

[z]) Tertia pars fol. 7r et totum fol. 7v vacua remanserunt.

[113]) Iohannes de l'Escluse.

[114]) Thomas Wilkinson. Cfr. supra, p. 121, n. 79.

[115]) Iohannes Maxey. Cfr. supra, p. 121, n. 80.

[116]) Casa Dei=La Casedieu, in dioecesi Auxitanensi=Auch. Abbas fuit in hac canonia, aa. 1508-1528, Iohannes de Montaigut. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 174.

[117]) Annis 1503-1514, Mc Dowell abbas erat Candidae Casae seu Whithorn. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 114.

[118]) Quintinus Vaus, abbas in Soulseat. Cfr. supra, p. 58, n. 43.

[119]) Petrus de Azeves. Cfr. p. 92, n. 70.

[120]) Garcias de la Vid, uti videtur. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 309.

[121]) Daniel Taypfel.

12

1512

Ms. Strahov, 20, fol. 8r-13r
(= fol. LXXIIr-LXXVIIIr foliationis veteris).
(Ms. Laon, 538, pp. 128-135)

(fol. 8r). Acta et diffinitiones capituli generalis ordinis Premonstratensis in oppido sancti Quintini anno domini millesimo quingentesimo duodecimo die nono mensis maii et diebus sequentibus celebrati [a]).

Nomina prelatorum comparentium personaliter in eodem :

Dominus Premonstratensis [1]).
Sancti Martini Laudunensis [2]).
Vallis Serene [3])
Viconiensis [4])
Montis sancti Martini [5])
Viromandensis [6]).
Sancti Iohannis Ambianensis [7])
Sancti Andree in Nemore [8])
De Lucerna [9])
Montis Dei [10])
Loci Restaurati [11])
Clari Fontis [12])
Sancti Pauli Virdunensis [13])
Camere Fontis [14]).

[a]) In margine sinistro : « Apud sanctum Quintinum 1512 » manu saeculi XVII.

[1]) Iohannes de l'Escluse. Cfr. supra, p. 3, n. 3.
[2]) Iohannes Poulaillier. Cfr. supra, p. 19, n. 4.
[3]) Nicolaus de Maucrois. Cfr. supra, p. 68, n. 10.
[4]) Iohannes Lecarlier. Cfr. supra, p. 57, n. 20.
[5]) Thomas de l'Escluse, uti videtur. Cfr. supra, p. 4, n. 13.
[6]) Iohannes de l'Eglise. Cfr. supra, p. 116, n. 34.
[7]) Thomas de l'Escluse. Cfr. supra, p. 4, n. 13.
[8]) Dionysius Daviau. Cfr. supra, p. 4, n. 16.
[9]) Franciscus Caignon. Cfr. supra, p. 77, n. 96.
[10]) Aegidius l'Ours. Cfr. supra, p. 5, n. 29.
[11]) Petrus de Hauldecoeur. Cfr. supra, p. 6, n. 38.
[12]) Antonius Geoffroy. Cfr. supra, p. 19, n. 13.
[13]) Iohannes Pseaume. Cfr. supra, p. 76, n. 93.
[14]) Annis 1502-1515, Gulielmus Alis abbas erat Camerae Fontis, in dioecesi Meldensi (Meaux). Cfr. N. BACKMUND, Monasticon, II, p. 489.

Sancti Mariani Altissiodorensis [15]). De Longo Vado [21])
De Carthovoro [16]) De Genliaco [22])
Vallis Dei [17]) Vallis Christiane [23])
Bucilliensis [18]). Sancti Petri Selincurtensis [24])
Tenoliensis [19]). Bone Spei [25]).
Calvi Montis [20]) Sancti Foillani [26])

(fol. 8v). In primis, quia propter bella circumquaque emminentia (!) pauci comparuerunt prelati, ordinat capitulum quod omnes erunt diffinitores.

Item, missas celebrari consuetas, primam sancti Pauli Virdunensis [27]), secundam Tenoliensis [28]), et terciam Vallis Dei [29]) abbates celebrabunt.

Item, talliarum receptores erunt sancti Iohannis Ambianensis [30]) et sancti Andree [31]) abbates et quilibet in solidum.

Item, excusationes prelatorum recipient Viconiensis [32]), et sancti Foillani [33]) abbates.

Item, litteras sigillo capituli generalis sigillandas examinabunt et sigillabunt patres abbates et illi quos secum duxerint appellandos.

Item, auditores compotorum erunt patres abbates sancti Iohannis Ambianensis [34]) et [b]).

[b]) Post « et » residuum totius lineae vacuum remansit, ubi numquam nomen alicuius abbatis insertum fuit.

15) Nicolaus Joannis. Cfr. supra, p. 20, n. 35.
16) Uti videtur, Simon Aubert. Cfr. supra, p. 6, n. 34.
17) Uti videtur, Gerardus. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 385.
18) Iohannes le Prince. Cfr. supra, p. 46, n. 33.
19) Annis 1511-1522, Gobertus Aleaume abbas fuit Thenoliensis-Thenailles, in dioecesi, olim Laudunensi, nunc Suessionensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 300.
20) Petrus Frayart. Cfr. supra, p. 8, n. 18.
21) Antonius Charlier. Cfr. supra, p. 7, n. 45.
22) Iacobus le Pelletier. Cfr. supra, p. 21, n. 46.
23) Uti videtur, Benedictus de Corbie. Cfr. supra, p. 41, n. 81.
24) Iohannes Fretel. Cfr. supra, p. 5, n. 17.
25) Nicolaus Van Mierdorp. Cfr. supra, p. 4, n. 3.
26) Petrus Joly, abbas fuit annis 1511-1521. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 397.
27) Iohannes Pseaume.
28) Gobertus Aleaume.
29) Gerardus.
30) Thomas de l'Escluse.
31) Dionysius Daviau.
32) Iohannes Lecarlier.
33) Petrus Joly.
34) Thomas de l'Escluse.

Item, capitulum committit onus visitationis circariarum Suevie et Bavarie abbati Aldebergensi (!) [35]) ad triennium cum potestate colligendi et recipiendi tallias necnon compellendi prelatos circariarum predictarum ad contribuendum expensis fiendis pro veniendo ad capitulum generale dum tempus veniendi erit.

Item, super requesta facta per abbatem Montis Aquilii [36]) requirentem quod frater Welflin, professus monasterii Montis Aquilii, ad carceres perpetuos condemnetur. Sed quia prefatus abbas [c]) non misit [d]) informationes de delictis per ipsum perpetratis, sine quibus rite condamnari (!) non potest, ordinat capitulum quod fiat commissio specialis dirigenda abbati Aldebergensi (!) [37]), quatenus assumpto secum aliquo nostri ordinis prelato visitet informationes desuper factas. Que si facte non fuerint, se denuo informent et contra eum procedant prout iuris fuerit et rationis.

(fol. 9r). Item, quia moniales monasterii Ouredorp prope Wessaliam [38]), diocesis Coloniensis, que hactenus vitam enormiter dissolutam duxerunt minime volunt reformari, ordinat capitulum quod fiat littera missiva unam (!) videlicet duci Cliviensi [39]), gallicis verbis, alteram (!) civibus Wessalie verbis latinis, quatenus ipsi et eorum quilibet pro parte sua consilium, auxilium et favorem prestare dignentur abbati Knestedensi [40]) et preposito Capembergensi [41]), ad id negocium per nos deputatis et commissis ad reformandum prefatas moniales iuxta statutorum nostrorum formam et ad hoc, si contradixerint, manus porrigant adiutrices.

Item, capitulum committit abbatem Knestedensem [42]), visitatorem circarie Westphalie ad triennium in forma consueta et insuper addatur clausula specialis ad cogendum fratrem Bok, modernum prepositum

[c]) Post « abbas » deletum est « misit ».

[d]) Post « non » deletum est « misit »; hoc loco bis scriptum.

[35]) Leonardus Dürr. Cfr. supra, p. 77, n. 96.

[36]) Mons Aquilii=Uti videtur : Adelberg. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 62.

[37]) Leonardus Dürr.

[38]) Monasterium Wesaliense situm erat in dioecesi, olim Coloniensi, nunc Monasteriensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 200.

[39]) Dux Cliviae (Kleef) intendebat reformationem religiosam in sua ditione inducere.

[40]) Matthias de Thurre. Cfr. supra, p. 113, n. 119.

[41]) Annis 1511-1521, Godefridus von Haen praepositus erat Cappenbergensis. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 151.

[42]) Matthias de Thurre. Cfr. supra, p. 113, n. 119.

in Widinkhusen [43]), ad solvendum contributiones de tribus annis quas hactenus solvere recusavit non obstantibus quibusdam allegationibus frivolis per eum pretensis et allegatis, asserens videlicet quod nullus sit protector et procurator ordinis in urbe, quod minime verum est [44]); et hoc sub gravissimis penis et censuris et cum hoc se informet de ipsius vita et regimine. Quod si eum minus dignum ad huiusmodi prepositure officium secundum Deum et ordinis statuta exercendum reppererit, ipsum deponat et alterum loco eius reformationi aptum instituat et committat.

Item, quia anno preterito fuit data commissio abbatibus Steynveldensi [45]) et Capellensi [46]) ad visitandum monasterium monialium Wilynkhusen [47]) et deponendum fratrem Theodoricum Huls [48]), prepositum dicti monasterii, sed non expectato iudicio timore percussus taliter qualiter resignavit. Qui quidem abbates pensionem viginti maldrarum siliginis, iuxta consuetudinem patrie loquendo assignare promiserunt super redditibus dicti monasterii capiendum, ordinat capitulum quod fient littere in bona forma ad cogendum prepositum et moniales ad solvendum predicto fratri Theodorico [49]) singulis annis quoad vixerit prefatas (!) [e]) viginti maldrarum et hoc sub censuris in talibus fieri consuetis.

(fol. 9v). Item, fiant littere missive in bona forma ad archiepiscopum Coloniensem [50]), eidem humiliter intimando qualiter frater Theodoricus Huls olim prepositus monialium in Wylinkhusen [51]), sue diocesis, nostris auribus prefatum intimet (?) reverendissimum dominum, parrochialem ecclesiam sibi dari promisisse, ipsum pro parte nostra [f]) obnixe

[e]) « prefatas », sic per errorem loco « pensionem ».

[f]) Post « nostra » deletum est « exor » (!).

[43]) Wedinghausen = Arnsberg, in dioecesi, olim Coloniensi, nunc Paderbornensi. Annis 1511-1513, Iohannes Bock praepositus erat in Arnsberg. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 151.

[44]) Daniel Taypfel procurator generalis Ordinis erat constitutus. Cfr. supra, p. 75, n. 87.

[45]) Godefridus Kessel abbas erat Steinfeldensis annis 1509-1517. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 183 s.

[46]) Iohannes Zuttel. Cfr. supra, p. 96, n. 100.

[47]) Wilynkhusen = Oelinghausen. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 183 s. Nomina praepositorum nota non sunt.

[48]) Nomen praepositi praesentis monasterii Oelinghausen.

[49]) Theodoricus Huls.

[50]) Philippus von Daun-Oberstein archiepiscopus Coloniensis, annis 1508-1515.

[51]) Wylinkhusen = Oelinghausen. Cfr. n. 47.

exorando quod si ita sit, se de suis promissis absolvere dignetur, ne deinceps in dedecus prelature in egestate nimia vivere cogatur.

Item, fiat epistola ex parte domini Premonstratensis [52]) et capituli generalis fratri Danyeli Tayspel (?), canonico sancti Augustini Morinensi [53]), eidem intimando quod cum nuper idem reverendissimus pater dominus Iohannes Premonstratensis abbas [54]), eidem scripserit epistolas necnon et procuratorium privato nomine suo miserit ad obviandum perversis inceptationibus quorumdam abbatum Anglie, Allemanie et Hyspanie, qui a iurisdictione ordinis per concilium nuper Rome indictum [55]) eximi aspirabant necnon pro facto cardinalis Grassiensis [56]), qui protectionem ordinis nostri suscipere cupiebat. Que omnia absque capituli generalis auctoritate facere nequibamus, sed nec volebamus. Hinc est quod sedente capitulo nostro in oppido sancti Quintini deliberatione inter nos habita, consideratis considerandis, ordinavimus et deinde tibi precipimus per presentes quatenus indilate, presentibus receptis [g]), apud Premonstratum revertaris de per te gestis rationem redditurus nec interim vigore huiusmodi litterarum aut alias quoquo pacto [h]) protectorem aut procuratorem substituas et committas. Et si quid forsan hactenus per te factum fuerit, illud idem revocavimus et revocamus per presentes [i]) nulliusque valoris aut efficacie fore decernimus tibi precipiendo quatenus hanc nostram ordinationem et ubi quibus opus fuerit intimes.

Item, quia reverendissimus dominus noster dominus Premonstratensis [57]) nobis exposuit quod de mense augusti novissime elapsi litteras serenissimi domini nostri Ludovici, Francorum regis,recepit[58]), quibus eidem mandabatur ut ad concilium Pysanum [59]) celebraturum

[g]) Post « receptis » deletum est « ad ».

[h]) Post « pacto » deletum est « prot » (?).

[i]) Post « presentes » sequitur deletum « nulliusque », quod hoc loco bis scriptum fuit.

[52]) Iohannes de l'Escluse.

[53]) Daniel Taypfel, procurator generalis Ordinis. Cfr. supra, p. 75, n. 87.

[54]) Iohannes de l'Escluse.

[55]) Agitur de quinto Concilio oecumenico Lateranensi, aa. 1512-1517.

[56]) Grasse olim simul cum Antibes erat dioecesis in Gallia meridionali.

[57]) Iohannes de l'Escluse.

[58]) Agitur de rege Galliae, Ludovico XII.

[59]) Agitur de sic dicto Concilio Pisano (1511-1512), in quo potissimum cardinales quidam Galli, cum quibusdam aliis, convenerant contra Summum pontificem Iulium II.

cum dominis cardinalibus ceterisque prelatis ecclesiasiticis se transferret. Quibus litteris et beneplacito, ut decebat, obtemperare cupiens, considerata tamen eius debilitate et senectute quibus obstantibus personaliter comparere non posset, patres abbates et nonnullos ordinis nostri abbates Lauduni convocavit atque congregavit, consilium habiturus, quem ordinis prelatum ad id concilium loco eius (fol. 10r) transmittere posset. In qua congregatione reverendus pater dominus Iacobus de Bachimont, abbas Cuissiacensis, sacre theologie professor, ad hanc suscipiendam provinciam electus est atque deputatus [60]), cum procuratione atque potestate sibi attributa in dicto concilio nomine ordinis comparens iuraque privilegia et libertates ordinis tuendi atque defendendi et generaliter ibidem agendi, procurandi atque concludendi cum dicta notabili congregatione, que necessaria et opportuna erunt et que nos ipsi facere possemus, si presentes et personaliter interessemus. Nunc vero in capitulo nostro sedentes, apud sanctum Quintinum congregati, de premissis certiorati, de vestris prudentia et discretione ad plenum confisi, auctoritatem et potestatem vobis in predicta congregatione Laudunensi concessas, approbamus et ratifficamus (!) per presentes et iterato, in quantum opus est, renovamus, dando et concedendo vobis auctoritatem et potestatem, nomine nostro, in dicto Pysano concilio comparendi, assistendi, iura, privilegia et libertates ordinis defendendi, confirmationem impetrandi et si opus sit, illa ampliandi, unum vel plures loco vestri procuratorem vel procuratores substituendi et generaliter omnes et quoscumque procuratores per nos antea constitutos revocando.

Item, visa requesta magistre et sororum coenobii Gummersheym [61]), nostri ordinis, qua nobis constitit monasterium ipsum tam armatorum incendio, quam alias multipliciter depauperatum esse, petitioni eorum (!) annuentes, quictavimus prefatum monasterium de talliis seu contributionibus ordinis, quas debent pro quattuor annis cessis et pro decem annis futuris.

Item, fiat missiva abbatibus Wadegocie [62]) et Yveldie [63]), eisdem intimando gratiam et libertatem remissionis talliarum predicti coenobii, eosdem exhortando quatenus moniales eiusdem pacificas habeant de

[60]) Iacobus de Bachimont. Cfr. supra, p. 6, n. 33.

[61]) Gommersheim sive Gummersheim situm erat in dioecesi Maguntina. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 98.

[62]) Iohannes von Tholey abbas fuit Wadegotiae annis 1510-1524. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 117.

[63]) Ioh. Schumann. Cfr. supra, p. 29, n. 87.

predictis taliis, iuxta tenorem litterarum nostrarum eisdem desuper concessarum.

Item, fiat commissio generalis in ampla forma ad sex annos abbatibus Wadegociensi [64]) et Ylveldensi [65]) et cuilibet in solidum ad visitandum circarias Wadegocie et Ylveldie cum potestate substituendi casu quo ad hoc vacare non possent tali pacto quod ipsi vel eorum alter aut deputatus ab eis aut eorum altero tenebitur afferre tallias de triennio in triennium sicut hactenus solitum est.

(fol. 10v). Item, fiat commissio abbati monasterii in Lydlum [66]), circarie Frisie, ad sex annos, in forma simili, ut in precedenti articulo continetur.

Item, super discordia mota inter abbatem Carthovorensem [67]) ex una et fratrem Petrum Multoris dicti monasterii professum ex altera, de et super certis excessibus et delictis ab utroque perpetratis, ordinat capitulum quod fiat commissio specialis abbati Vallis Christiane [68]), quatenus assumpto secum aliquo nostri ordinis prelato et notario apostolico, ad monasterium Carthovorense et alias ubi propterea fuerit accedendum, se transferrat (!), audiatque testes ab utraque partium producendos et informationem sic per eum factam et in scriptis fideliter redactam clausamque, domino abbati sancti Martini Laudunensis [69]) refferat. Cui siquidem abbati sancti Martini, assumpto secum abbate Tenoliensi [70]), capitulum concedit auctoritatem et facultatem cognoscendi de causa utriusque partis, tam de penitentia eidem fratri Petro antedicto priscis annis iniuncta, quam de excessibus noviter perpetratis iniungenda et de singulis concludendi et determinandi auctoritatem presentis capituli faciendi ordinationem quam fecerint, per censuras ecclesiasticas ab utraque partium observari.

Item, capitulum committit visitationem circarie Normanie abbati de Lucerna [71]) pro presenti et duobus sequentibus annis, cum potestate recipiendi tallias tam de presenti quam de retroactis annis.

Item, quia ex relatione fratris Iohannis Eurard, prioris Premonstratensis, nobis constitit fratres Anthonium Waudin, et Iacobum

64) Ioh. von Tholey.
65) Ioh. Schumann.
66) Ioh. Duveland. Cfr. supra, p. 142, n. 112.
67) Uti videtur, Simon Aubert.
68) Benedictus de Corbie.
69) Ioh. Poulaillier.
70) Gobertus Aleaume.
71) Franciscus Caignon.

Durant ad instantiam promotoris ordinis fuisse citatos, qui quidem Anthonius minime comparuit nec se excusavit, sed actenta relatione nobis facta de eius infirmitate, non fuit declaratus contumax. Quantum vero ad fratrem Iacobum Durant, ipse personaliter comparuit, sed promotor petiit dilationem ad crastinam diem ad proponendum contra eum. Que dies sibi concessa est inhibendo eidem fratri Iacobo ne ab oppido sancti Quintini sub pena convicti criminis et privatione beneficii discederet, cui precepto obedire promisit.

Item, quia abbas sancti Mariani Altissiodorensis [72]), visitator in circariis Alvernie, Burgundie et Sabaudie, visitando monasterium sancti Andree Clarimontensis, frater Gabriel de la Roche, dicti monasterii prior, (fol. 11r) multis excessibus convictus est et propterea [1]) per eum citatus ad certam diem compariturus auditurusque sententiam contra eum ferendam, a qua appellavit ad curiam parlamenti et obtinuit litteras regias ad prosequendum suam appellationem corambaillivo Montis Ferati. Ordinat capitulum prefato abbati sancti Mariani, quod prosequatur appellationem expensis ordinis, tali pacto quod si fieri possit ad iurisdictionem ordinis remittatur. Quod si obtinuerit, ipsum puniat secundum exigentiam delictorum per ipsum commissorum per privationem beneficiorum aut officiorum si casus id exposcat.

Item, visa supplicatione religiosorum monasterii sancti Martini Laudunensis, actenta devotione intenta, quam habent ad beatum Ioseph, gloriose virginis Marie sponsum, petitioni ac devotioni eorum annuendo, dat eisdem licentiam ammodo faciendi festum beati Ioseph predicti cum novem lectionibus, sicut fieri solet in ordine de uno confessore.

Item, capitulum annuit litteras orationum pro benefactoribus curtis de Claromonte, membri a monasterio sancti Martini dependentis.

Item, similiter fiant littere pro domino N. episcopo Basiliensi [73]), singulari ordinis fautori [!], in bona et ampla forma, ad requestam abbatis Bellagie [74]).

[1]) Post « propterea » deletum fuit « cit » (!).

[72]) Nicolaus Joannis.

[73]) Christophorus von Utenheim episcopus fuit Basileensis annis 1502-1527. Cfr. B. Gams, *Series Episcoporum Ecclesiae Catholicae*. Graz. 1957, p. 261.

[74]) Annis 1508-1530, Nicolaus Schnell abbas fuit Bellelagiae=Bellelay, in dioecesi Basileensi. Cfr. P.-S. Saucy, *Histoire de l'ancienne Abbaye de Bellelay*, 1958, pp. 104-107.

Item, capitulum confirmat, ratifficat [!] et approbat tractatum seu concordiam factam inter abbatem et conventum monasterii Carthovorensis [75]) ex una et dominum Iohannem Parmentier, presbyterum canonicum sancte Marie Magdalene de Monte nostre Domine [76]) ex altera partibus, ratione decimarum grossarum et minutarum de Bruyt [77]), eidem monasterio spectantium, sicut in litteris predicti tractatus, quibus nostre presentes infiguntur, sigillo regali, abbatis et conventus monasterii Carthovorensis munitas, lacius continetur, decretum nostrum in premissis interponentes.

Item, quia a certo tempore citra per capitulum generale fuerat inhibitum fratri Allodio Ullifroy, religioso de Seriaco in pratis, qui se fecerat in curia Romana ordinari sine licentia proprii abbatis [78]), usque ad septem annos minime celebraret, capitulum annuit quod si suo placuerit prelato in susceptis ordinibus administret.

(fol. 11v). Item, fiat commissio abbatibus Parcensi [79]) et Averbodiensi [80]), ad visitandum monasterium Grybergense (!), tam in capite quam in membris, et presertim ad se informandum, si in dicto monasterio sit competens numerus religiosorum ad divinum officium peragendum, et si sint in victu et vestitu debite provisi et in omnibus et singulis, que pro observantia regulari necessaria sunt, debite provideant cogendo tam abbatem [81]) quam religiosos ad observandum ea, que ordinaverint et insuper se informandum de causa propter quam frater Iohannes Bomel a dicto monasterio recessit. Quod si reformationi utilis fuerit, ipsum in dicto monasterio collocent.

Item, fiant littere patentes prepositis Magdeburgensi [82]) et Gracie Dei [83]), in ampla [m]) forma, ad recipiendum fratrem Iohannem Bomel in monasterium, de quo professtus est, actento quod ipse in prepositura

[m]) Post « ampla » deletum est « fren » (!), forsan pro non finita abbreviatione pro « frem », id est « fratrem ».

[75]) Uti videtur, Simon Aubert.

[76]) Magdalena de Monte nostrae Dominae : ?.

[77]) Bruyt : ?.

[78]) Nicolaus de Maucrois. Cfr. supra, p. 68, n. 10.

[79]) Arnoldus Weyten. Cfr. supra, p. 3, n. 6.

[80]) Gerardus van der Scaeft, abbas Averbodiensis, aa. 1501-1532. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 274.

[81]) Petrus eo tempore abbas erat Grimbergensis. Cfr. supra, p. 116, n. 38.

[82]) Henricus Stott. Cfr. supra, p. 93, n. 73.

[83]) Uti videtur, Iohannes Gardelegen. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 220.

et aliis locis ubi moram traxit, honeste et religiose conversatus est ut ibidem residuum vite Domino Deo famuletur.

Item, quia frater Thomas Monoyr, religiosus Calvi Montis, fuit pluries et iteratis vicibus multis criminibus irretitus, convictus et quandoque punitus nec tamen hucusque correctionem recepit, in presenti autem capitulo presentialiter constitutus promisit seipsum emendare et corrigere. Quo audito ei pepersimus (!) tali pacto quod si recidivaverit (!) ab ordine expelletur.

Item, super discordia mota aut moveri sperata inter abbatem de Monte Dei [84]) pro certis expensis, quas se fecisse asserit pro facto abbatis de Lucerna [85]), ordinat capitulum quod causa discordie committatur abbati sancti Iohannis de Fallesia [86]), qui de omnibus et singulis eorum discordiis cognoscat et fine debito iuris ordine servato, terminet.

Item, capitulum acceptat et admittit fratrem Amatum de Fontibus [87]), religiosum Branensem, in priorem nostri collegii Parrisiensis (!), cum stipendiis quadraginta librarum Turonensium, quolibet anno recipiendarum, cum honoribus et prerogativis consuetis. Residuum stipendiorum solitorum dominus Premonstratensis [88]) distribuet uni de religiosis Premonstratensis ecclesie pro sui manutentione studii.

Item, quia hesterna die frater Anthonius Waudin et Iacobus (fol. 12r) Durant ad instantiam promotoris fuerant citati de et super certis excessibus et delictis per eos et eorum quemlibet responsuri, qui quidem frater Anthonius minime comparuit, sed dictus Durant comparuit [89]). Promotor vero diem crastinam ad proponendum contra eum dari sibi petiit, videlicet hodiernam prefatoque Iacobo Durant iniunctum est sub pena excommunicationis et convicti criminis, ne oppidum sancti Quintini exiret et compareret coram nobis hodie. Quo evocato et debite expectato non comparuit. Quocirca ad instantiam promotoris ipsum reputavimus contumacem, prout et reputamus.

Item, quia capitulum non potest pro angustia temporis iuridice de excessibus predictorum fratrum Anthonii Vaudin et Iacobi Durant

[84]) Annis 1512-1557, Iohannes Ferey abbas fuit Montis Dei. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 48.

[85]) Franciscus Caignon.

[86]) Thomas de Malbiche. Cfr. supra, p. 102, n. 15.

[87]) Amatus de Fonte seu de Fontaine postea erit abbas Camerae Fontis, Cuissiaci, S. Martini Laudunensis. Ipse postea, a. 1518, editor erit operum Adami Praemonstratensis. Cfr. J.B. Valvekens, *Liber Beatae Dei Genitricis Virginis Mariae*. In. *Anal. Praem.*, XXVII, 1951, p. 161-162.

[88]) Iohannes de l'Escluse.

[89]) Cfr. supra, p. 167.

impresentiarum cognoscere, capitulum committit auctoritatem domino sancti Martini Laudunensis [90]), assumpto secum abbate Tenoliensi [91]), ad cognoscendum de predictis excessibus, iudicandum et ordinandum desuper necnon et puniendum per revocationem beneficii, privationem officiorum, emissionem et alias ordinis penas secundum exigentiam delictorum.

Item, fiat similis commissio predictis abbatibus sancti Martini [92]), et Thenoliensi [93]), ad cognoscendum de excessibus fratris Guillierini Escarset et iudicandum ut iuris erit.

Item, reverendissimus pater dominus Premonstratensis [94]), in presentia presentis capituli, revocavit omnes et singulas litteras licentiatorias datas fratri Guillierino Escarset cuiuscumque tenoris extiterint et hoc pro multis excessibus quos ea de causa perpetrare non veretur et statim revertatur ad ecclesiam Premonstratensem.

Item, fiat missiva domino gubernatori de Coucy [95]), eidem intimando excessus per fratres Iacobum Durant, Guillielmum (!) Lescarset (!) et Anthonium Waudin perpetratos necnon et scandala ex hiis ordini et religioni contingentia, eumdem exorando quatenus eos suis iniquitatibus non foveat, sed potius ad eos puniendos auxilium et favorem prestet ordini eosque capiat aut capi faciat, si personaliter ipsos apprehendere possit, ipsos aut eorum quemlibet apud Premonstratum vel Laudunum expensis ordinis remittendo.

(fol. 12v). Item, fiant littere participationum pro benefactoribus ecclesie parrochialis sancti Stephani apud Laudunum iuxta monasterium sancti Martini Laudunensis site ad intercessionem confratris nostri abbatis sancti Martini Laudunensis [96]).

Item, quia a certis annis citra de consensu abbatis Clari Fontis [97]), capitulum ordinavit quod frater Iohannes Carlier, eiusdem monasterii religiosus, singulis annis reciperet sex libras pro vestiario eius per abbatem eius solvendas, ordinat capitulum quod actento quod moratur nunc in monasterio sancti Pauli Virdunensis, amodo nichil (!) recipiet

90) Iohannes Poulaillier.
91) Gobertus Aleaume.
92) Ioh. Poullaillier.
93) Gobertus Aleaume.
94) Ioh. de l'Escluse.
95) Abbatia Praemonstratensis sita erat in ditione gubernatoris de Coucy.
96) Ioh. Poulaillier.
97) Antonius Geoffroy.

quamdiu in dicto monasterio vel altero sufficienter dotato morabitur, nichil (!) recipiet [n]).

(fol. 13r). Visiatatores anni presentis quingentesimi duodecimi : Francie, Floreffie : Sancti Martini Laudunensis [98]).

Brabancie, Flandrie : Dominus [o]).

Pontivi : De Seriaco in pratis [99]) et sancti Petri Selincurtis (!) [100]), pro hoc anno.

Lothoringie : Iusti Montis [101]) et Mire Vallis [102]).

Normanie : De Lucerna [103]) pro tribus annis.

Burgundie, Alvernie et Sabaudie : Sancti Mariani Altissiodorensis [104]).

Frisie : Sancte Marie in Lidlum [105]).

Suevie et Bavarie : Aldebergensis [106]).

Westphalie : Knestedensis [107]), usque ad revocationem [p]).

Hungarie : Ad electionem prelatorum ipsius circarie.

Bohemie et Moravie : Abbas Teplensis [108]).

Anglie : Dominus Premonstratensis [109]) habet auctoritatem providendi, exceptis abbatibus de Welbek [110]) et de Langleya [111]) modernis.

Scocie : Prior Candide Case [112]) cum potestate substituendi abbatem Viridi Stagni [113]) usque ad revocationem.

[n]) Residuum fol. 12v, hoc est tres quartae partes folii, remansit vacuum.

[o]) Post « Dominus » residuum lineae vacuum remansit, forsan per errorem scriptoris, qui scribere debebat : « Premonstratensis reservat pro se », ut in ceteris casibus mos erat.

[p]) « Westphalie ... revocationem » scriptum eadem manu, sed alio atramento super linea in spatio vacuo.

[98]) Ioh. Poullailier.

[99]) Ioh. de Hayange. Cfr. supra, p. 21, n. 40.

[100]) Ioh. Fretel.

[101]) Iohannes de Hayange. Cfr. supra, p. 21, n. 40.

[102]) Claudius Haucort. Cfr. supra, p. 158, n. 106.

[103]) Franciscus Caignon.

[104]) Petrus Joly. p.

[105]) Iohannes Duveland. Cfr. supra, p. 122, n. 87

[106]) Leonardus Dürr. Cfr. supra, p. 77, n. 96.

[107]) Matthias de Thurre.

[108]) Petrus. Cfr. supra, p. 113, n. 122.

[109]) Iohannes de l'Escluse.

[110]) Thomas Wilkinson. Cfr. supra, p. 121, n. 79.

[111]) Iohannes Maxey. Cfr. supra, p. 121, n. 80.

[112]) Henricus Mc Dowell, Cfr. supra, p. 59, n. 66.

[113]) Quintinus Vaus. Cfr. supra, p. 58, n. 43.

Wadegocie et Ilveldie : Abbatibus Wadegociensi [114]) et Ilveldensi [115]) ad sex annos.

Hyspanie : De Retorta [116]) et sancte Marie Vitis [117]) et utrique in solidum.

Austrie, Polonie, Tuscie et Calabrie, Dacie, Norgvegie et Terre Hierosolomitane (!) : Procurator ordinis [118]) et prior scholarium [119]) q).

[Addit in fine transscriptionis suae, Gr. du Crocq (ms. Laon, 538, p. 135) : Et hanc copiam ipsis quae Praemonstrati servantur Actis conformen gaudeat futurus Lector. Vere enim hac die decima tertia Decembris anni 1661 conformis est et in fidem subscribo.

Frater Gregorius du Crocq, Ordinis Praem. Secretarius.]

q) Folium sequens, nempe fol. 13r, manet vacuum.

114) Iohannes von Tholey. Cfr. supra, p. 165, n. 62.

115) Iohannes Schumann. Cfr. p. 29, n. 87.

116) Petrus de Azeves. Cfr. p. 92, n. 70.

117) Uti videtur, Garcia de la Vid. Cfr. supra, p. 159, n. 120.

118) Daniel Taypfel.

119) Amatus de Fonte.

13

1513

(Ms. Strahov. 20, fol. 14r-17v)
(= fol. LXXVIII^{r}-IIII^{XXV} foliationis veteris).
(Ms. Laon, 538, pp. 135-141

(fol. 14r). Acta et diffinitiones capituli generalis Premonstratensis ordinis in monasterio sancti Martini Laudunensis anno domini millesimo quingentesimo decimo tertio, die vero XXIVa mensis aprilis celebrati [a]).

Nomina prelatorum comparentium in dicto capitulo :

Dominus Iacobus de Bachimont, in theologia magister, abbas Premonstratensis [1]).

sancti Martini Laudunensis [2])
Cussiacensis (!) [3])
Vallis Serene [4])
Vallis Secrete [5])
Vallis Christiane [6])
Loci Restaurati [7])
Camere Fontis [8])
Gaudii Vallis [9])
Albe Curie [10])
Grandis Campi [11])

[a]) In margine sinistro manu saec. XVII : « Apud sanctum Martinum Laudunensem 1513 ».

[1]) Die 12 maii 1512 mortuus est abbas generalis Iohannes de l'Escluse. Paulo post, conventus Praemonstratensis in abbatem suum, et proinde in abbatem generalem, elegit Iohannem Evrard, canonicum Praemonstratensem. Iste vero, iam ante confirmationem authenticam electionis suae, sponte munus suum abbatiale deposuit. Cfr. Ch. TAIEE, *Prémontré*. t. I, Laon, 1872, p. 152; t. II, Paris, 1873, p. 15. In abbatem Praemonstratensem deinde electus fuit Iacobus de Bachimont, iam inde ab anno 1505 abbas Cuissiacensis.

[2]) Iohannes Poulaillier. Cfr. supra, p. 19, n. 4.

[3]) Anno 1512, in abbatem Cuissiacensem electus est Iohannes Evrard, abbas electus Praemonstratensis, qui satis cito post electionem munus istud deposuerat. Abbas Cuissiacensis remansit usque ad a. 1519. Cfr. N. BACKMUND, *Monasticon*, II, p. 498.

[4]) Nicolaus de Maucrois. Cfr. supra, p. 68, n. 10.

[5]) Benedictus de Corbie, antea abbas Vallis Christianae. Cfr. supra, p. 41, n. 81.

[6]) Benedictus de Corbie abbas remansisse videtur Vallis Christianae.

[7]) Petrus de Haultdecoeur. Cfr. supra, p. 6, n. 38.

[8]) Gulielmus Alis. Cfr. supra, p. 69, n. 16.

[9]) Robertus de l'Epée. Cfr. supra, p. 129, n. 36.

[10]) Simon Maugiron, abbas aa. 1507-1519. Cfr. N. BACKMUND, *Monasticon*, II, p. 543.

[11]) Iohannes Tully-Lefèvre abbas erat Grandis Campi, aa. 1513-1523. Cfr. N. BACKMUND, *Monasticon*, II, p. 553.

Montis sancti Martini [12])
Viromandensis [13])
Sancti Andree in nemore [14])
sancti Iohannis Ambianensis [15])
sancti Petri Selincurtis [16])
de Seriaco in pratis [17])
Sancti Iusti Belvacensis [18])
de Marcasio Radulphi [19])
de Bellosanna [20])
de Monte Dei [21])
sancti Mariani Altissiodorensis [22])
sancti Pauli Virdunensis [23])
Mire Vallis [24])
Septem Fontium in Terrasca [25])
Vallis Dei [26])
Belle Vallis in Argona [27])
Calvi Montis [28])
Bucilliensis [29])
Tenoliensis [30])
de Longo Vado [31])
Septem Fontium in Burgundia [32])
de Genlyaco [33])

Subscripti prestiterunt obedientiam :
Dominus Premonstratensis [34]), Cussiacensis (!) [35]), sancti Iohannis

12) Thomas de l'Escluse abbas erat Montis Sancti Martini aa. 1513-1524. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 420.

13) Uti videtur, Thomas de l'Eglise. Cfr. supra, p. 116, n. 34.

14) Dionysius Daviau. Cfr. supra, p. 4, n. 16.

15) Nicolaus Langrené abbas erat S. Iohannis Ambianensis, aa. 1513-1540. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 546.

16) Iohannes Fretel. Cfr. supra, p. 5, n. 17.

17) Iohannes Merlot. Cfr. supra, p. 5, n. 25.

18) Iohannes de la Morlière abbas erat S. Iusti aa. 1512-1522. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 566.

19) Uti videtur, Iohannes de Quenouilles. Cfr. supra, p. 12, n. 85.

20) Iohannes Boudet. Cfr. N. Backmund, l.c., III, p. 48.

21) Iohannes Ferey. Cfr. supra, p. 169, n. 84.

22) Nicolaus Joannis. Cfr. supra, p. 20, n. 35.

23) Iohannes Pseaume. Cfr. supra, p. 76, n. 93.

24) Claudius Haucort. Cfr. supra, p. 158, n. 166

25) Adam Cornu. Cfr. supra, p. 5, n. 22.

26) Gerardus. Cfr. supra, p. 146, n. 6.

27) Iohannes Collard. Cfr. supra, p. 57, n. 33.

28) Petrus Frayart. Cfr. supra, p. 5, n. 18.

29) Iohannes le Prince. Cfr. p. 46, n. 33.

30) Gobertus Aleaume. Cfr. supra, p. 161, n. 19.

31) Antonius Charlier. Cfr. supra, p. 7, n. 45.

32) Non clare constat quisnam eo tempore fuerit abbas huius domus. Iuxta acta praesentis Capituli, abbas iste pro prima vice interfuit Capitulo, eo quod enumeratur inter eos qui obedientiam Capitulo praestiterunt. Porro, iuxta N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 110, abbas Iacobus Brisson resignavit a. 1510; et abbas sequens, Petrus Thomassin, abbas fuit annis 1518-1552.

33) Iacobus le Pelletier. Cfr. supra, p. 21, n. 46.

34) Iacobus de Bachimont.

35) Iohannes Evrard.

Ambianensis [36]), de Monte Dei [37]), Vallis secrete [38]), Vallis Christiane [39]), Montis sancti Martini [40]), Septem Fontium in Burgundia [41]), Grandis Campi [42]).

(fol. 14v). In primis ordinatum est quod omnes prelati in hoc anno erunt diffinitores.

Item, missas celebrari consuetas primam sancti Iohannis Ambianensis [43]), secundam Vallis Secrete [44]), et terciam Vallis Christiane [45]) abbates celebrabunt.

Item, talliarum receptores erunt Tenoliensis [46]) et Buciliensis [47]) abbates.

Item, excusationes prelatorum recipient Montis sancti Martini [48]), et sancti Iohannis Ambianensis [49]) abbates.

Item, quia festum sancti Marci incidit in feriam secundam presentis ebdomade, quo die est ieiunium regulare, ordinatum est quod ipso die omnes prelati et religiosi in refectorio comedant, silencium et alias ordinis cerimonias debite observantes.

Item, inhibetur sub pena in statutis contenta ne quis prelatus vel religiosus per ecclesiam vel claustrum deambulet, sed in dictis locis silentium secundum statutorum formam ab omnibus observetur.

Item, litteras sigillo capituli generalis sigillandas examinabunt et sigillabunt patres abbates et alii prelati per ipsos advocandi.

Item, auditores compotorum erunt patres abbates et omnes prelati hiis interesse volentes.

Item, audita requesta facta per dominum Premonstratensem noviter ad dignitatem Premonstratensem promotum [50]), ac eius demonstracione

36) Nicolaus Langrené.
37) Iohannes Ferey.
38) Iohannes Michon.
39) Benedictus de Corbie.
40) Thomas de l'Escluse.
41) Petrus Thomassin (?).
42) Iohannes Tully-Lefèvre.
43) Nicolaus Langrené.
44) Iohannes Michon.
45) Benedictus de Corbie.
46) Gobertus Aleaume.
47) Iohannes le Prince.
48) Thomas de l'Escluse.
49) Nicolaus Langrené.
50) de Bachimont a Capitulo Generali an. 1512 (cfr. supra, p. 164), missus fuerat ad Concilium Pisanum. Rex Galliae quidem ad hoc faciendum instanter ipsum Dominum Praemonstratensem excitaverat. Cum vero abbas Praemonstratensis, Ioh. de l'Escluse,

de laboribus et expensis quas sustinuit eundo et serviendo ordini per annum integrum in concilio Pisano, ac in sua promotione Premonstratensi, capitulum habendo respectum ad premissa contulit eidem subsidium graciosum videlicet unam talliam integram colligendam et solvendam in duobus annis proxime futuris et unam graciosam contribucionem per curatos solvendam similiter in duobus annis et taxandam per proprios abbates secundum beneficiorum valorem et in commissionibus visitatorum inseratur clausula ad colligendum dictam talliam et contributiones una cum ordinaria tallia.

Item, attentis laboribus quos dominus abbas Thenoliensis [51]) sustulit eundo Lugdunum cum reverendissimo domino Premonstratensi [52]) ad Pisanum concilium, capitulum remisit sibi talliam ordinariam quam debebat pro presenti anno et capitulo.

(fol. 15r). Item, quia deffuncto (!) reverendissimo in Christo patre domino Iohanne de Sclusa [53]), pie memorie Premonstratensi abbate, religiosi conventuales Premonstratenses deposuerunt actu Fiacrum propter debilitatem ab officio nuntii sine auctoritate capituli generalis, quod facere non poterant. Idcirco capitulum cassat et annullat institutionem per ipsos factam de persona nuncupata Gand et loco eius instituit Nicolaum Cornart [b]) cum honoribus et stipendiis consuetis usque ad revocacionem.

Item, capitulum acceptat in notarium ordinis magistrum Gerardum Jardel usque ad revocacionem et beneplacitum dicti capituli cum

[b]) « Conart » etiam « Corvart » legi potest.

censuerat se huic consilio obsecundare non posse, « considerata eius debilitate et senectute », de Bachimont, tunc abbas Cuissiacensis, « Concilium Pisanum » adivit. In quo Concilio, de Bachimont, concionem pronunciavit, cuius compendium substantiale hac ratione refertur a LEPAIGE, *Bibliotheca Praemonstratensis Ordinis*, Parisiis, 1633, p. 954 : « De generalis Concilii manifestissima et inevitabili necessitate deque summo in collabentis Ecclesiae reparationem fervore colendo, copiose disseruit; narrabat evidentissimorum viminum sentes, qui modernis temporibus vineam Domini, praesertim Ecclesiasticum statum, undique circonvallant et occupant, non nisi oecumenicae Synodi falce eradicari posse ». — Abbas generalis electus, de Bachimont, aegre litteras approbationis obtinuit ex parte Summi Pontificis. Procurator generalis in Urbe, Daniel Taypfel, de hac re litteras valde instructivas misit abbati Parcensi, Arnoldo Wijten. (Cfr. *Anal. Praem.*, XIV, 1938, p. 185 s.). Ex parte summi Pontificis, Iulii II, de Bachimont sententiam excommunicationis incurrerat ob eius praesentiam in « concilio » Pisano; summus Pontifex, Leo X, excommunicationis poenam delevit; atque de Bachimont, qua abbatem Praemonstratensem et caput Ordinis, confirmavit die 20 novembris 1514.

[51]) Gobertus Aleaume.

[52]) Agitur hic iam de Bachiment.

[53]) Iohannes de l'Escluse obiit die 12 maii 1512.

cum stipendiis consuetis prestito primitus per eum coram nobis iuramento in talibus requisito et solito.

Item, capitulum constituit et deputat reverendissimum patrem dominum cardinalem [54]) sancte Crucis protectorem ordinis in Urbe, cum stipendiis quinquaginta ducatorum per singulos annos sibi solvendorum. Si tamen in graciam summi pontificis extiterit et ad pristinos honores restitutus, quod si secus acciderit, procurator ordinis [55]) alium eius loco instituat cardinalem, quem ordini utiliorem cognoverit protectorem.

Item, quia constitit nobis ex relatione fide dignorum quod monasterium sancti Iohannis de Fallesia, ad quod frater Claudius de Marguaylize religiosus monasterii Clari Fontis per quinquennium fuit per dominum Premonstratensem emissus, multis est religiosis oneratus. Idcirco ordinatum est quod predictus frater Claudius emittetur ad monasterium de Blancalanda residuum sue emissionis peracturus.

Item, fiant littere orationum in ampla forma pro reverendissimo domino Achille de Grass (!) tituli sancti Sixti presbyteri (!) cardinalis (!) Bononiensis (!) vulgariter nuncupati [56]).

Item, fiant bine littere missive prelatis Brabancie, Flandrie necnon et prelatis et prepositis circarie Westphalie suis litteris responsive de et super eo quod nonnulli summi pontificis collectores nituntur exigere ab ipsis denarium sancti Petri pro excepcione ordinis debitum, videlicet sex florenorum de camera pro quolibet anno, quos totus ordo per dominum Premonstratensem talliarum ordinis receptorem solvere consuevit. Quam tamen sommam [!] non persolvit ab anno quingentesimo primo ut patet per coppiam (!) quictantie quam eis transmittimus, eisdem prelatis intimando quod per nos non stetit neque stat, quominus non fuerunt soluti prout et solvere paratus fuit et est predictus dominus Premonstratensis, sed quia non comparuit collector potestatem habens (fol. 15v) recipiendi, insolutum remansit. Et preterea quia prelati collectores nituntur ab ipsis annatam exigere, commissum est procuratori ordinis in Urbe [57]), ut quantum poterit insistat apud summum pontificem ne hoc novum petendum genus a pauperrimis monasteriis nostri ordinis colligat ipsosque in sua libertate tueatur et deffendat (!).

[54]) Cardinalis s. Crucis, protector Ordinis in Urbe?

[55]) Daniel Taypfel.

[56]) Achilles de Grassi, cardinalis inde ab a. 1511, archiepiscopus Bononiensis, defensor strenuus S. Pontificis, mortuus est 22 novembris 1523.

[57]) Daniel Taypfel.

Item, quia anno preterito ex certis causis frater Daniel procurator ordinis in Urbe fuit per nos revocatus [58]), nichilominus de eius prudencia et diligencia confidentes ipsum ordinis procuratorem in Urbe constituimus cum stipendiis et honoribus solitis et consuetis et in eius procuratorio inseratur clausula quod possit absolvere religiosum ordinis nostri ad Urbem confugientem ab apostasia et censuris ordinis in foro penitenciali, ipsos tamen ad prelatos proprios infra certum terminum puniendos remittendo, prestito coram nobis iuramento de numquam obtinendo provisionem aut reservacionem in curia super dignitatibus aut beneficiis ordinis.

Item, quia a certo tempore citra frater Iohannes du Val, religiosus sancti Petri Selincurtis, ad curiam Romanam, sine licencia proprii prelati auffugit (!) apostasiam et excommunicacionem incurrendo, a qua fuit per procuratorem ordinis in viam auctoritatis sibi concesse absolutus et ad proprium prelatum remissus, infra quinque menses proprium monasterium regressurus et tandem ad dictum monasterium tendens mortuus est nec scitur an obierit infra tempus sibi prefixum revertendi vel aliqua fuerit infirmitate detentus, ordinat capitulum quod fiant pro eo orationes ordinis consuete [c]).

Item, super controversia mota inter fratrem Guillermum Parys, religiosum monasterii de Silliaco, nostri Premonstratensis ordinis, diocesis Sagiensis ex una et fratrem Iohannem le Fort [59]) se pro abbate dicti monasterii de Silliaco gerente ex altera, super iure dignitatis abbacialis sepe dicti monasterii. Qui quidem Le Fort ad instanciam prefati Guillermi coram nobis in capitulo nostro generali citatus fuit, sicut dicebatur, loquendo ad personam fratris Caroli le Nuere (?) dicti monasterii religiosi, se gerentis pro procuratore dicti fratris Iohannis Le Fort, ad quam diem sibi assignatam minime comparuit. Qua de re predictus Guillermus actor comparens in propria persona contumaciam eius accusans et instanter petens. Quia non constitit nobis de procuratorio speciali predicti le Nuere (?), contumaciam in dictum le Fort ferre distullimus et differimus et insuper quia propter locorum

[c]) Post « consuete » sequitur : « Prestito coram nobis iuramento de numquam obtinendo provisionem aut reservacionem in curia super dignitatibus aut beneficiis ordinis » quod autem deletum est.

[58]) Idem.

[59]) Iohannes Le Fort abbas fuit Silliensis (=Silly), annis 1499-1513. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 51. Fertur ipsum a. 1513 cessisse a munere abbatiali, et Guillelmum Paris ipsi successisse in munere abbatiali. Circumstantiae cessionis vero non adeo clarae videntur.

distanciam de iuribus utriusque partis sine magnis laboribus ipsarum et gravibus expensis cognoscere non valemus (fol. 16r) capitulum committit auctoritatem abbati de Bella Stella [60]), Baiocensis diocesis, ad evocandum coram ipso predictas partes et cognoscendum de iure ipsorum, audiendum, terminandum usque ad sentenciam diffinitivam inclusive, auctoritate capituli generalis cum consilio tamen iuris peritorum, per ipsum expensis partium vocandorum.

Christi nomine invocato. Visa sentencia contra fratrem Franciscum de Marchevilla alias Hance religiosum monasterii sancti Pauli Virdunensis, olim rectorem ecclesie parochialis de Orebbe (?) predicte diocesis, cuius sentencie tenor sequitur. Quia ex ultronea confessione tua, frater Francisce, in qua perstitisti, nobis legitime constitit te stupri et incestus vicium cum quadam Hubeleta adolescente innupta, parochiana et filia tua spirituali commississe necnon ex ipsa tua confessione et fide dignorum testium deposicione aliisque coniecturis, presumptionibus et indiciis ac alias ex processu inquisitionis contra te specialiter agitato comperimus te fuisse in lata culpa et dissoluta negligentia, quod dicta Hubeleta mentita se non esse pregnantem, proprium quem peperit natum, extinxit et occidit. Quare per iudices seculares igni tradita est, ex quo gravissimum et maximum scandalum est ortum. Idcirco te dicimus incestuosum et stupri crimine irretitum teque irregularitatis notam contraxisse et irregularem ac ab officio suspensum declaramus et insu(per) [d]) te reverendo patri domino abbati tuo tradimus pro huiusmodi criminibus et delict(is) [d]) secundum ordinis et monasterii tui regulas et statuta corrigendum. Quam quidem nostram sent-(entiam) [d]) sic subscripsimus, ita pronunciavi ego Iohannes Magnilliot. Post cuius receptionis (!) [e]) sentenciam (!) nos in capitulo nostro generali pariter congregati actenta delictorum et excessuum gravitate et ordinis nostri scandalo exinde secuto, mat(ura) [d]) deliberacione prehabita, etsi perpetuis carceribus secundum iuris rigorem esset merito condempnandus, nichilominus nos mitius cum eo agere volentes et misericordiam iusticie preferentes, predictum fratrem Franciscum a monasterio sancti Pauli antedicto, perpetuo et sine aliqua spe reversionis emittendum fore decrevimus prout et emittimus, hoc videlicet anno primo sequenti, in monasterio Vallis Secrete penitenciam XLa dierum gravioris culpe peracturum et deinde toto anno in singulis sextis feriis

[d]) Pars scripturae periit per devorationem chartae a musculis.

[e]) Sic per errorem scribae, loco « sentencie receptionem ».

[60]) Thomas Chanceler. Cfr. supra, p. 50, n. 53.

pane et aqua dumtaxat reficiendum. Quo completo si abbas predicti monasterii noluerit eum retinere, de alio monasterio sibi per capitulum providebitur, ita tamen quod abbas predicti monasterii sancti Pauli annuatim solvere tenebitur decem libras pro expensis dicti fratris Francisci. (fol. 16v) Post cuius sentencie prolacionem predictum fratrem Franciscum coram nobis personaliter constitutum, de gracia speciali cum eo super irregularitatis macula stupri et incestus criminibus absolvimus atque misericorditer dispensamus ac absolutum et dispensatum declaramus.

Item, quia venerabilis confrater noster abbas sancti Mariani Altissiodorensis [61]), visitor circarie Alvernie, in cursu visitacionis sue fratrem Gabrielem de la Roche, religiosum sancti Andree Clari Montis pro certis causis suis exigentibus demeritis citari fecit coram eo, penitentiam recepturus. A qua citacione et executore ipsius ad iudices seculares appellavit, quam appellacionem prosecutus est coram ballivo Montis Ferrati ad correctionem ordinis evitandum. Qui quidem ballivus ipsum remisit ordini puniendum ipsumque in expensis condempnavit, a qua sentencia iterum ad curiam parlamenti appellavit. Ordinat capitulum, quod prior scholarium [62]) ordinis Parrhisiiss (!) predictam appellacionem prosequatur usque ad finem ita quod si possibile sit nobis puniendus et corrigendus premittatur.

Item, attenta et considerata incorrigibilitate fratris Thome Monnoyr religiosi monasterii Calvi Montis, qui multis et gravibus delictis et criminibus irretitus convictus et confessus est, etsi sepius misericorditer punitus usque decies et ultra vitam emendare neglexit et contempnit. Actento presertim quod anno preterito ei perperceramus tali pacto quod si recidivaret, ab ordine nostro eiiceretur et habitu ordinis privaretur [63]). Qui quidem facere spopondit. Attamen de his omnibus minime curavit. Et ab anno citra, apostatando et habitum ordinis relinquendo, per villas et oppida quam plura scandala et delicta perpetrando auffugit. Quapropter capitulum ordinat quod fiat commissio abbatibus Bucilliensi [64]) et Thenoliensi [65]) ad ipsum capiendum vel capi faciendum et habitu ordinis exuendum et perpetuo privandum absque ulla spe receptionis habitus prefati.

[61]) Nicolaus Joannis.

[62]) In Capitulo Generali anni 1512, Amatus de Fonte (Aimé de Fontaine) ad hoc munus designatus fuit. Cfr. supra, p. 169. n. 87.

[63]) Thomas Monnoyr iam in Capitulis anni 1509 et 1510 ed eadem re accusatus fuerat. Cfr. supra, p. 123; 134.

[64]) Iohannes le Prince.

[65]) Gobertus Aleaume.

Super supplicacione facta per reverendum patrem dominum Gobertum abbatem monasterii de Thenolio [66]) annuit eidem ratasque habet et gratas quasdam pias largitiones, quas ipse contulit conventui dicti monasterii ex bonis sibi provenientibus ex legitima parentum suorum successione, videlicet quamdam domum sitam in villa de Vervinio [67]) et quaedam prata, ex quibus proveniunt circiter decem libras(!) annui redditus eo pacto quod novicii dicti monasterii tenebuntur in perpetuum singulis diebus immediate post celebracionem misse beate Marie virginis decantare responsorium « Ne recorderis » cum versiculo consueto, psalmo De profundis (fol. 17r) et collectis Inclina, et Fidelium pro animabus ipsius et parentum suorum defunctorum.

Item, quia nonnulli religiosi ordinis nostri Parrhisiis et alibi in aliis universitatibus in regno Francie consistentibus nituntur sine speciali licencia ad gradus baccalauriatus (!) aut doctoratus theologie aut iuris canonici promoveri, capitulum prohibet sub pena inobediencie, omnibus et singulis religiosis in pretacto regno studentibus, ne amodo presumant ad aliquos gradus sine speciali capituli generalis licentia promoveri, alioquin ipsos et eorum quemlibet iure nominacionis fore et esse privandos decernimus.

Item, quia anno preterito frater Amatus de Fonte [68]) fuit institutus prior scholarium Parrhisiensium, cum stipendiis quadraginta librarum Turonensium dumtaxat, capitulum ordinat quod amodo recipiet et habebit plenariam et integram solutionem stipendiorum priori scholarium antea solutorum.

Item, quia nonnulli abbates et religiosi ordinis nostri in scandalum ordinis cappas et scapularia subtilis lane, vulgariter nuncupate sayeta defferunt (!) contra prohibitiones capituli generalis iamdudum factas, capitulum predictum statutum renovando, prohibet universis ordinis nostri religiosis ne am(odo) [d]) predictas cappas vel scapularia syete (!) in quocumque loco defferant (!), sed habea (ant) [d]) cappas et scapularia de panno birretra (! ?) debite cooperiant. Prelati autem dumtaxat in capitulo generali vel in peregrinationibus longinqu[is] [d]) predictas cappas habere et defferre (!) poterunt. Et in commissione prioris scholarium inseratur clausula quod adhibeat diligentiam ad hoc, ut scholares predicta non defferant (!).

Item, capitulum ordinat ne amodo aliqui religiosi ordinis nostri Parrhisiis aut alibi tamquam studentes admittantur nisi habeant

[66]) Idem.

[67]) Vervins, civitas in Gallia; dép. : Aisne.

[68]) Cfr. supra, p. 169.

cappas honestas et decentes cum quibus in villa et in processionibus rectoris pro religionis honestate incedere possint.

Item, fiant littere orationum pro reverendissimo patre et domino domino Bernardino de Carnail, episcopo cardinali tituli sancte Crucis in meliori forma.

Item, fiant littere orationum pro nobili viro Iacobo de Sourbel domino temporali de Gerondelle et eius conthorali, ad requestam abbatis Bucilliensis [69]).

(fol. 17v). Item, fiant littere orationum pro domino Thoma Gigneu, presbytero curie Laudunensis notario, et Gerardo Gigneu, patre eius, in forma communi, ad requestam abbatis sancti Martini Laudunensis [70])

Visitatores anni presentis millesimi quingentesimi decimi tercii :

Francie, Floreffie, Brabancie, Flandrie, Pontivi : dominus Premonstratensis [71]) reservat pro se.

Lothoringie : Iusti Montis [72]) et Mire Vallis [73]) ad triennium.

Normaniae : de Lucerna [74]) ad triennium.

Burgundie, Alvernie et Sabaudie : sancti Mariani Altissiodorensis [75]).

Frisie : sancte Marie in Lidlum [76]).

Suevie et Bavarie : Aldebergensis [77]).

Hungarie : ad electionem prelatorum.

Scocie : Prior Candide Case [78]) cum auctoritate substituendi.

Wadegocie et Idveldie[!] : Wadegociensis [79]) et Ilveldensis [80]) ad sex annos.

Hyspanie : de Retorta [81]) et sancte Marie Vitis [82]) et uterque in solidum.

Anglie, Bohemie, Moravie, Polonie, Tuscie, Calabrie, Dacie, Norgvegie et Terre Iherosolimitane : Procurator ordinis [83]) cum potestate

[69]) Ioh. le Prince.
[70]) Ioh. Poulaillier.
[71]) Iac. de Bachimont.
[72]) Ioh. de Hayange.
[73]) Claudius Haucort.
[74]) Franc. Caignon.
[75]) Petrus Joly.
[76]) Ioh. Duveland. Cfr. supra, p. 122, n. 87.
[77]) Leonardus Dürr. Cfr. supra, p. 77, n. 96.
[78]) Quintinus Vaus. Cfr. supra, p. 58, n. 43.
[79]) Ioh. von Tholey. Cfr. supra, p. 165, n. 62.
[80]) Ioh. Schumann. Cfr. p. 29, n. 87.
[81]) Petrus de Azeves. Cfr. supra, p. 92, n. 70.
[82]) Uti videtur, Garcias de la Vid. Cfr. suhra, p.159, n. 120.
[83]) Daniel Taypfel.

substituendi, assumpto secum aliquo prelato nostri ordinis, quem in qualibet circaria mutare poterit. Cum auctoritate recipiendi tallias in regno Hungarie,iuxta et secundum graciam per capitulum generale eis concessam.

Finis diffinitionum eiusdem capituli generalis.

G(erardus J)ardel m(anu) p(ropria).
ordinis notarius [f])

[Gr. du Crocq in sua copia Actorum huius Capituli (ms. Laon, 538, p. 147), haec in fine addit : Ex originali quaedam errata corrigere volui, sed plane, sicut et supra semper, conformem copiam transferre volui ad posteros, et transfero hac die vigesima octava decembris anni labentis millesimi sexcentesimi sexagesimi primi, anni non quidem pestilentis, sed super solidum ... In cuius fidem subscribo.

fr. Gregorius du Crocq, Ordinis et Revmi Generalis Secretarius.]

[f]) Sequens folium 18r-18v vacuum remansit.

14

1514

(Ms. Strahov, 20, fol. 19r-24v)
(= fol. IIIIxx-IIIr-IIIIxx-VIIIv foliationis veteris).
(Ms. Laon, 538, pp. 142-147)

(fol. 19r) Acta et diffinitiones capituli generalis ordinis Premonstratensis anno domini millesimo quingentesimo decimo quarto die vero decima quarta mensis maii celebrati in Premonstratensi cenobio [a]).

Nomina prelatorum comparentium in dicto capitulo :
Dominus Iacobus de Bachimont in theologia magister, abbas Premonstratensis [1]).
Sancti Martini Laudunensis [2])
Cuissiacensis [3])
Vallis Serene [4])
Vallis Secrete [5])
Vallisse (!) Christiane [6])
Loci Restaurati [7])
Montis Sancti Martini [8])
Viromandensis [9])
Sancti Iohannis Ambianensis [10])
Sancti Iusti Belvacensis [11])
Calvi Montis [12])
Bucilliensis [13])
Thenoliensis [14]).
De Longo Vado [15])

[a]) « in Premonstratensi cenobio », scriptum est alio atramento. In margine sinistro manu saec. XVII » : « Premonstrati 15014(!) ».

[1]) Iacobus de Bachimont, antea abbas Cuissiacensis, abbas generalis erat inde ab anno 1513.
[2]) Iohannes Poulaillier. Cfr. supra, p. 19, n. 4.
[3]) Iohannes Evrard. Cfr. supra, p. 173, n. 3.
[4]) Nicolaus de Maucrois. Cfr. supra, p. 68, n. 10.
[5]) Benedictus de Corbie. Cfr. supra, p. 41, n. 81.
[6]) Benedictus de Corbie, uti videtur.
[7]) Petrus de Hauldecoeur. Cfr. supra, p. 6, n. 38.
[8]) Thomas de l'Escluse. Cfr. supra, p. 174, n. 12.
[9]) Uti videtur, Thomas de l'Eglise. Cfr. supra, p. 116, n. 34.
[10]) Nicolaus Langrené. Cfr. supra, p. 174, n. 15.
[11]) Iohannes de la Morlière. Cfr. supra, p. 174, n. 18.
[12]) Petrus Frayart. Cfr. supra, p. 5, n. 18.
[13]) Iohannes le Prince. Cfr. supra, p. 46, n. 55.
[14]) Gobertus Aleaume. Cfr. supra, p. 161, n. 19.
[15]) Antonius Charlier. Cfr. supra, p. 7, n. 45.

De Genliaco [16]). De Moncellis [19])
De Hermeriis [17]) Sancti Iusti [b])
De Perrodio Novo [18]) Rengis Vallis [20])

Superscripti (!) prestiterunt obedientiam :
Sancti Iusti [21]) [c] De Moncellis [22]) [c]).

(fol. 19v). Item, ordinatum est quod omnes prelati in hoc anno erunt diffinitores.

Item, missas celebrari consuetas, primam sancte Marie de Moncellis [23]), secundam sancti Iusti [24]) abbates et tertiam prior huius domus celebrabunt.

Item, talliarum receptores erit Thenoliensis abbas [25]).

Item, excusationes prelatorum recipient Montis Sancti Martini [26]) et sancti Iohannis [27]) abbates.

Item, inhibetur sub pena in statutis contenta ne quis prelatus vel religiosus per ecclesiam vel claustrum deambulet, sed in dictis locis silentium secundum formam in statutis contentam ab omnibus observetur.

Item, litteras sigillo capituli generalis sigillandas examinabunt et sigillabunt patres abbates et omnes prelati hiis interesse volentes.

Item, super litteris per procuratorem ordinis [28]) Rome residentem, in quibus missivis agebatur de reductione Anglorum ad iurisdictionem

[b]) « Sancti Iusti » non est hic deletum, quamquam iam semel in serie praelatorum comparentium in praesenti Capitulo, uti « Saneti Iusti Bellavacensis » occurrit.

[c]) « Sancti Iusti, De Moncellis « scriptum est alio atramento.

16) Iacobus le Pelletier. Cfr. supra, p. 21, n. 46.

17) Iacobus du Saussay, abbas fuit annis 1506-1521. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 508.

18) Iohannes Allain. Cfr. supra, p. 72, n. 66.

19) Thomas Gobert, successor abbatis Petri Brunet. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 517.

20) Annis 1510-1537, Iohannes Clement abbas fuit Rengis Vallis (=Rengéval, in dioecesi, olim Tullensi, nunc Virdunensi, Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 96.

21) Iohannes de la Morlière.

22) Thomas Gobert.

23) Thomas Gobert.

24) Iohannes de la Morlière.

25) Gobertus Aleaume.

26) Thomas de l'Escluse.

27) Nicolaus Langrené.

28) Daniel Taypfel. Cfr. supra, p. 75, n. 87.

ordinis, capitulum ordinat quod primo habeatur consilium iurisperitorum, de medio providendi opportuno.

Quo habito, patres abbates simul conferrent (!) ad prosequendum negocium prout iuris erit.

(fol. 20r). Item, super provisione procuratoris, viso quod predecessores sui non habuerint tam sumptuosam pecuniam, capitulum ordinavit non augere sua stipendia. Et si ordini cum illis inservire recusaverit, mittetur alius procurator. Verumtamen si aliquas expensas extraordinarias pro tuitione privilegiorum ordinis fecerit necessarias, per capitulum fiet ei satisfactio legalis.

Item, quoad pensionem protectoris capitulum ordinavit quod mittentur sibi quinquaginta scuta de talliis Gallie.

Item, quoad supplicationem factam per abbatem beate Marie de Moncellis [29]) qui requirebat confirmationem pensionis in favorem reverendi patris domini Petri Brunelli [30]) create, nuper abbatis praefati monasterii de Moncellis, ratum et gratum capitulum generale habuit.

Item, capitulum ordinat quod magister Iacobus de Wauboulon, officialis Laudunensis et magister Petrus Mairesse, advocatus regius in Lauduno, habebunt singuli annuatim in sommam quinquaginta solidorum Turonensium de peculio Ordinis.

Item, fiant littere associationis pro confratribus confratrie (!) beate Barbare in ecclesia sancti Eligii in monasterio sancti Martini Laudunensis ad supplicationem abbatis dicti monasterii [31]).

(fol. 20v). Item, fiant littere orationum pro venerando domino Guillelmi Debenat, officialis insignis ecclesie Noviomensis, proprio modo dominorum.

Item, audita relatione reverendorum patrum ac dominorum sancti Martini Laudunensis [32]) et beate Marie Thenoliensis [33]), super moribus fratris Iohannis Hutin, qui manus violentas iniecit [d]) in priorem dicti monasterii Thenoliensis, ac in quemdam religiosum presbyterum nominatum fratrem Iohannem Ramaige usque ad notabilem sanguinis effusionem ac carceres, in quibus positus erat, demeritis suis exigentibus, effregit. Propter quos excessus per reverendum in Christo patrem

[d]) « iniecti » superscriptum loco deleti « iniecerit ».

[29]) Thomas Gobert.

[30]) Petrus Brunet abbas fuerat usque ad annum 1513 in illa abbatia. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 517.

[31]) Iohannes Poulaillier.

[32]) Idem.

[33]) Gobertus Aleaume.

Laudunensem [34]) fuit emittendus, si non resipisceret per tres annos in monasterio Cornellionensi [35]) ac carceribus per annum vel plus mancipandus, secundum exigentiam suorum delictorum, capitulum generale ordinat quod puniatur pena carceris per annum, quarta et sexta feriis in pane et aqua, salva gratia predicti patris sancti Martini, qui visa sua penitentia mitius cum eo agere poterit.

Item, consideratis gravibus negociis ordinis capitulum generale ordinavit quod singuli curati et priores et omnes beneficiati [e]) ordinis dabunt viginti solidos Turonenses infra diem Iohannis Baptiste, ad quorum solutionem compellentur per prelatos proprios cum censuris ordinis.

Item, super requesta reverendissimi patris requirentis absolutionem super iuramento pro contractibus rescindendis, capitulum annuit quod fiant littere absolutionis.

(fol. 21r). Audita supplicatione Petri Guinet, requirentis quod reverendus in Christo pater et confrater noster abbas sancte Marie de Carthovoro [36]) compelleretur sibi providere de vestiario sufficienti, capitulum ordinavit quod predictus abbas dabit sibi vestem ad valorem centum solidorum, actento quod ecclesie deservierit sine vestiario.

Visa requesta fratris Francisci de Marchevilla, requirentis relaxationem et condempnationem emissionis sue sine [f]) spe revertendi, capitulum ordinavit quod non dispensabitur cum eo, sed remanebit in monasterio Vallis Secrete, prout diffinitum fuit in capitulo preterito [37]).

Visis litteris prelatorum Scotie conquerentium super dilapidatione et aliis criminibus reverendi in Christo patris abbatis monasterii sacri Nemoris [38]) ac de obedientia suis prelatis et superioribus ac patribus abbatibus substracta, capitulum generale statuit quod fiet commissio certis iudicibus, videlicet episcopo de Argyl [39]) et rectori de

[e]) « Omnes beneficiati », scriptum est supra lineam, alia manu.

[f]) « sine » scriptum est supra lineam alio atramento.

[34]) Iohannes Poulaillier.

[35]) Corneolum = Corneux situm erat in dioecesi Bisontinensi = Besançon.

[36]) Uti videtur, Simon Aubert. Cfr. supra, p. 6, n. 34.

[37]) Cfr. supra, p. 173.

[38]) Abbas Sacri Bosci, seu Holywood, in dioecesi Gallovidianensi = Galloway, in Scotia, erat, uti videtur, Iohannes Welch. Cfr. supra, p. 59, n. 69.

[39]) Episcopus in Argyle (Scotia), annis 1506-1530, erat David Hamilton. Cfr. P. Gams, *Series Episcoporum Ecclesiae Catholicae*, Graz, 1957, p. 237.

Kyrkmahe [40]) canonico Glasguynensi et eorum altero, qui auctoritate reverendissimi [g]) in Christo patris ac capituli generalis poterunt inquirere super prelibatis excessibus ac aliis contra Deum [h]) et religionem commissis. Et si constet illis de tali dilapidatione et substractione ab ordine (!) [i]) obedientia, certiorem faciant reverendissimum patrem capitulumque generale super actis, citando personaliter prefatum patrem auctoritate reverendissimi patris capitulique generalis in (fol. 21v) proximo capitulo generali responsurum ad ea, que contra eum proponentur, ut secundum statuta ordinis et iuris equitatem et ad depositionem, si opus fuerit, contra eum procedatur.

Item, audita supplicatione reverendissimi patris super confirmatione cuiusdam tractatus initi cum Guidone Caigmart [l]) de firma vulgariter nuncupata Soupy [m]) [41]), capitulum annuit quod fiant littere confirmationum iuxta et secundum formam litterarum abbatis et conventus eiusdem monasterii.

Item, visa requesta fratris Petri Multoris requirentis remissionem emissionis [n]) usque ad festum sancti Iohannis Baptiste in monasterio de Bello Loco faciende, capitulum annuit ei et ordinavit quod remaneat in beneficio suo post sinodum (!) proxime venturam in civitate Suessionensi celebrandam premissa absolutione reverendissimi patris astantibus patribus capitulantibus (!).

Item, super appunctuamento facto vel faciendo inter commendatarium Dei Loci in Jardo [42]), et religiosos illius monasterii, capitulum deputat reverendissimum patrem reverendosque patres abbates sancti Martini Laudunensem [43]) et Cuissiacensem [44]) et eorum quemlibet in solidum, qui visis mandatis et procuratoriis partium auctoritate

g) Post « reverendissimi » sequitur deletum « patris ».

h) « Deum » scriptum super lineam alia manu.

i) « ordine » scriptum per errorem loco « ordinis ».

l) « Caigmart » etiam « Caigniart » legi potest.

m) « Soupy » scriptum est alia manu loco deleti « Souppy ».

n) Post « missionis » sequitur deletum « fut(urum ?) ».

40) Defuncto, anno 1484, abbate Elia Tirant, conventus in abbatem suum elegit Renatum de la Tremblaye. « Curia autem Romana intrusit Iohannesm de la Tremoille, qui vi armata abbatiam invasit ». Ita N. Backmund, III, p. 25. n. 31.

41) Soupy=Soupir, dép. Aisne, cant. Vailly; varias formas huius nominis vide apud J. Evers, *L'Obituaire de l'Abbaye de Prémontré*, 2e *partie*, Tongerlo, 1925, p. 136. (in *Anal Praem.*, 1, 1925, pag. spec.).

42) Claudius de Bessan, cfr. pag. 189.

43) Iohannes Poulaillier.

44) Ioannes Evrard.

capituli poterunt [o]) coroborare (!) illa que facta vel facienda in huiusmodi negotio fuerunt vel erunt.

(fol. 22r). Item, capitulum approbavit reformationem factam in monasterio Dei Loci in Iardo per reverendum in Christo patrem fratrem Iohannem Alani de Perodio Novo abbatem [45]) et intendit etiam usque ad iusticie complementum cum predicto reverendo patre prosequi processum, non obstante appellatione Claudii de Bessan, eiusdem monasterii Dei Loci commendatarii [46]), qui appellavit ab eadem reformatione tamquam ab abusu et relevavit suam predictam appellationem in curia parlamenti.

Item, super petitione reverendi in Christo patris confratris nostri abbatis de Perodo Novo [47]), qui requirebat ratificationem illorum que gesta sunt in processu moto inter eum et dominum du Bois Daulphini et domicellam [p]) Guyonne de Beauvais eius matrem et pendentium in curia de Chynon [q]) [48]) et alibi et potestatem prosequendi usque ad diffinitinivum cause, capitulum ordinavit quod fieret procuratorium nomine capituli, viso quod talis prosequutio fiet expensis dicti monasterii de Perodio Novo.

Visis litteris prelatorum Hyspanie requirentium vicarium unum vel plures, qui auctoritate reverendissimi patris et capituli generalis in circariis Hyspanie fungerentur, capitulum generale ordinavit quod reverendi patres de Retorta [49]) et de Vite [50]) et quilibet eorum in solidum, habebunt usque ad duodecim annos auctoritatem congregandi omnes prelatos et prepositos atque procuratores nostri ordinis circariarum Hyspanie de triennio in triennium, reformandi ea que erunt reformanda (fol. 22v) tam in capite quam in membris cum omni plenitudine potestatis, etiam ad depositionem inclusive, si opus fuerit. Attento quod de triennio in triennium tenebuntur mittere triginta scuta Rome procuratori ordinis, qui quidem procurator habebit auctoritatem de pecuniis receptis quictantiam dandi.

[o]) « poterunt » scriptum est alia manu supra lineam loco deleti « poterant ».

[p]) Post « domicellam » deletum est « Guidi ».

[q]) Post « alibi » spatium vacuum circa litterarum viginti relictum est.

[45]) Iohannes Allain, 1502-1508. Cfr. N. Backmund, *l.c.*, III, p. 30.

[46]) De hoc abbate commendatario, secus nihil scitur.

[47]) Iohannes Allain.

[48]) Chynen = Chinon, in Galia; dép. Indre-et-Loire.

[49]) Petrus de la Vid. Cfr. supra, p. 92, n. 70.

[50]) Uti videtur, Garcias de la Vid. Cfr. supra, p. 159, n. 120.

Item, audita requesta reverendi in Christo patris confratris nostri abbatis sancti Petri de Selincurtis [51]) requirentis roborationem cuiusdam contractus initi inter abbatem et conventum prelibati monasterii ex una et dominum Iohannem de Monchy, dominum de Senarpont [52]) et subiectos dicti domini partibus ex altera super sexaginta journellos ve[jalleois (?) terre (?) pratorum. Capitulum generale ordinavit quod roboraretur iuxta et secundum formam litterarum super tali tractatu confectarum.

Item, capitulum ordinavit quod frater Hugo de Campis alias extra gremium ordinis deiectus propter incorrigibilitatem in eo repertam, actenta supplicatione reverendi patris ac confratris nostri sancti Petri de Selincurtis [53]) ac prenominati religiosi penitentia lamentabili, recipietur in prefato monasterio sancti Petri de Selincurtis et si eum infra annum scandalosum adinvenerit, poterit eum expellere sicut antea expulsus fuit, premissa absolutione reverendissimi patris astantibus patribus capitulantibus (!).

(fol. 23r). Item, audita supplicatione reverendi in Christo patris ac confratris nostri Loci Restaurati [54]), qui exposuit quamdam donationem fecisse suis religiosis actento quod ei remittant viginti solidos Turonenses eisdem per reverendum patrem Iohannem Milet, bone memorie nuper episcopum Suessionensem [55]) datos et concessos, capitulum generale tali tractatui annuit.

Item, ordinat capitulum generale quod fiat nova commissio abbatibus Bucilliensi et Thenoliensi [56]), ad capiendum vel capi faciendum fratrem Thomam Monnoyr, religiosum monasterii Calvi Montis.

Item, fiant littere associationis pro benefactoribus ecclesie parrochialis sancti Marcelli subtus Laudunum, ad supplicationem discreti viri domini Thome Gigneux, presbyteri.

Item, visis litteris confratris nostri abbatis monasterii de Blancalanda [57]), in quo fuerat missus frater Claudius de Marethetegli (!) [58]),

[51]) Iohannes Fretel.

[52]) Senarpont : Dép. Somme, in Gallia.

[53]) Iohannes Fretel.

[54]) Petrus de Haultdecoer. Cfr. supra, p. 6, n. 38.

[55]) Iohannes Millet, episcopus Suessionensis, defunctus erat a. 1503. Cdr. P. Gams, *Series Episcoporum Ecclesiae Catholicae*. Graz, 1957, p. 633.

[56]) Uti videtur, Iohannes le Prince; Gobertus Aleaume.

[57]) Laurentius Mulot. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, t. III, p. 20.

[58]) De isto religioso sermo fuerat in Capitulo Generali anni 1513; nomen tamen eius ibidem modo quodam alio scribitur. Cfr. supra, p. 177.

religiosus professus de Claro Fonte ad peragendam emissionem de quinquiennio (!) [r]. Qui quidem abbas confrater noster intimavit religiosorum suorum habundatiam et multitudinem. Capitulum ordinavit quod predictus frater Claudius primo ab excommunicatione, irregularitate et apostasia absolutus [s]), si forsan aliquibus irretitus extiterat, remitteretur ad monasterium de Claro Fonte, in quo professus fuerat, ut ibi servato ordinis [t]) decore cum fratribus suis religiose vivere possit et valeat.

(fol. 23v). Item, convocatis omnibus circariis ordinis que per se vel procuratorem litterasque aut nuntios in nostro capitulo legittime comparuerunt, excepta Anglie circaria, que secundum antiquam compositionem et novam per visitatorem vel per religiosum qui in animam visitatorum super legittimo impedimento comparere et iurare debuit. Postquam trina vice alta et intelligibili voce per promotorem ordinis in valvis capituli Premonstratensis evocata fuit, nemine comparente, eam de contumacia apud capitulum accusavit. Quam capitulum presentibus duobus notariis publicis ad hoc specialiter evocatis contumacem declaravit.

Visa supplicatione fratris Iacobi Durant, religiosi monasterii Premonstratensis, qui requirebat absolvi a sententiis suspensionis et excommunicationis propter certas causas a nobis contra eum latis (!) [u]) in capitulo celebrato in oppido sancti Quintini anno domini millesimo quingentesimo duodecimo [59]). Capitulum annuit quod fiant littere absolutionis, actento tamen quod prius ab eisdem censuris Lauduni a reverendo in Christo patre ac confratre nostro sancti Martini [60]) et etiam Premonstrati pro electione Premonstrati celebranda absolutus fuerat.

Visitatores anni presentis millesimi quingentesimi decimi quarti : Francie, Floreffie, Brabantie, Flandrie, Pontivi : Dominus Premonstratensis [61]) reservat pro se.

[r]) Post « quinqennio » (!), deletum « in quinquiennium ».

[s]) « absolutus » scriptum supra lineam loco deleti « absolvimus », et quidem alia manu.

[t]) « ordinis » scriptum alia manu supra lineam. Loco recti « latas », quod deletum est, scriptum supra lineam erronee « latis » (!) ».

[59]) Cfr. supra, p. 169-170

[60]) Iohannes Poulaillier.

[61]) Iacobus de Bachimont.

(fol. 24r). Lothoringie : Iusti Montis [62]) et Mire Vallis [63]) ad biennium.

Normanie : De Lucerna [64]) ad annum.

Burgundie, Alvernie, Sabaudie : Sancti Martini (!) Altissiodorensis [65])

Frisie : Sancte Marie de Lidlum [66]).

Suevie et Bavarie : Aldebergensis [67]).

Hungarie : ad electionem prelatorum.

Scotie : Candide Case [68]) cum potestate substituendi.

Wadegotie et Idveldie (!) : Wadegotiensis [69]) et Idveldiensis (!) [70]) ad quinque annos.

Hyspanie : De Retorta [71]) et sancte Marie de Vitibus [72]) et quilibet in solidum ad duodecim annos.

Westphalie : Knestedensis [73]) usque ad revocacionem [v]).

Anglie, Bohemie, Moravie, Colonie (!) ,Tuscie, Calabrie, Dascie (!), Norgvegie et Terre Iherosolimitane : Procurator ordinis [74]). cum potestate substituendi assumpto secum aliquo prelato nostri ordinis, quam (!) in qualibet circaria mutare poterit

Audita supplicatione fratris Nicolai Sorethensis [x]) presbyteri religiosi et canonici expresse professi monasterii predicti, qui nobis diligenter exposuit se pati aliquem cerebri defectum (fol. 24v) et per medicos propter inconventia que contingere possunt, fuit sibi consultum, quatinus abstineret ab executione ordinis sacerdotalis et a consecratione [y]) excellentissimi sacramenti Eukaristie, a qua infirmitate propter aeris indispositionem et alias causas in suo monasterio relevari non valet. Propterea requirebat quod dignaretur sibi de remedio providere opportuno. Nos infirmitati compatientes et compatione ducti,

[v]) « Westphalie ... revocacionem » scriptum alio atramento.

[x]) « Sorethensis » scriptum alio atramento supra lineam, loco deleti « Schorert » (?).

[y]) post « consecratione » sequitur deletum « excelles ».

[62]) Iohannes de Hayange.

[63]) Claudius Haucourt.

[64]) Franciscus Caignon.

[65]) Petrus Joly.

[66]) Ioh. Duveland. Cfr. supra, p. 122, n. 87.

[67]) Leonardus Dürr. Cfr. supra, p. 77, n. 96.

[68]) Quintinus Vaus. Cfr. supra, p. 58, n. 43.

[69]) Ioh. von Tholey. Cfr. supra, p. 165, n. 62.

[70]) Ioh. Schumann. Cfr. p. 29, n. 87.

[71]) Petrus de Areves. Cfr. supra, p. 92, n. 70.

[72]) Uti videtur, Garcia de la Vid. Cfr. supra, p. 159, n. 120.

[73]) Thomas de Thürre. Cfr. supra, p. 113, n. 119.

[74]) Daniel Taypfel. Cfr. supra, p. 75, 87.

76/3748

[Aus-
Analecta Praemonstratensia. T. 47, fasc 1/2 (1971
71/3980
Beihilfe].

capitulum ordinavit quod si visitator que narrantur veritati consona esse cognoverit, auctoritate nostra transferret eum ad aliud monasterium vel beneficium regulare nostri ordinis. Quem si abbas vel prelatus ad quem eum miserit propter impensas recipere noluerit, poterit compellere prelatum monasterii in quo professus est ad certam pecuniam dandam pro decenti victu et vestitu et aliis necessariis antedicti supplicantis, quousque prenominatus visitator cognoverit eum restitutum esse pristine valitudini, quem remittet ad proprium monasterium ut Deo famulari possit et valeat.

G(erardus J)ardel m(anu) p(ropria)
ordinis notarius. [z])

[Addit Greg. du Crocq, in fine copiae suae (ms. Laon, 538, p. 141) ista : Et haec copia Capituli Generalis anni 1514, hodie die 15a Decembris 1661 et cum ipso originali quod penes me in Secretaria Praemonstratensi habeo et custodio, concordat ; excepto quod in sententia quae incipit « Christi nomine invocato », pro verbis « post cuius receptionis sententiam » scripsi « post cuius sententiae receptionem » in fidem subscribo.

fr. Gregorius du Crocq, secretarius Ordinis.]

[z]) Tertia fere pars fol. 24v vacua remansit.

UNIV. BIBL. TÜBINGEN

7 A 246

15

1515

(Ms. Strahov, 20, fol. 25r-34r)
(= fol. IIIIxx IXr-IIIIxx XVIIIr foliationis veteris).
(Ms. Laon, 538, pp. 148-156)

(f. 25r). Acta et diffinitiones capituli generalis Premonstratensis ordinis in monasterio sancti Evodii de Brana eiusdem ordinis, Suessionensis diocesis, celebrati anno domini millesimo quingentesimo decimo quinto, die sexta mensis maii et sequentibus diebus [a]).

Nomina prelatorum in dicto capitulo comparentium :

Dominus Iacobus de Bachimont, in theologia magister, abbas Premonstratensis [1]).

Sancti Martini Laudunensis [2]).
Cuissiacensis [3])
Vallis Serene [4])
Vallis Secrete [5])
Clari Fontis [6])
Thenoliensis [7])
Bone Spei [8])
Sancti Foillani [9])
Gectentis (!) [10])
Steynveldensis [11])
Sancti Andree in Nemore [12])
Sancti Iohannis AmbiaLensis [13])

[a]) In margine sinistro manu saec. XVII : « Apud sanctum Evodium de Brana 1515 ».

[1]) Iacobus de Bachimont, antea abbas Cuissiacensis, abbas generalis erat inde ab anno 1513. Cfr. supra, p. 6, n. 33.

[2]) Iohannes Poulaillier. Cfr. supra, p. 19, n. 4.

[3]) Iohannes Evrard. Cfr. supra, p. 173, n. 3.

[4]) Nicolaus de Maucrois. Cfr. supra, p. 68, n. 12.

[5]) Benedictus de Corbie, uti videtur. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 537.

[6]) Antonius Geoffroy abbas fuit Clari Fontis, usque ad a. 1512. Ipsi successisse videtur Ludovicus de Angis. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 372.

[7]) Gobertus Aleaume. Cfr. supra, p. 161, n. 19

[8]) Annis 1510-1537, Iohannes Cornu abbas fuit Bonae Spei. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 364.

[9]) Annis 1511-1521, Petrus Joly, abbas fuit S. Foillani Rodiensis. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 397.

[10]) Annis 1512-1536, abbas Jettensis, seu Diligemensis, in Jette (prope civitatem Bruxellensem), erat Cornelius van der Goes. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 283.

[11]) Annis 1509-1517, Godefridus Kessel abbas erat Steinfeldensis, in dioecesi, olim Coloniensi, nunc Aquisgranensi=Aachen. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 195.

[12]) Dionisius Daviau. Cfr. supra, p. 4, n. 16.

[13]) Nicolaus Langrené. Cfr. supra, p. 174, n. 15.

Sancti Iusti Belvacensis [14])
De Ressonio [15])
De Marchasio Radulphi [16])
De Bellosanna [17])
Insule Dei [18])
Montis Dei [19])
Viconiensis [20])
Sancti Mariani Altissiodorensis [21])
Lisquensis [22]).
Camere Fontis [23])
Ienduriarum [24])
Rangis (!) Vallis [25])
Sancti Pauli Virdunensis [26])
Sancte Crucis Mectensis (!) [27])
Vallis Christiane [28])
De Carthovoro [29])
Vallis Dei [30])
Sancte Marie in Nemore [31])
Sancti Petri Selincurtis (!) [32])
De Genliaco [33])
De Longo Vado [34])
Bucilliensis [35])

14) Iohannes de la Morlière. Cfr. supra, p. 174, n. 18.

15) Iohannes de Quenouilles. Cfr. supra, p. 12, n. 85.

16) Idem.

17) Iohannes Boudet. Cfr. supra, p. 5, n. 27.

18) Annis 1515-1523, Iohannes de Carouge abbas fuit Insulae Dei (in dioecesi, olim Rothomagensi, nunc Ebroicensi=Evreux). Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 43.

19) Annis 1512-1537, Iohannes Ferey abbas fuit Montis Dei. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 48.

20) Annis 1513-1550, Iohannes le Bracq abbas fuit Viconiensis, prope civitatem Valencenas, (in Gallia septentrionali). Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 437.

21) Nicolaus Joannis. Cfr. supra, p. 20, n. 35.

22) Dominicus Carnisien. Cfr. supra, p. 88, n. 24.

23) Gulielmus Alis. Cfr. supra, p. 69, n. 16. Aut : Amatus de Fonte. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 489.

24) Andreas de Contrisson, abbas inde ab a. 1503, et successor abbatis Francisci de Contrisson. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 77.

25) Iohannes Clement. Cfr. supra, p. 129, n. 26.

26) Iohannes Pseaume. Cfr. supra, p. 76, n. 93.

27) Usque ad a. 1515, Gerardus Denis (de Viget) abbas erat S. Crucis Metensis. Cfr. supra, p. 32, n. 12. — Io praesenti Capitulo, abbas Metensis praestat obedientiam. Agitur de Desiderio de St. Dié, coadiiutore inde ab a. 1506. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 88.

28) Nomen ignoratur.

29) Uti videtur, Simon Aubert. Cfr. supra, p. 6, n. 34.

30) Gerardus. Cfr. p. 115, n. 14.

31) Dominicus Thuillier. Cfr. supra, p. 70, n. 33.

32) Iohannes Fretel. Cfr. supra, p. 5, n. 17.

33) Iacobus le Pelletier. Cfr. supra, p. 21, n. 46.

34) Nomen ignoratur.

35) Ioh. le Prince abbas erat Buciliensis inde ab a. 1502, iam aliis Capitulis generalibus interfuerat (v. gr., cfr. supra, p. 46, n. 33); in praesenti Capitulo abbas Buciliensis praestat obedientiam Capitulo generali; quod, de more, innuit hunc abbatem pro prima vice interesse Capitulo; agi ergo videtur de abbate Petro Fouant, qui, iuxta N. Backmund, *Monasticon*, II, obiit a. 1532.

Calvi Montis [36])
De Moncellis [37])
(fol. 25v) De Bella Stella [38])
Gaudii Vallis [39])
Loci Restaurati [40]) [b])

Subscripti prestiterunt obedientiam :
Viconiensis [41])
Insule Dei [42])
Bucilliensis [43])
Sancte Crucis [44])
Steynveldensis [45])
Gettensis [46])

Imprimis ordinatum est quod hoc anno omnes prelati erunt diffinitores.

Item, missas celebrari consuetas, primam Viconiensis [47]), secundam Gettensis [48]), et tertiam Bucilliensis [49]), abbates celebrabunt.

Item, talliarum receptores erunt Thenoliensis [50]) abbas et prior scholarium [51]).

Item, excusationes prelatorum recipient sancti Mariani [52]) et Bone Spei [53]) abbates.

Item, litteras sigillo capituli generalis sigillandas examinabunt et sigillabunt patres abbates et alii quos secum voluerint advocare.

(fol. 26r). Item, compotorum auditores erunt patres abbates et alii patres qui his voluerint interesse.

[b]) Ante « Loci » deletum » Sanct (!) ».

36) Nomen ignoratur.
37) Thomas Gobert. Cfr. supra, p. 185, n. 19.
38) Aa. 1515-1540, Iohannes le Prince abbas fuit Bellae Stellae. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 38.
39) Robertus de l'Epée. Cfr. supra, p. 129, n. 36.
40) Petrus de Haultdecoeur. Cfr. supra, p. 6, n. 38.
41) Iohannes le Bracq.
42) Iohannes de Carouge.
43) Petrus Fouant. Cfr. supra, p. 195, n. 35.
44) Desiderius de St. Dié.
45) Godefridus Kessel.
46) Cornelius van der Goes.
47) Iohannes le Bracq.
48) Cornelius van der Goes.
49) Petrus Fouant.
50) Gobertus Aleaume.
51) Amatus de Fontaine, seu de Fonte, ad hoc munus designatum in Capitulo generali anni 1512. Cfr. supra, p. 169.
52) Nicolaus Joannis.
53) Iohannes Cornu.

Item, abbates Bone Spei [54]) et Sancti Foillani [55]) regent chorum.

Postremo precipitur universis abbatibus et religiosis quatenus in ecclesia et claustro observent silentium sub penis in statutis contentis.

Christi nomine invocato.

Viso processu et chergiis (!) particularibus super mala vita et dissoluta fratrum, videlicet Caroli de la Mocte, Anthonii Ancel et Guillermi (!) Willet, religiosorum monasterii beate Marie Bone Spei, informationibus quam et confessionibus spontaneis eorumdem quibus nobis sufficienter constitit atque constat prefatum fratrem Guillermum Willet manu propria interfecisse quemdam Petrum Merdo nomine, in presentia predictorum fratrum Caroli et Anthonii qui tunc temporis dabant operam rei illicite cum tribus (fol. 26v) mulieribus in quodam pago monasterio propinquo, commessationes exercendo. Qui quidem fratres frequenter apostatare et inhoneste vivere soliti sunt prout in informationibus et eorum confessione iam dictis latius continetur, consideratis que in hac parte fuerunt consideranda, habito desuper iurisperitorum consilio et matura deliberatione inter nos habita; per hanc nostram diffinitivam sententiam condemnavimus et condemnamus prefatum fratrem Guillermum Willet perpetuis temporibus carceri recludendum et detinendum in pane tristitie et aqua doloris iuxta et secundum statutorum nostrorum formam. Predictos vero fratres Carolum de la Mocte et Anthonium Ancel, quia ipsos super huiusmodi homicidio minus culpabiles repperimus non tamen omnino immunes, ipsos et eorum quemlibet condemnamus in carceribus ordinis apud Laudunum per triennium mancipandos a die date presentium computando. Quibus elapsis ad monasteria ordinis remota perpetuo emittantur, salva tamen in omnibus auctoritate et gratia capituli generalis et hoc expensis monasterii Bone Spei. Pronuntiatum in capitulo generali die sexta mensis maii anno millesimo quingentesimo decimo quinto.

Item, capitulum ordinat quod fiant littere missive maiori et scabinis, baillivo ceterisque officiariis (!) Namurcensibus, eisdem obnixe requirendo quatinus in favorem iusticie et ordinis dignentur prestare auxilium ad capiendum (fol. 27r) fratrem Hieronimum Dawaingue, religiosum monasterii Lefflensis et si opus sit, accomodare carceres et ipsum in eis detinendum, expensis proprii monasterii.

Item, quia ordo noster hisce temporibus valde postergatus est nec procuratori ordinis et aliis suis negociis satisfacere possit, hiis et aliis

[54]) Idem.

[55]) Petrus Joly.

de causis capitulum revocat fratrem Danielem Tayspil (!) procuratorem ordinis in Urbe et scribantur sibi cause huius revocacionis, intimando eidem quatenus quantocitius poterit, revertatur compotum de sua villicatione coram reverendissimo patre domino Premonstratensi [56]) et aliis patribus abbatibus redditurus recepturusque satisfactionem de sibi debitis pecuniis, prout iuris erit et rationis. Preterea quia antedictus frater Danyel (!) obtinuit in Urbe Romana a summo pontifice [57]) monasterium Trunchiniense et prosequitur abbatem [58]) predicti monasterii in consilio Flandrie et misit duo procuratoria, unum speciale et aliud generale, prout nobis ex relatione Petri Tectoris notarii apostolici et fratris Petri Collims religiosi dicti monasterii Trunchiniensis legitime constitit, ad obtinendum omnia beneficia et dignitates, contra iuramentum per ipsum in capitulo prestitum de numquam obtinendo provisionem super monasteria ordinis sine consensu capituli generalis quodque etiam idem ex tenore litterarum nobis scriptarum constat illud obtinuisse. Quibus etiam asserit et pollicetur se numquam dictum abbatem Trunchiniensem (fol. 27v) molestare nec de bullis sic obtentis se iuvare super quibus abbas predicti monasterii [59]) graviter conquestus est.

Item, fiant littere missive dominis cardinalibus de graciis, protectore (!) ordinis in Urbe, Surretinensi et sanctorum Quatuor (!) coronatorum, eisdem intimando revocacionem fratris Danyelis Tayspil, procuratoris in Urbe eo quod ordo noster non potest eidem subsidium consuetum ministrare tum propter Anglorum discessionem et exemptionem ab ordine, cum etiam propter paupertatem. Et quod de purgatione ipsius fratris Danielis parum curant eo quod ipsi reverendissimi patres ipsum innocentem scribunt et iudicant.

Item, capitulum ordinat quod frater Iohannes le Clercq, nuper curatus sancti Iohannis de Brocourt [59]) et frater Iohannes le Maire curatus de Caulieres [60]), qui sine abbatis licentia recesserunt a beneficiis et Parisius (!) vagantur, quod ubicumque reperti fuerint, capiantur et carceribus mancipentur et custodiantur, expensis monasterii sancti Petri Selincurtensis, de quo sunt professi.

[56]) Iacobus de Bachimont.

[57]) Annis 1513-1521, Leo X erat Summus Pontifex.

[58]) Annis 1514-1544, Petrus Block seu De Block abbas fuit Trunchiniensis. Cfr. J.B. Goetstouwers, *De Abdij van Drengen. De Abten tot de troebelen der zestiende eeuw.* In : *Anal. Praem.*, XXXV, 1959, p. 309 s.

[59]) Braucourt erat paroecia incorporata abbatiae S. Petri Selincurtensis. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 566.

[60]) Idem dicendum est de Caulières ac de Braucourt (n. 59). N. Backmund, *ib.*

Item, capitulum generale absolvit reverendissimum patrem dominum abbatem Premonstratensem [61]) et conventum eiusdem loci super iuramento per eos prestito super contractis et litteris eorum de (fol. 28r) admodiatione curtium de Walescourt [c]), de Tollesy et de Souppy iam pridem in preiudicium et damnum eorum permaximum factis et traditis et in quantum opus est, cum eis dispensat.

Consimiliter absolvit dominum Thomam de Sclusa, abbatem monasterii Montis sancti Martini [62]) eiusque conventum super iuramento et promissionibus fide vallatis de pluribus contractibus emphiteoticis vel ad longum tempus, curtium et rerum immobilium ipsius in detrimentum et dampnum ecclesie ipsius permaximum et in quantum opus est cum ipsis et eorum quemlibet (!) dispensat.

Item, consimiliter absolvit et dispensat abbatem [63]) et conventum monasterii sancti Mariani super iuramento facto in contracto passato per eos cum Petro Bourg viticola, in damnum et preiudicium dicti monasterii necnon ecclesie parrochialis beate Marie extra muros Altissiodorenses.

Item, capitulum ordinat quod fiat commissio in ampla forma abbati Aldebergensi (!) ,decretorum doctori [64]) ad visitandum et reformandum monasteria circarie Suevie per triennium. Et in commissione inseratur clausula specialis quod compellat prelatos ordinis sub censuris ordinis ad comparendum in capitulo generali quolibet anno secundum formam statutorum (fol. 28v) ad minus ad contribuendum expensis ipsius visitatoris quas facturus est ad capitulum veniendo, si solus pro eis comparuerit. Preterea alia inseratur clausula quod precipiatur omnibus abbatibus et religiosis sub pena excommunicationis late sententie, quod reformationem secundum statuta noviter modificata acceptent et quod possit singulis annis convocare prelatos circarie ad tractandum de statu et reformatione ordinis et referendum capitulo generali.

Item, consimiliter fiat commissio in ampliori forma quam fieri poterit abbati Vindebergensi [65]) ad visitandum et reformandum monasteria circarie Bavarie per triennium et in ipsa commissione inserantur due

[c]) Post « Walescourt » deletum « et ».

[61]) Iacobus de Bachimont.

[62]) Thomas de l'Escluse.

[63]) Nicolaus Joannis.

[64]) Leonardus Dürr. Cfr. supra, p. 77, n. 96.

[65]) Annis 1512-1519, Sigismundus Regenmüller abbas erat Windbergensis. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 57.

clausule precedentes, contente in commissione visitatoris Suevie [66]) et preterea inseratur tertia clausula, videlicet quod visitator reformet monasterium de Osterhoven, aufferendo (!) conventui et quibusdam officiariis (!) nonnulla bona, redditus et census, quos vel que ipsi recipere soliti et illa ad communitatem reponat et reducat. Et hoc sub excommunicationis pena, non obstante certo privilegio eisdem per nostrum generale capitulum olim concesso cui per presentes derogamus.

Item, capitulum absolvit abbatem Knestendensem (!) [67]) ab officio visitationis sibi commisse in circaria Westphalie et loco eius instituit abbatem Steynveldensem [68]) et prepositum Scheydensem [69]) et eorum (fol. 29r) quemlibet in solidum. Quibus fiat commissio ampla ad reformandum omnia monasteria ordinis in dicta circaria et ea reducendum ad communem vitam, sicut cetera monasteria reformata, tam in habitu quam alias. Et inseratur clausula specialis quod instent visitatores predicte circarie sub pena excommunicationis ac privatione officii et beneficii ut decentes habitus, in scapulari et cucula (!) ab omnibus deferantur et precipue in monasteriis Cappembergensi (!) et Wornensi (!). Et quod hore decenter cantentur. Item, alia clausula, quod omni anno fiat convocatio prelatorum circarie pretacte ad tractandum de statu et reformatione ordinis et referendum capitulo nostro generali et concludendum per nos que erunt concludenda et ordinanda expensis prefate circarie.

Item, fiat parva commissio specialis predicto abbati Steynveldensi [70]) et abbati Aresteynensi (!) [71]) ad visitandum et reformandum monasterium Romestorp [72]) plena auctoritate ac si nos abbas Premonstratensis personaliter interessemus. In quo monasterio personas ordinis reformatas introducant, contradictores et rebelles per censuras ecclesiasticas compellendo, invocato auxilio et cetera.

Item, capitulum approbat et confirmat pensionem creatam per reverendissimum patrem dominum Iacobum [73]) abbatem Premonstratensem inter modernum abbatem monasterii sancte Crucis Met-

[66]) Visitatio circariae Sueviae in Capitulo generali praecedenti et praesenti committitur abbati Aldenbergensi.

[67]) Matthias de Thurre. Cfr. supra, p. 113, n. 119.

[68]) Godefridus Kessel.

[69]) Annis 1504-1540, Casparus von Plettenberg praepositus erat in Scheida. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 191.

[70]) Godefridus Kessel.

[71]) Annis 1489-1527, Adamus von Montabaur abbas erat Arnsteinensis. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*. I, p. 153.

[72]) Abbatia Rommersdorfiensis sita erat in dioecesi Trevirensi.

[73]) Iacobus de Bachimont.

tensis [74]) et Gerardum de (fol. 29v) Vigeti nuper abbatem [75]) eiusdem monasterii de consensu conventus eiusdem loci, sicut in litteris prefati reverendissimi patris domini Premonstratensis [76]) quibus nostre presentes sunt infixe latius vidimus contineri.

Item, fiat missiva illustrissimo comiti palatino Rheni duci Bavarie [77]) principi electori et cetera eumdem regratiando humilius quo possumus de bono ad ordinem zelo et persuadendo quod ipsum continuare velit et nichilominus exhortando quatenus manus porrigere velit adiutrices ad reformationem monasteriorum ordinis in suis terris et dominiis consistentium sicut in suis litteris nobis transmissis continetur.

Item, etsi frater Iohannes Hutin, religiosus monasterii Thenoliensis fuerit anno preterito [78]) suis exigentibus demeritis ad carceres per annum condemnatus, quam penitentiam pro maiori parte suscepit et sustulit ea de causa quia est superbus et sediciosus, capitulum remittit ipsum ad proprium monasterium tali pacto quod si recidiva-verit, perpetuo emittetur ad monasteria remota sine ulla spe revertendi, ipso presente, precipiendo eidem sub pena antedicta et aliis penis statutorum, ne cum quadam muliere nomine Senrrecte (?), de qua diffamatus est, quovis pacto communicet.

Item, in causa coram nobis agitata per honorabilem virum Iohannem Facie, mercatorem Suessione commorantem, contra et adversus confratrem nostrum abbatem Carthovorensem [79]), qui vigore (fol. 30r) citationis coram nobis eum citari fecit. Qua die adveniente Nicolaus filius predicti mercatoris instanter petiit sibi solvi per dictum abbatem Carthovorensem sommam XX lib(rarum) XVI s(olidorum) III d(enariorum) restantem de maioribus et pluribus sommis contentis in quatuor (!) cedulis signo manuali predicti abbatis vel scriptura consignatis, quas violenter eidem filio abstulit et quarum unam de XLIX libris retinuit et adhuc retinet indebite habito predicti mercatoris iuramento optime famato necnon et presumptione violenta contra ipsum abbatem. Matura inter nos deliberatione habita, condemnamus predictum abbatem Carthovorensem ad solvendum eidem Iohanni Facie infra

[74]) Novus abbas S. Crucis Metensis praesens erat Capitulo generali; Gerardo de Viget pensio in hoc Capitulo assignatur.

[75]) Dicitur hic «nuper» abbas; videtur ergo muneri suo abbatiali resignasse.

[76]) Iacobus de Bachimont.

[77]) Annis 1447-1508, Albertus IV dictus Sapiens, comes fuerat Bavariae; ipsi, a. 1528 successit Albertus V.

[78]) Cfr. supra, p. 186.

[79]) Uti videtur, Simon Aubert. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 494.

duos menses proxime venturos prefatam sommam XXI l(ibrarum) XVI s(olidorum) III d(enariorum) alioquin ipsum in his scriptis excommunicamus et excommunicatum denuntiandum decrevimus et fiat monitio desuper tali pacto tamen, quod si constet de solutione maioris somme, defalcabitur et subtrahetur de somma predicta.

Item, capitulum dat licentiam et facultatem abbati [80]) et conventui Cuissiacensi dandi in emphiteosim honorabili viro magistro Petro Lorisse in legibus licentiato, advocato regis in curia Laudunensi et Iohanni de Molimbel omnes et singulas terras cultas pro parte et pro alia parte incultas in confinio et territorio de Disy [81]) consistentes a fosseto (!) qui dividit territorium de Manlone a territorio de Disy iuxta viam de Disy a Noircourt et Berlyc procedendo secundum longitudinem montis (fol. 30v) qui separat territorium de Senegny a dicto territorio de Disy ultra minorem Pilosellum usque ad terram Vallis Regis et hinc redeundo secundum nemus de Fay versus vallem tendentem ad dictam viam de Disy a Noircourt, et nemus des Faulz, comprehendendo terras per Iohannem Gatebes detentas et usque ad terras de quibus est questio iam diu mota et pendens in curia requestarum in causa Saisine et novitatis inter dictos abbatem [82]) et conventum ex una et dominos de Senegny vel eos pro quibus causam agitant ex altera. Que quidem terre huius presentis baillii pro nunc detente et occupate sunt per Iohannem Guerin, Thomam le Gouverner (?) et alios commorantes tam in dicto villagio de Disy, quam in villagio de Senegny tali pacto quod prefati Lorisse et Molimbel et eorum heredes prefate ecclesie Cuissiacensi tenebuntur annuatim solvere decimam et terragia sicut ceteri habitantes et incole dicti loci de Disy et facere processum de huiusmodi terris recuperandis nomine ecclesie, propriis expensis dictorum Lorisse et Molimbel usque ad sententiam diffinitivam inclusive et desuper ecclesiam predictam reddere indemnem et hac de causa consentit quod prefati firmarii in diffinitione cause habeant expensas et arreragia si qua fuerint adiudicata.

Item, fiat commissio abbati Ylveldensi [83]) ad visitandum monasteria Wadegocie et Ylveldie, in simili forma sicut visitatio circarie Westphalie ad triennium. Et preterea inseratur clausula specialis qua

[80]) Iohannes Evrard.

[81]) Disy erat inter paroecias incorporatas abbatiae Cuissiacensi : Le Gras-Dizy. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 496.

[82]) Ioh. Evrard.

[83]) Ioh. Schumann. Cfr. supra, p. 29, n. 87.

revocetur monasterium Wad(eg)ociense [d]) ad prefatam circariam et reformetur sicut cetera ordinis monasteria.

(fol. 31r). Item, capitulum approbat confraternitatem noviter impositam in monasterio Cuissiacensi ad honorem beati Nicholai et annuit litteras orationum pro intrantibus et existentibus in ea et benefactoribus dicte confraternitatis.

Item, annuit litteras orationum pro generoso viro Iohanne de Aspremont, gubernatore Registelensi (?) et Anthonia de Brandebourg eius uxore et liberis eorumdem in forma communi, ad instantiam abbatis de Longo Vado [84]).

Consimiliter pro domino Iohanne Charlier curato de Germigny et domino Henrico Bouge curato de Benzin ad requestam abbatis predicti.

Item, fiant littere orationum pro generoso viro Iohanne de Sainct Marc locum tenente ducis Gheldrie et Anthonia eius uxore.

Super discordia mota et iam diu coram nobis agitata inter reverendum patrem dominum abbatem sancti Martini Laudunensis [85]) ex una et fratrem Bertrandum de Guny (?) ex altera partibus, super eo quod prefatus frater Bertrandus asserebat se esse religiosum pretacti monasterii sancti Martini, memoratus vero pater venerandus in contrarium dicebat eum esse monasterii Gaudii Vallis [86]) (fol. 31v) religiosum eo presertim quia dignitatem abbatialem ipsius monasterii obtinebat, saltem ius in ea habuerat. Qua occasione annuam pensionem super fructibus sepe dicti monasterii percipiebat, super quo fuit per nos sententialiter diffinitum. Quod erat et de iure et consuetudine ordinis semper observata, esse debebat sepe dicti monasterii Gaudii Vallis religiosus et obedientiarius. A qua nostra sententia appellaverat summum pontificem. Quam appellationem per tres vel circiter annos, coram officiali Noviomensi, iudice apostolico, in hac parte delegato prosecutus est etiam usque ad diffinitivam sententiam, que talis exstitit, quod sepe dictus de Guny male et iniuste appellaverat, ipsum condemnando in expensis, a quo iudice iterum appellavit. Tandem ad cor reversus, saniori usus consilio, coram reverendissimo domino Premonstratensi [87]) positus, spontanee huiusmodi

[d]) In orig. scriptum « Wadociense ».

[84]) Nomen ignoratur.

[85]) Ioh. Poulaillier.

[86]) Bertrandus de Gugny, electus abbas Gaudii Vallis, numquam institutionem canonicam abbatialem obtinuerat. Cfr. supra, p. 43.

[87]) Iacobus de Bachimont.

appellationibus per eum interiectis renunciavit ac etiam itidem in capitulo nostro Brane celebrato in publica contione fecit prefato abbate Gaudii Vallis presente. Cui siquidem abbati Gaudii Vallis memoratus frater Bertrandus flexis genibus, ut moris est, per osculum pacis obedientiam prestitit manualem, tali tamen conditione apposita quod de pensione sibi annuatim debita, solveretur iuxta tenorem bullarum aut litterarum desuper confectarum et quod non poterit compelli ad morandum in monasterio Gaudii Vallis, sed in aliquo monasterio ordinis aut loco honesto morabitur ad discretionem nostri capituli generalis.

Item, capitulum ratifficat (!) et approbat (fol. 32r) tractatum factum et initum per reverendissimum patrem dominum abbatem Praemonstratensem [88]) et eius conventum et Iohannem Roart eiusque uxorem, quemamodum (!) in litteris quibus nostre presentes infiguntur latius vidimus contineri.

Item, super discordia mota inter abbatem [89]) et conventum monasterii de Bellosanna actores ex una et abbatem [90]) et conventum de Ressonio reis partibus ex altera, super eo quod prefatus abbas de Ressonio citatus fuit coram nobis ad presentem diem VII^am^ maii ad instantiam dictorum abbatis et conventus de Bellosanna, requirentium et instanter petentium prefatos abbatem et conventum de Ressonio condemnari necnon et moneri ad sibi solvendum quatuor modios vini sibi debitos, pro annuo redditu certarum vinearum et terrarum quas tenent ab eis, etc. Capitulum condemnat prefatos abbatem [91]) et conventum de Ressonio ad solutionem predictorum quatuor modiorum vini et desuper fieri monitorium iuxta formam tractatus iam dudum inter ipsos initi.

Item, super querimonia rectoris alme universitatis Parisiensis conquerentis de fratribus Iohanne le Duc Dionisio, procuratore monasterii et Iohanne Jumeau, religiosis monasterii Hermeriarum, qui die Veneri sancta quemdam notarium universitatis Parisiensis missum ad insinuandum litteras nominationis (fol. 32v) ad gradus fratris Amati de Fonte, prioris scholarium, gravibus vulneribus affecerunt et quasi usque mortem nedum contra privilegia ipsius alme universitatis sacraque (!) Basiliensis concilii necnon contra ordinationem

[88]) Idem.
[89]) Iohannes Boudet.
[90]) Iohannes de Quenouilles.
[91]) Idem.

nostri capituli generalis factam Lauduni [92]), ordinat capitulum quod fiat citatio ad citandum ipsos et eorum quemlibet coram reverendissimis patribus et dominis domino Premonstratensi et sancti Martini Laudunensis [93]) apud Laudunum ad decimam diem post executionem citationis, promotori ordinis super nonnullis gravibus excessibus per eos perpetratis quod iustum fuerit responsuros.

Item, fiat commissio abbati sancti Petri Selincurtis [94]) cum plenitudine potestatis assumpto secum aliquo nostri ordinis prelato vel canonico litterato ad visitandum monasterium Hermeriarum tam in capite [95]) quam in membris et eiiciendum et emittendum religiosos dicti monasterii magis culpabiles et ibidem loco eorum religiosos reformatos introducendum non obstante appellatione quacumque et cum invocatione auxilii brachii secularis, si opus sit.

Item, fiat missiva domino rectori Parrhisiensi [96]) suis litteris responsiva sibi notificando qualiter capitulum ordinavit fieri citatorium ad citandum illos sceleratos religiosos coram reverendis patribus domino Premonstratensi et sancti Martini Laudunensis [97]) abbatibus pro punitione delictorum per eos commissorum facienda (fol. 33r) et quod etiam commissa est visitatio illius monasterii abbati sancti Petri Selincurtis pro reformatione monasterii Hermeriarum tam in capite quam in membris.

Item, super supplicatione facta per abbatem sancti Mariani Altissiodorensis [98]) requirentem sibi dari duos religiosos de monasterio Steynveldensi reformatos ad reformandum suum monasterium. Et casu quo aliqui religiosi dicti monasterii sancti Mariani rebelles fuerint in receptione dictorum religiosorum et acceptione reformationis, prefatus abbas sancti Mariani habeat potestatem et auctoritatem emittendi rebelles ad monasteria ordinis remota et reformata, auctoritate presentis capituli, cum invocatione auxilii brachii secularis, si opus sit. Capitulum annuit petitioni eius tamquam iuste et rationi consone.

92) Capitulum illud generale Lauduni celebratum fuerat a. 1513. Cfr. supra, p. 173.

93) Iacobus de Bachimont; Iohannes Poulaillier.

94) Iohannes Fretel.

95) Annis 1506-1521, Iohannes du Saussay abbas erat Hermeriarum (in dioecesi, olim Parisiensi, nunc Meldensi). Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 508.

96) Amatus de Fonte.

97) Iac. de Bachimont; Ioh. Poulaillier.

Item, fiat missiva ex parte capituli ballivo et officiariis (!) regis civitatis Altissiodorensis, eos obnixe requirendo et obsecrando quatinus eidem abbati sancti Mariani [98]), ad reformationem dicti monasterii assistere suumque auxilium et favorem impendere dignentur et velint.

Item, fiat inhibitio fratri Nicolao Belin curato de Vincelotis [99]) religioso prefati monasterii sancti Mariani, sub excommunicationis pena et privatione beneficii, ne de cetero ad extraordinariam iurisdictionem confugiat (fol. 33v) quinimo ordinis iudicium quando opus erit requirat et subeat.

Item, capitulum ratifficat (!) et approbat contractum initum inter abbatem [100]) et conventum monasterii Cuissiacensis et honorabilem virum magistrum Iohannem de Molimbel, super quibusdam terris quemadmodum in litteris predictorum abbatis et conventus, quibus nostre presentes infixe sunt, continetur.

Item, fiant littere orationum pro benefactoribus confraternie beati Francisci in conventu fratrum Minorum Lauduni institute, ad requestam magistri Thome Gigneux.

Item, consimiliter pro confratribus et benefactoribus confraternie beate Marie in ecclesia beate Marie de Monte Acuto ad requestam magistri Thome Gigneux.

Item, et pro novis emergentibus que capitulum generale commode non possunt expectare, capitulum ordinat reverendos patres dominos abbatem (!) Premonstratensem, sancti Martini Laudunensem et Cuissiacensem, quibus dat auctoritatem providendi in omnibus et ordinandi ac sigillo capituli generalis sigillandi ac si capitulum foret congregatum.

(fol. 34r). Visitatores anni presentis milllesimi quingentesimi decimi quinti.

Francie, Floreffie, Brabancie, Flandrie, Pontivi, Lothoringie, Normanie, Gasconie : Dominus Premonstratensis [101]) reservat pro se.

Burgundie, Alvernie, Sabaudie : Sancti Mariani Altissiodorensis [102]), et Bellelagie [103]) et cuilibet (!) in solidum.

[98]) Nicolaus Joannis.

[99]) Vincelottes.

[100]) Iohannes Evrard.

[101]) Jac. de Bachimont.

[102]) Nicolaus Joannis.

[103]) Annis 1508-1530, Nicolaus Schnell abbas erat Bellagiensis (in dioecesi Basileensi). Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 360.

Saxonie : Prepositus Magdeburgensis[e] [104]).

Frisie : Sancte Marie in Lydlum [105]).

Suevie : Aldebergensis (!) ad triennium [106]).

Bavarie : Windebergensis [107]) ad triennium.

Hungarie : Ad electionem prelatorum. Prepositus de Saag [f] [108]).

Scotie : Candide Case [109]).

Anglie : Dominus Premonstratensis [110]) et sancte Andree in Nemore [111]), ad triennium.

Westphalie : Abbas Steynveldensis [112]), et prepositus Scheyndensis [113]), ad triennium.

Wadegocie et Ilveldie : Abbas Ilveldensis [114]) ad triennium.

Hyspanie : De Retorta [115]) et sancte Marie Vitis [116]).

Bohemie, Moravie, Colonie (!), Tuscie, Calabrie, Dacie, Norgvegie et Terre Hierosolomitane (!) : Prior scholarium [117]) cum potestate substituendi.

G(erardus J)ardel, m(anu) p(ropria)
ordinis notarius [g]).

[Addit Greg. du Crocq, in fine copiae suae (ms. Laon, 538, p. 156) : Cum quo originali Praemonstrati usque ad hanc decembris vigesimam diem anni 1661 custodito concordat praesens copia posterorum studiis conservata. Et in fidem subscribo.

frater Gregorius du Crocq, Secretarius Ordinis Praemonstratensis.]

[e]) « Saxonie » ; Prepositus Magdeburgensis », scriptum alia manu.

[f]) « Prepositus de Saag », scriptum eadem alia mana sicut ad (e).

[g]) Sequens fol. 34v vacuum remansit.

104) Henricus Stott. Vide supra, p. 93, n. 75.

105) Ioh. Duveland. Cfr. supra, p. 122, n. 87.

106) Leonardus Dürr.

107) Sig. Regenmüller.

108) Franciscus Fegyverneky. Cfr. supra, p. 91, n. 59.

109) Alexander Stewart. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 116.

110) Iacobus de Bachimont.

111) Dionisius Daviau.

112) Godefridus Kessel.

113) Casparus von Plettenberg.

114) Ioh. Schumann. Cfr. supra, p. 29, n. 87.

115) Petrus de Azeves. Cfr. supra, p. 92, n. 70.

116) Uti videtur, Garcias de la Vid. Cfr. supra, p. 159, n. 120.

117) Amatus de Fonte.

16

1516

(Ms. Strahov, 20, fol. 35r-43r)
(= fol. IIIIxx XVIIIIr - CVIIr foliationis veteris).
(Ms. Laon 538, pp. 157-164)

(fol. 35r). Acta et diffinitiones capituli generalis ordinis Premonstratensis in monasterio sancti Evodii de Brana diocesis Suessionensis celebrati anno domini millesimo quingentesimo decimo sexto die vero mensis aprilis XXa [a]).

Nomina prelatorum comparentium in dicto capitulo :
Dominus Iacobus de Bachimont sacre theologie professor abbas Premonstratensis [1]).

Sancti Martini Laudunensis [2])
Cuissiacensis [3])
Vallis Serene [4]).
Bone Spei [5])
Viconiensis [6])
De Castello [7])
Vallis Secrette (!) [8])
Vallis Christiane [9])
Sancti Andree in Nemore [10])
Loci Restaurati [11])
Camere Fontis [12])
Hermeriarum [13])
Gaudii Vallis [14])
De Bellosanna [15])

[a]) In margine sinistro manu saec. XVII : « Branae 1516 ».

[1]) Iacobus de Bachimont, antea abbas Cuissiacensis, abbas generalis inde ab anno 1513. Cfr. supra, p. 6, n. 33.
[2]) Iohannes Poulaillier. Cfr. supra, p. 19, n. 4.
[3]) Iohannes Evrard. Cfr. supra, p. 173, n. 3.
[4]) Nicolaus de Maucrois. Cfr. supra, p. 68, n. 12.
[5]) Iohannes Cornu. Cfr. supra, p. 194, n. 8.
[6]) Iohannes le Bracq. Cfr. supra, p. 195, n. 20.
[7]) Iohannes Auffroit. Cfr. supra, p. 6, n. 31.
[8]) Benedictus de Corbie. Cfr. supra, p. 194, n. 5.
[9]) Nomen ignoratur.
[10]) Dionysius Daviau. Cfr. supra, p. 4, n. 16.
[11]) Petrus de Haultdecoeur. Cfr. supra, p. 6, n. 38.
[12]) Amatus de Fonte. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 489.
[13]) Iohannes du Saussay. Cfr. supra, p. 189, n. 17.
[14]) Robertus de l'Epée. Cfr. supra, p. 129, n. 36.
[15]) Iohannes Boudet. Cfr. supra, p. 5, n. 27.

Sancti Martini (!) Altissiodorensis [16])
Thenoliensis [17])
De Longo Vado [18])
Sancti Augustini Morinensis [19])
De Genliaco [20])
Bucilliensis [21])
Lefflensis [22])
Sancti Iusti Belvacensis [23])

(fol. 35v). Imprimis ordinatum est quod hoc anno omnes prelati erunt diffinitores propter eorum paucitatem.

Item, tailliarum (!) receptores erunt Thenoliensis [24]) abbas et prior scolarium [25]).

Item, abbates sancti Mariani [26]) et Hermeriarum [27]) regent chorum.

Item, missas celebrari consuetas, primam Vallis Secrete [28]), 2am Bucilliensis [29]) et 3am Vallis Christiane [30]) abbates celebrabunt.

Item, excusationes prelatorum recipient abbates Bone Spei [31]) et Viconiensis [32]).

Item, in capitulo generali apud Premonstratum celebrato capitulum se adiunxerat in quodam processu agitato in curia de Chynon [33]) et alibi inter abbatem [34]) et conventum monasterii de Perrodio Novo et dominum du Bois-Daulphin tali pacto tamen quod prosecutio et omnes expense fierent expensis monasterii. Sed quoniam contingit ipsos abbatem et conventum de Perrodio ac capitulum fuisse vexatos pro expensis huiusmodi processus, capitulum huiusmodi adiunctioni renunciavit et ab eadem se desistit.

16) Nicolaus Joannis. Cfr. supra, p. 20, n. 35.
17) Gobertus Aleaume. Cfr. supra, p. 161, n. 19.
18) Nomen ignoratur.
19) Nicolaus Rhedys. Cfr. supra, p. 7, n. 44.
20) Iacobus le Pelletier. Cfr. supra, 21, n. 46.
21) Ioh. le Prince. Cfr. supra, p. 46, n. 33.
22) Aegidius d'Awagne. Cfr. supra, p. 58, n. 52.
23) Iohannes de la Morlière. Cfr. supra, p. 174, n. 18.
24) Gobertus Aleaume.
25) Amatus de Fonte. Cfr. supra, p. 196, n. 51.
26) Nicolaus Joannis.
27) Ioh. du Saussay.
28) Benedictus de Corbie.
29) Ioh. le Prince.
30) Nomen ignoratur.
31) Iohannes Cornu.
32) Ioh. le Bracq.
33) Chynon : dép. Indre-et-Loire, in Gallia.
34) Ioh. Allain. Cfr. supra, p. 72, n. 66.

Item, super requesta facta pro parte visitatoris [35]) et prelatorum circarie Frisie, quod liberarentur et acquictarentur a solutione tailliarum (!) seu contributionum ordini debitarum pro presenti et tribus retroactis annis, habito respectu ad depauperationem ac desolationem patrie et monasteriorum ordinis in dicta circaria occasione guerrarum, que ibidem viguerunt, capitulum annuendo petitioni eorum saltem in parte (fol. 36r) eisdem gratiose concessit taillias (!) ordini debitas et cessas usque ad presens capitulum inclusive.

Item, capitulum annuit reverendo patri domino sancti Martini Laudunensis [36]) et eius conventui quod amodo futuris et perpetuis temporibus fiat duplex festum in ecclesia dicti monasterii de Apparitione sancti Michaelis die octava mensis maii ac etiam quod fiat triplex festum sine octavis de Presentatione beate Marie Virginis die XXIa mensis novembris.

Consimiliter, quod predicta festa fiant modo predicto in monasterio Bone Spei et ultra quod in singulis festis dupplicibus (!) celebribus et novem lectionum in elevatione Corporis Christi alta voce decantetur versus O salutaris hostia, sicut in ordine cantari solitum est.

Christi nomine invocato. Viso processu inquisitionis facte per abbatem monasterii de Castello prope Mauritaniam [37]) contra et adversus Servatium Donchemen, religiosum dicti monasterii, qui manus violentas in proprium prelatum iniicere nisus est, sommam ducentorum florenorum suo prelato furatus est, custodem carcerum ordinis in Lauduno percussit et vulneravit, prout ex informatione desuper facta ac eius confessione nobis legitime constitit et preterea muros oppidi civitatis Laudunensis violavit et transcendit. Matura autem inter nos deliberatione habita et consideratis considerandis capitulum condempnavit et condempnat predictum fratrem Servatium sic de predictis excessibus convictum (fol. 36v) et confessum ad carceres ordinis in monasterio sancti Martini Laudunensis reclusurum usque ad sex annos in victu tenui, videlicet per tres dies cuiuslibet ebdomade in pane et aqua dumtaxat, reliquis vero diebus cibariis consuetis cibandum et preterea numquam deinceps ad proprium monasterium reversurum emissurumque ad remotum nostri ordinis monasterium, in fine predictorum sex annorum sibi assignandum, salva in omnibus gratia capituli generalis.

[35]) Visitator circariae Frisiae erat Ioh. Duveland, abbas in Lidlum. Cfr. supra, p. 122.

[36]) Ioh. Poulaillier.

[37]) Ioh. Auffroit.

Item, quia frater Karolus de la Motte et Anthonius Ausel [b]) religiosi monasterii Bone Spei anno preterito [38]) suis exigentibus demeritis fuerunt ad carceres ordinis in monasterio sancti Martini Laudunensis per triennium condempnati, quos carceres effregerunt, auffugerunt (!) et in dedecus et scandalum ordinis nostri per mundum apostatas (!) vagantur, capitulum ordinat quod revertantur in dictis carceribus, si gratiam ordinis acquirere voluerint et residuum penitentie sibi iniuncte ibidem peragant. Et fiat commissio specialis abbati dicti monasterii Bone Spei [39]) ad capiendum illos et in dictis carceribus adducendum cum invocatione auxilii secularis, si opus sit.

Sed quia sedente adhuc capitulo predictus abbas Bone Spei [40]) rogavit predictam penitentiam carceris mutari in penam emissionis, eius peticioni annuendo capitulum fratrem Karolum in monasterium de Corneolo et fratrem Anthonium in Thenolio ad decennium moraturos vel alibi per dominum Premonstratensem [41]) assignandos tali pacto, quod numquam emitti vel morari in aliquo monasterio ordinis, nisi distat a dicto monasterio Bone Spei decem leucis.

(fol. 37r). Item, super supplicatione facta per abbatem de Moncellis [42]) requirentem quod religiosi dicti monasteriii teneantur amodo perpetuis temporibus singulis hebdomadis celebrari (!) unam missam cum nota pro nobili viro defuncto Arnoldo de Sanct Prive, domino de Noroye [43]) qui contulit ecclesie predicte sex libras Turonenses annui proventus, ordinat capitulum quod abbas dicti monasterii recipiet dictas sex libras, coget et compellet religiosos dicti monasterii sub penis et censuris ordinis ad celebrandum dictam missam hebdomadis singulis et sint dicti religiosi contenti recipere ab abbate victum et vestitum secundum facultates ecclesie.

Item, quia anno preterito venerabilis confrater noster Mathias abbas Knestedensis [44]) per tres religiosos dicti monasterii fuerat graviter infamatus per litteras et nuncios nobis transmissos ex parte dictorum

[b]) « Ausel » legi potest etiam « Ansel ».

[38]) Cfr. p. 197.

[39]) Iohannes Cornu.

[40]) Idem.

[41]) Iacobus de Bachimont.

[42]) Annis 1515-1548, Petrus Adeline abbas fuit Moncellensis. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 517.

[43]) Sanct Prive=Saint Privé; Noroye (ubi ?).

[44]) Matthias de Thurre. Cfr. supra, p. 113, n. 119.

religiosorum, super quo dedimus in mandatis Hamsburgensis [45]) et Langvedensis [46]) monasteriorum prepositis, ad se informandum desuper, virtute cuius commissionis ad dictum monasterium accedentes diligenti inquisitione facta vocatis dictis religiosis accusatoribus, toto presente conventu, cum nichil contra dictum confratrem nostrum abbatem ab huiusmodi diffamatoribus sibi impositis absolventes innocentem declaraverunt, dictis accusatoribus uno dempto qui auffugit (!) penitentiam iniungentes. Nos vero predicti confratris nostri innocentiam et purgationem ratam et gratam habentes approbamus et confirmamus.

Item, super querimonia facta per Iohannem le Maire, curatum de Caulierres [47]) conquerentem de abbate sancti Petri Selincurtis [48]), qui ipsum indebite molestat et impedit ne prosequatur causam iam diu agitatam coram iudicibus deputatis per nos in (fol. 37v) civitate Parisiensi, intellecto quod dicta cura est secularis et illam ex provisione apostolica obtinet, capitulum inhibet dicto abbati sancti Petri Selincurtis sub pena suspensionis et excommunicationis ne quovis modo impediat prefatum fratrem Iohannem quominus libere prosequatur processum suum coram dictis iudicibus usque ad sententiam diffinitivam inclusive. Et hec nostra inhibitio sibi notificetur per fratrem Iohannem Matifas, priorem dicti monasterii in nostra presentia personaliter comparentem.

Item, capitulum confirmat et approbat tractum (!) [c]) initum inter abbatem [49]) et conventum monasterii Loci Restaurati ex una et Iohannem Olmier et Katherinam eius uxorem ex altera partibus super concessione cuiuslibet domus dictis Iohanni et Katherine spectantis dicto monasterio facte (!) sub certis condicionibus in litteris desuper confectis, quibus nostre presentes adnectuntur, latius declarantis decretum nostrum in premissis interponentes.

Item, fiant littere orationum pro dictis Iohanne Olmier et Katherina, in forma communi.

Item, quia a duobus vel tribus annis citra, abbates ac prelati circarie Anglie obtinuerunt a summo pontifice exceptionem (!) ab ordine

[c]) « tractum » in orig., certe legi debet « tractatum ».

[45]) Nomina praepositorum Heinsbergensium nota non sunt. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 170.

[46]) Nomina praepositorum Langwadensium nota non sunt. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 179.

[47]) Caulières. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 566.

[48]) Ioh. Fretel. Cfr. supra, p. 5, n. 17.

[49]) Petrus de Haultdecoeur.

nostro, super quo capitulum obtinuit ab eodem pontifice rescriptum ad officiales Morinensem, Attrebatensem et Cameracensem et cuilibet eorum in solidum pro revocatione dicte exemptionis, capitulum ordinat quod abbates sancti Nicolai Furnensis [50]), sancti Augustini Morinensis [51]), (fol. 38r) Lisquensis [52]) et sancti Andree [53]), et quilibet eorum in solidum nomine et auctoritate capituli generalis prosequantur materiam, expensis tamen ordinis, coram dictis officialibus aut eorum altero usque ad sententiam diffinitivam inclusive et fiat procuratorium dictis abbatibus cum potestate substituendi.

Item, capitulum rattifficat (!) et approbat tractatum initum inter reverendissimum patrem dominum Iacobum, abbatem Premonstratensem [54]) et conventum dicti monasterii ex una et nobilem virum Renatum Danendiers et domicellam Mariam Declemot eius uxorem, super domo de Clemecy et eius appendiciis, ad terminum nonaginta novem annorum secundum quod in eisdem litteris continetur.

Item, fiant littere orationum pro illustrissimo principe Karolo duce [d]) Vindocinensi, pari Francie et eius conthorali et liberis cum clausula Adiicientes.

Item, similiter pro Maria de Luxemburgo dotatrice ducatus Vindocinensis, comitissa sancti Pauli, cum suis liberis et cum clausula Adiicientes.

Item, pro nobili viro Francisco de Luxemburgo, domino de Borguinal milite et Maria eius conthorali.

Item, pro nobili viro Anthonio de Bayencourt, domino de Quincy, milite et Iohanna de Calonne, eius conthorali.

(fol. 38v). Item, pro nobili viro Renato Danendiers, scutifero capitaneo de Coucy et Maria, eius conthorali.

Item, pro generoso viro domino Roberto de la Marche, milite et Guillerma eius conthorali. Hec omnia ad intercessionem reverendissimi patris domini Premonstratensis [55]).

Item, pro generoso viro domino Iohanne de Brisancourt eiusque conthorali et liberis eorumdem in forma communi, ad intercessionem domini Iohannis Seneschal presbyteri.

[d]) Post « duce » deletum « Vindociren (?) ».

[50]) Annis 1512-1525, Aegidius De Grave abbas erat S. Nicolai Furnensis. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 433.

[51]) Nicolaus Rhedys.

[52]) Dominicus Carnisien. Cfr. supra, p. 88, n. 24.

[53]) Dionysius Daviau.

[54]) Iacobus de Bachimont.

[55]) Idem.

Item, fiant littere orationum pro honesto et discreto viro magistro Iacobo Reydis, canonico Morinensi, in forma communi.

Item, super requesta facta per visitatorem [56]) et prelatos nostri ordinis in circaria Hungarie, consideratis sumptibus et expensis per eos factis, et in futurum faciendis tam pro reformatione monasteriorum ordinis in dicta circaria, quam pro recuperatione trium monasteriorum ab ordine alienatorum, eorum petitioni benigniter (!) annuendo capitulum remittit eisdem tallias et contributiones ordini debitas a biennio proxime transacto et usque ad presens capitulum inclusive. Pro futuro autem tempore et usque ad sex annos inde sequentes, quo tempore medio monasteria ipsa feliciora suscipere poterunt incrementa, annuatim solvere tenebuntur duodecim ducatos de Hungaria et illos in nostro generali capitulo suis sumptibus et expensis transmittere, quorum quidem duodecim ducatorum taxatio fiet per visitatorem ordinis cum consilio aliorum duorum patrum abbatum dicte circarie per eos electorum super singula monasteria et membra ab ordine dependentia, habito respectu ad valorem quorumlibet monasteriorum et aliorum ordinis membrorum, secundum dictamen recte rationis. Et ista taxatio duodecim ducatorum sic ut premittitur facta per visitatorem dicte circarie ad id commissum, exigetur a quolibet sub penis (fol. 39r) et censuris ordinis quibus decet. Et ad id peragendum fiat commissio specialis preposito de Saag [57]), visitatori dicte circarie moderno vel eius forsan successori.

Item, fiant littere missive ad serenissimum principem et dominum dominum Wlansdislaum (!) dei gratia regem Hungarie et Bohemie [58]), secundum memoriale traditum per nuntios ipsius circarie. Et preterea in eisdem litteris inseratur quod placeat sue regie maiestati revocare donationem seu concessionem iuris patronatus prepositure et electionem prepositi ecclesie de Znow [59]), nuper factam reverendo patri domino episcopo Quinque Ecclesiensi [60]), et consulibus civitatis, cassandam contra privilegium ab ipsa regia maiestate ordini concessum, ut in eodem memoriali continetur.

Consimiliter, fiant littere missive ad episcopum Quinque Eccle-

[56]) Praepositus Sagiensis, Franciscus Fegyverneky erat visitator. Cfr. supra, p. 91, n. 59.

[57]) Idem.

[58]) Wladislaus rex erat Bohemiae inde ab anno 1471; et Hungariae inde ab anno 1490; obiit anno 1516.

[59]) Znow=Turec, hungarice Turocz, in archidioecesi Strigoniensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 464.

[60]) Quinque Ecclesiae : Pécs, in Hungaria. Inde a 26 octobris usque ad 29 Iulii episcopus erat Philippus More. Cfr. B. Gams, *Series Episcoporum Ecclesiae Catholicae*. Graz, 1957, p. 377.

siensem secundum formam memorialis dicti monasterii in articulo septimo notatam.

Item, fiant littere missive ad reverendissimum dominum cardinalem Strigoniensem [61]) suis litteris capitulo transmissis responsive.

Item, fiant littere missive ad magnificos dominos Michaelem et Anthonium de Palore patronos ecclesie seu prepositure de Korniis [62]) secundum memoriale nuncii dicte circarie in VIII° articulo descriptum.

Item, fiant littere missive preposito de Saag [63]) et ceteris prelatis (fol. 39v) circarie Hungarie et presertim patribus abbatibus per eos electis, eisdem intimando quod super consultatione a nobis expetita pro tribus monasteriis ab ordine alienatis et posthac recuperandis nil consultius visum est quam obtinere a summo pontifice rescriptum apostolicum et habere iudices in partibus peritos et ordini nostro favorabiles, coram quibus prosequutio (!) fieri poterit et in narratione predicti rescripti poterit allegari distantia monasterii Premonstratensis, quo medio predecessores nostri de vita religiosorum tunc in dictis monasteriis degentium habere notitiam nec propterea eorum excessus corrigere propter guerras tunc in partibus istis vigentes et alia multa que ipsi prelati melius norunt exponenda. Que quidem impetratio fieri poterit ac prosequi vice et nomine nostris et capituli nostri generalis. Quo obtento tunc dabitur procuratorium speciale eidem ad prosequendum hanc materiam. Quantum autem ad sommam duodecim ducatorum sibi impositam, non debet eis esse molestum, quia tantillum subsidii quod uni pauperi facile dari posset, ab ipsis requiritur pro communibus ordinis expensis supportandis et solvendis, nam cuiuslibet communitatis onera, expensis communibus portari debent.

Neque enim pro privato commodo nostro id factum est, sed pro protecto(re) [e]) et procuratore ordinis in Urbe et aliis expensis capituli generalis faciendis, recipiuntur. Asseruit, quod propter bonum pacis et ut eo facilius patroni (fol. 40r) ecclesiarum nostrarum in illa circaria ad cessionem iuris patronatus et electionis prelatorum ordinis successu temporum induci possunt, propter paucitatem et deffectum (!) fratrum ad prelationes ydonei assumpti sunt et interdum assumuntur

[e]) « re » in orig. neque per abbreviationem quidem scriptum est.

[61]) Annis 1505-1520, Ladislaus III. Macedonay archiepiscopus erat Strigoniensis. Cfr. B. Gams, *Series Episcoporum Ecclesiae Catholicae*. Graz, 1957, p. 379.

[62]) Korniis=Kökényes, hodie Nagykökényes, in dioecesi Vaciensi, in Hungaria. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 448.

[63]) Franciscus Fegyverneky.

ad prelaturas presbyteri seculares vel clerici per patronos electi ea tamen conditione quod per unum annum habent stare in monasterio visitatoris vel altero in habitu ordinis et discere regulam et observantias ordinis. Super quo a nobis poscivit edoceri an bene et pro bono ordinis hoc sit agendum? Ad petita respondemus quod premissa tolleranda sunt et rite hac tempestate fienda donec et quousque aliter fuerit provisum et religiosorum numerus augeatur.

Item, super eo quod hactenus soliti sunt recipere novitios, etiam ad professionem ante decimum octavum annum propter fratrum carentiam ac etiam quod multi non completo probationis anno ad professionem recepti sunt respondemus quod novitii ante decimum octavum annum facile recipiendi sunt, ad professionem solemnem secundum iura admittendi. Sed anno probationis nondum completo nullatenus consulimus recipiendos, quadraginta diebus dumtaxat exceptis, in quibus dispensare possunt abbates et prelati ordinis.

Item, de contentis in decimo sexto, decimo septimo et decimo octavo articulis predicti memorialis nuntiorum mentionem (fol. 40v) facientibus de monialibus in oppido Zegediensi [64]), sancti Spiritus [65]), sancti Lamberti [66]) et aliis quibuscumque ordinis nostri, an possint admittere intra claustrum suum, ubi perpetuo recluse manent arctissimam et continentissimam sub regulari disciplina vitam ducentes personas honestas feminei sexus, que vel ex devotione vel operis alicuius conducendi aut elemosine elargiendi gracia ingrediuntur. Respondemus quod sine divina offensa et regularis discipline enervatione id licite fieri potest et hoc idem quotiens opus fuerit, de licentia tamen et consensu fratris prepositi ibidem pro tempore existentis, huiusmodi honestas personas feminei sexus in eorum claustris intromittere possint et valeant, annuimus et concedimus.

Item, quia pro reformatione monasteriorum ordinis nostri in circaria regni Hungarie existentium, necessarium est patres abbates habere, qui statutis temporibus et iuxta statutorum nostrorum formam ecclesias, monasteria et personas visitent et reforment tam in capite quam in membris, sicut hactenus in nostro ordine solitum est. Monasteriorum predicte circarie paternitates in modum qui sequitur duximus assignandas, prout et assignamus, videlicet quod prima paternitas

[64]) Zeged=Szeged, in diocesi Csanadiensi, in Hungaria. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I., p. 462.

[65]) Monasterium S. Spiritus in Szeged. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 462.

[66]) S. Lambertus=Somlyovásárhély, seu Vasarhély, in dioecesi Vespremiensi, in Hungaria, Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 460.

dicte circarie erit ecclesia de Saag [67]), que sub se habet ecclesias de Thunrocz [68]), Bozok [69]), Hathuvan [70]), Sydo [71]), Zeghed [72]), Jughed [73]), Been [74]). Secunda paternitas ecclesia de Yazzow [75]), habet sub se ecclesias de Lelez [76]), Palii [77]), Adon [78]), Darno [79]), Sancti Stephani de Promontorio Waradino [80]), hec ecclesia possidetur a secularibus presbyteris. Tertia paternitas ecclesia de Chorna [81]), cui assignate sunt hec ecclesie : Maroczhyda [82]), Ahyrle [83]), Rayk [84]), Zenthbenerlek [85]),

67) Saag=Sahy, in dioecesi Strigoniensi; in hodierna Slovakia. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 458.

68) Thunrocz=Turec, in dioecesi Strigoniensi, in hodierna Slovakia. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, 464.

69) Bozok=Bzovik, in dioecesi Strigoniensi, in hodierna Slovakia. Cfr. N. Backmund, Monasticon, I, p. 433.

70) Hathuvan=Hatvan, in dioecesi Agrensi, in Hungaria. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 440.

71) Sydo=Zsido, in dioecesi Vaciensi, in Hungaria. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 469.

72) Zegéd. Cfr. supra, n. 64 et 65.

73) Jughed : duplicatio nominis Zeghed, per errorem scribae.

74) Been=Bina, in dioecesi Strigoniensi, in hodierna Slovakia. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 432.

75) Yazzow=Jasov, in dioecesi Rosnaviensi, in Slovakia. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 445.

76) Lelez=Leles, in dioecesi Cassoviensi, in Hungaria. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 449.

77) Palii=Palyi, in dioecesi Varadiensi, in Hungaria. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 456.

78) Adon=Adony, in dioecesi Agriensi, in Hungaria. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 431.

79) Darno=Darno, in dioecesi Agriensi, in Hungaria. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 438.

80) S. Stephanus in Promontorio Waradino=Oradea Mare, in dioecesi Varadiensi, in hodierna Rumenia. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 465.

81) Chorna=Csorna, in dioecesi Jauriensi, in Hungaria. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 434.

82) Maroczhyda=Moriczhida, in dioecesi Jauriensi, in Hungaria. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 452.

83) Ahyrle=Turje, in dioecesi Vesprimiensi, in Hungaria. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 462; 471 s.

84) Rayk=Rajk, in dioecesi Vesprimiensi,in Hungaria. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 457.

85) Zenthbenerlek (!), ita per errorem scribae loco : Zenthbenedek=Kaposfo, in dioecesi Vesprimiensi, in Hungaria. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 448.

Ratolth [86],, Maylr (!) [87]), Wassarhek [88]), in quam facta est translatio sanctimonialium nostri ordinis. Quas quidem paternitates sic ut premittitur per nos assignatas, futuris perpetuisque temporibus per dictos tres prepositos habendas et regendas decernimus et volumus et officium visitationis et cetera, que ad officium patris abbatis spectant et requirunt in eisdem et quolibet eorum habere et exercere posse declaramus approbantes quasdam constitutiones per vos factas, videlicet ut amodo ieiunetis in pane et aqua singulis vigiliis beate (fol. 41r) Marie virginis et in festivitatibus eiusdem virginis sollempniter decantetis letaniam cum orationibus, sicut hactenus consuevistis.

Item, fiat missiva fratri Danieli Tayspel, olim ordinis nostri procuratori in Urbe, suis litteris responsiva [89]), eidem denuo intimando revocacionem ab officio procurationis ordinis, iam ab anno elapso secundum minutam desuper confectam.

Item, quia anno preterito predictus frater Daniel fuit ab officio procuratoris in Urbe absolutus et privatus et per litteras nostras sibi transmissas citatus, ut ad presens capitulum nostrum compareret et quas litteras sibi presentatas fuisse constitit atque constat, nichilominus in ipso capitulo minime comparuit. Quapropter ipsum contumacem reputavimus et reputamus.

Item, fiat commissio preposito monasteriii beate Marie Magdeburgensis [90]), assumpto secum aliquo prelato ordinis ad visitandum omnia et singula monasteria circarie Saxonie cum plenitudine potestatis, ut habetur in copia antique commissionis. Et in ea adiiciatur quod possit dispensare cum prelatis ut possint amodo recipere novitios decimum sextum annum attingentes et conversos vicesimum, non obstantibus statutis in contrarium facientibus. Et hoc usque ad sex annos.

Item, fiat missiva dirigenda predicto preposito Magdeburgensi [91]) et ceteris Saxonie prelatis eisdem intimando quod gratiosam contributionem dare non debet eis esse grave vel molestum. Non enim tallia

[86]) Ratolth=Ratot, in dioecesi Vespremiensi, in Hungaria. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 457.

[87]) Mayrl (!), ita per errorem scribae loco=Mayk-Majk, in dioecesi Strigoniensi, in Hungaria. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 451.

[88]) Wassarhek (!), ita per errorem scribae loco Wassarhely=Somlyovasarhely, in dioecesi Vespremiensi, in Hungaria. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 460.

[89]) In Capitulo generali anni praecedentis de ipso actum erat. Cfr. supra, p. 197 s.

[90]) Henricus Stott. Cfr. supra, p. 93, n. 75.

[91]) Idem

aut exactio, ut dicunt, estimari debet illud tantillum subsidii, quod ab eis requiritur, unicum videlicet florenum de quolibet monasterio per singulos annos gratiose tribuendum, quod uni pauperi mendicanti facile dari posset, quod non ad privatum commodum, sed solum pro communibus ordinis oneribus supportandis distribuuntur. Noscunt enim dicti confratres nostri quod singularum communitatum onera communibus expensis portari et fieri solent. Quapropter hortamur dictum confratrem ceterosque confratres nostros huiusmodi circarie ac etiam monemus quatenus in huiusmodi gratioso subsidio non se reddant difficiles, sed liberales ac promptos recognoscendo gratiam eis factam super eo quod priscis temporibus tenebantur comparere in eorum (fol. 41v) propria persona in capitulo generali quod sic [f]) gravibus expensis fieri nequibat, ad prestandum nobis obedientiam. Nunc vero facta est dispensatio quod de sexennio in sexennium comparerent, sed nec quidem comparuerunt [92]), que etiam considerare habent prefati prelati.

Item, capitulum absolvit ad cautellam (!) fratrem Petrum Rayer, religiosum monasterii sancti Petri Selincurtis a sententia excommunicationis quam incurrit propter apostasiam, exeundo a monasterio sine licentia prelati et remittit ipsum ad monasterium sancti Iohannis Ambianensis donec et quousque reverendissimus dominus Premonstratensis [93]) prefatum monasterium visitaverit. In qua visitatione de causis pro quibus ipse frater Petrus exivit, plenius decidetur.

Item, fiant littere orationum pro confratribus et benefactoribus confraternie in capella beati Claudii confessoris in ecclesia parrhochiali (!) de Maisy [94]) recenter et de novo constitute.

Item, hoc die XXI° mensis aprilis frater Theodoricus de Tylla nomine procuratorio coram nobis exhibito prestitit obedientiam capitulo generali pro preposito ecclesie Magdeburegensis et ceteris omnibusque prelatis circarie Saxonie, ut moris est.

Item, super exhortatione facta per reverendissimum patrem dominum Iacobum abbatem Premonstratensem [95]) remonstrando

[f]) « sic » loco « sine » per errorem scriptoris.

92) Hoc in Capitulo generali anni 1506 ordinatum erat. Cfr. supra, p. 76.
93) Iacobus de Bachimont.
94) Maisy = Maisse (?).
95) Iacobus de Bachimont.

singulis ordinis prelatis quod cum per statuta ordinis debeat ad minus secum habere octo equites visitando monasteria ordinis ac secum habere prelatum vel canonicum literatum quodque etiam sunt aliqua monasteria ab invicem valde distantia, pro quibus visitandis ac attingendis quandoque oportet per quattuor dies equitare et extra monasteria iacere non sine gravibus expensis et quod etiam sunt nonnulli ordinis nostri prelati, qui in solvendo expensas et gratioso viatico se interdum reddunt minus liberales, capitulum taxavit statutum de exigendis moderatis expensis ab ecclesiis visitatis et ordinavit quod quotienscumque reverendus pater dominus Premonstratensis prefatus aut etiam forsan successores in propria persona visitarent (fol. 42r) recipient a quolibet monasterio ordinis per ipsum visitato sommam decem librarum Turonensium ad minus, dummodo visitet de triennio in triennium nec sepius nisi necessitas exposcat aut requisitus a prelatis. Alios (!) vero visitatores ab ordine deputatos (!) centum solidos Turonenses recipient. Que quidem taxa a quolibet ordinis visitatore sub censuris et penis ordinis exigi poterit [g]).

(fol. 43r). Visitatores anni presentis millesimi quingentesimi decimi sexti :

Francie, Floreffie, Brabantie, Flandrie, Pontivi, Lothoringie, Normanie, Gasconie, Burgundie, Alvernie, Sabaudie : Dominus Premonstratensis [96]) reservat pro se.

Saxonie : Prepositus Magdeburgensis [97]).

Frisie : Sancte Marie in Lidlon [98]).

Suevie : Aldebergensis [99]) ad triennium.

Hungarie : Prepositus de Saag [100]).

Scotie : Candide Case [101]).

Anglie : Dominus Premonstratensis [102]) et sancti Andree in Nemore [103]).

[g]) Quattuor quintae partes fol. 42r et totum fol. 42v vacuae remanserunt.

[96]) Idem.

[97]) Henricus Stott.

[98]) Ioh. Duveland.

[99]) Leonardus Dürr. Cfr. supra, p. 77, n. 96.

[100]) Franciscus Fegyverneky.

[101]) Alexander Stewart. Cfr. supra p. 207, n. 109.

[102]) Iacobus de Bachimont.

[103]) Dionysius Daviau.

Westphalie : Abbas Steynveldensis [104]).

Wadegocie et Idveldie (!) : Abbas Idveldensis (!) [105]).

Hyspanie : De Retorta [106]) et sancte Marie Vitis [107]).

Bohemie, Moravie, Colonie (!), Tuscie, Calabrie, Dacie, Norgvegie et Terre Iherosolimitane : Prior scholarium [108]) cum potestate substituendi.

G(erardus J) ardel m(anu) p(ropria)
ordinis notarius [h]).

[Addit Greg. du Crocq, in fine copiae suae (ms. Laon, 538, p. 165) : In huius Capituli Generalis anni 1516 copia non correxi plurima menda eaque latine horrenda (sicut nec in praecedentibus), quia fides non permisit; et malui concordiam magis quam latinitatem lectori non reddere hac die vigesima tertia decembris anni 1661.

fr. Gregorius du Crocq, secretarius saepe dictus.]

[h]) Sequens fol. 43v vacuum remansit.

104) Godefridus Kessel. Cfr. supra, p. 194, n. 11.

105) Ioh. Schumann. Cfr. supra, p. 29, n. 87.

106) Petrus de Azeves. Cfr. supra, p. 92, n. 70.

107) Uti videtur, Garcia de la Vid. Cfr. supra, p. 159, n. 120.

108) Amatus de Fonte ?

17

1517

(Ms. Strahov, 20, fol. 44r-49v
(= fol. CVIII^{r}-CXIII^{v} foliationis veteris).

(fol. 44r). Acta et diffinitiones capituli generalis Premonstratensis ordinis in monasterio Premonstratensi, anno domini millesimo quingentesimo decimo septimo mensis maii, die undecima et sequentibus diebus celebrati [a]).

Nomina prelatorum in dicto capitulo personaliter comparentium : Dominus Iacobus de Bachimont, Premonstratensis abbas [1]).

Sancti Martini Laudunensis [2]).
Floreffiensis [3]).
Cuissiacensis [4]).
Vallis serene [5]).
Vallis Christiane [6]).
Loci Restaurati [7]).
Camere Fontis [8]).
Gaudii Vallis [9]).
Carthovorensis [10]).
Sancti Andree in Nemore [11]).

[a]) In margine sinistro manu saec. XVII : « Praemonstrati 1517 ».

[1]) Iacobus de Bachimont, antea abbas Cuissiacensis, abbas generalis inde ab anno 1513. Cfr. supra, p. 6, n. 33.

[2]) Iohannes Poulaillier. Cfr. supra, p. 19, n. 4.

[3]) Annis 1516-1548, Godefridus Martini abbas fuit Floreffiensis. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 378.

[4]) Iohannes Evrard. Cfr. supra, p. 173, n. 3.

[5]) Nicolaus de Maucrois. Cfr. supra, p. 68, n. 12.

[6]) Nomen ignoratur.

[7]) Petrus de Haultdecœur. Cfr. supra, p. 6, n. 38.

[8]) Annis 1515-1524, Amatus de Fonte abbas fuit Camerae Fontis. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 484.

[9]) Robertus de l'Épée. Cfr. p. 129, n. 36.

[10]) Annis 1517-1530, Antonius Parent abbas fuit Carthovorensis. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 494.

[11]) Dionisius Daviau. Cfr. supra, p. 4, n. 16.

Sancti Augustini Morinensis [12]).
Montis sancti Martini [13]).
Viromandensis [14]).
Thenoliensis [15]).
Bucilliensis [16]).
Viconiensis [17]).
Bone Spei [18]).
Sancti Iusti [19]).
Vallis Secrete [20]).
De Longo Vado [21]).
Sancti Iohannis de Fallesia [22])
Vallis Dei [23]).
Lefflensis [24]).
De Genlyaco [25]).

Subscripti prestiterunt obedientiam :

Floreffiensis [26]), Camere Fontis [27]), Carthovorensis [28]), sancti Iohannis de Fallesia [29]), de Bello Loco [30]).

(fol. 44v). Imprimis ordinatum est quod omnes prelati propter eorum paucitatem erunt diffinitores.

Item, missas celebrari consuetas, primam Floreffiensis [31]), secundam sancti Iohannis de Fallesia [32]), et tertiam Carthovorensis [33] abbates celebrabunt.

12) Nicolaus Rhedys. Cfr. supra, p. 7, n. 44.

13) Thomas de l'Escluse, abbas Montis S. Martini erat; antea vero abbas S. Iohannis Ambianensis.

14) Thomas de l'Église. Cfr. supra, p. 116, n. 34.

15) Gobertus Aleaume. Cfr. supra, p. 161, n. 19.

16) Ioh. le Prince. Cfr. supra, p. 46, n. 33.

17) Ioh. le Bracq. Cfr. supra, p. 195, n. 20.

18) Ioh. Cornu. Cfr. supra, p. 194, n. 8.

19) Ioh. de la Morlière. Cfr. supra, p. 174, n. 18.

20) Benedictus de Corbie. Cfr. supra, p. 194, n. 5.

21) Nomen ignoratur.

22) Annis 1516-1521, Robertus Morel abbas fuit S. Ioh. de Falesia. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 43.

23) Gerardus. Cfr. supra, p. 115, n. 14.

24) Aegidius d'Awagne. Cfr. supra, p. 58, n. 92.

25) Iacobus le Pelletier. Cfr. supra, p. 21, n. 46.

26) Godefridus Martini.

27) Amatus de Fonte.

28) Antonius Parent.

29) Robertus Morel.

30) Abbas iste non annumeratur inter nomina praelatorum relata in initio actorum huius Capituli. Annis 1514-1527, abbas Belli Loci-Beaulieu, in dioecesi Trecensi = Troyes, erat. Ioannes Huchier. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 483.

31) Godefridus Martini.

32) Robertus Morel.

33) Antonius Parent.

Item, talliarum receptores erunt Thenoliensis [34]) abbas et prior scholarium [35]).

Item, excusationes prelatorum recipiant (!) Camere Fontis [36]) et Carthovorensis [37]) abbates.

Item, auditores compotorum erunt patres abbates et ceteri prelati qui his voluerint interesse.

Item, quia visi sunt quidam prelati et religiosi tam in ecclesia quam in claustro confabulantes et ordinis silentium infringentes, precipitur universis et singulis prelatis et religiosis sub penis in statutis contentis quod eorum quilibet silentium debite observet alioquin contra facientes punientur.

Item, super supplicatione facta per abbates circarie Brabantie requirentes excusari per nos super eo quod non comparuerunt in presenti capitulo certis rationibus per eos allegatis, licet minus rationabilibus, nichilominus capitulum volens cum iis mitius agere, ipsos excusat pro hoc anno, sine preiudicio statutorum et privilegiorum ordinis.

Item, eedem littere continebant quod capitulum vellet et dignaretur ordinare quod capitulum generale celebretur anno futuro in Cameraco. Habita (fol. 45r) deliberatione inter nos ordinavit et ordinat quod non celebretur ibidem, sed solum in monasterio Premonstratensi, sicut in privilegiis et statutis ordinis continetur.

Item, capitulum ordinavit et ordinat dominos abbates sancti Augustini Morinensis [38]), sancti Nicolai Furnensis [39]) et sancti Andree in Nemore [40]), procuratores ordinis et quemlibet eorum in solidum, ad specialiter et expresse prosequendum coram officiali Morinensi vel aliis officialibus in litteris apostolicis nominatis revocationem exemptionis ab ordine, obtente per Anglos.

Item, quia reverendissimus pater dominus Premonstratensis [41]) semel monuit et exinde ex precepto ipsius dominus abbas modernus Camere Fontis [42]) servando, nunc vero in presenti capitulo tercio

34) Gobertus Aleaume.
35) Mathurinus Dandelle. Cfr. p. 226.
36) Amatus de Fonte.
37) Antonius Parent.
38) Nicolaus Rhedys.
39) Aegidius De Grave. Cfr. supra, p. 213, n. 50.
40) Dionisius Daviau.
41) Iacobus de Bachimont.
42) Amatus de Fonte.

monuit et monet fratrem Robertum Allefin [43]), abbatem monasterii Gaudii Vallis, sub pena privationis a dicto monasterio, quatenus de cetero non habeat nec manu teneat aliquas mulieres suspectas in dicto monasterio Gaudii Vallis et quod de cetero honestius vivat, quam vixit temporibus preteritis. Item, quod de cetero non vendat nemora alte longitudinis sine licentia nostra. Item, quod abstineat a blasphemia et iuramento execrabili « Par la teste Dieu », et aliis execrabilibus iuramentis. Item, quod ferat habitum decenter in monasterio et extra. Item, quod singulis annis faciat compotum omnium reddituum et proventuum monasterii sicut in statutis continetur. Item, quod honeste tractet religiosos in victu et vestitu nec det licentiam suis religiosis celebrandi missas extra monasterium.

(fol. 45v). Item, capitulum recipit litteras orationum olim concessas reverendo patri domino Iacobo de Croy [44]), episcopo Cameracensi nuper deffuncto (!), cui promissa erant suffragia ordinis cum clausula Addicientes (!). Que suffragia exsolvere promisit et preterea recepit unum aureum nobilem per eum legatum capitulo nostro generali per manus abbatis (b) Viconiensis [45]).

Item, capitulum confirmat pensionem assignatam domino Radulpho de Lannoy, nuper abbati monasterii de Carthovoro resignanti [46]), sicut in litteris reverendissimi patris domini Premonstratensis desuper confectis latius continetur.

Item, capitulum dispensat abbatem et conventum monasterii de Capella ad Plancas [47]) super iuramento per eos prestito in contractu inter eos finito (!) super grangia vel ganguaigio vulgariter nuncupato la Marniere sito in finagio de Longa Villa Trecensis dyocesis [48]).

Christi nomine invocato. Visa informatione facta per reverendum patrem dominum abbatem de Genlyaco [49]), per plures religiosos

b) Post « abbatis » deletum « Camerac(ensis) ».

43) In serie abbatum Gaudii Vallis, prout refertur apud N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 556, abbas iste Allefin non occurrit. Abbas Robertus de l'Épée abbatiale munus retinuit usque ad a. 1515; alius, Petrus Maria, obiisse dicitur a. 1521. De abbate isto Allefin sermo ibidem non fit, nisi idem oit ac Robertus de l'Epée.

44) Iacobus de Croy episcopus fuit Cameracensis inde ab a. 1509; obiit die 16 iulii 1516. Cfr. Gams, *Series Episcoporum Ecclesiae Catholicae*, Graz, 1956, p. 527.

45) Ioh. Le Bracq.

46) Abbas iste, Rudolphus de Lannoy (vel de Lannois) abbas fuerat inde ab anno 1516, et iam anno sequenti munus resignavit. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 494.

47) Abbas Cappellae ad Plancas erat Stephanus Remy. Cfr. supra, p. 37, n. 62.

48) La Marnière(?).

49) Iacobus le Pelletier.

dicti monasterii contra et adversus fratrem Iohannem Pierot religiosum dicti monasterii de Genlyaco qua nobis debite constitit tam ex depositione testium quam ex eius confessione in qua perseveravit, crimen pessimum, videlicet sodomiticum cum quodam novitio commisse pluries atque perpetrasse. Qua de re ipsum condempnavit et condempnat ad perpetuos carcares in pane tristicie et aqua doloris in monasterio sancti Martini Laudunensis, expensis tamen proprii monasterii recludendum et arctissime detinendum.

(fol. 46r). Item, habito respectu ad egritudinem et labores quos sustulit abbas sancti Mariani [50]) in visitatione quam ipse fecit cum reverendissimo patre domino abbate Premonstratensi [51]) in patria Gasconie et Normanie, capitulum eidem remittit talliam sui monasterii pro presenti anno.

Item, capitulum acceptat fratrem Mathurinum Dandelle religiosum monasterii Premonstratensis in priorem collegii nostri Parisiensis cum stipendiis et oneribus consuetis [52]).

Item, capitulum annuit quod ammodo in monasterio sancti Augustini Morinensis fiat officium de beata Monica sancti Augustini pia matre, cum novem lectionibus, sicut de una electa fieri solitum est in ordine.

Item, quia in capitulo generali anno quingentesimo (decimo) [c]) quinto frater Guillielmus Willo [53]) religiosus monasterii Bone Spei, qui propter homicidium per ipsum perpetratum fuerat perpetuis carceribus apud Laudunum condempnatus, salva gratia ordinis, actenta eius contritione et quod per biennium penam patienter sustulit, capitulum misericordiam rigori iusticie preferendo ipsum ab huiusmodi carceribus absolvit et eudixit tali pacto, quod ad monasterium proprium numquam revertetur, sed perpetuo emittetur in aliquo nostri ordinis monasterio remoto, per nos ordinando sine aliqua spe revertendi.

Item, ordinatum est quod quidam liber compilatus per fratrem

[c]) « decimo » hic suppletum, deest in orig.

[50]) Nicolaus Johannis. Cfr. supra, p. 20, n. 35.

[51]) Iacobus de Bachimont.

[52]) M. Dandelle in Ordine illo tempore variis muneribus summi momenti functus est. Potissimum quando, anno 1534, ipsi a Capitulo Generali impositur munus vicariatus generalis abbatiae Praemonstratensis, ubi tunc cardinalis Pisani officium abbatiale (commendatarium) obtinuerat.

[53]) De ipso iam actum fuerat in Capitulo generali praecedenti. Cfr. supra, p. 197.

Adam, religiosum monasterii Premonstratensis [54]) impressoribus tradetur imprimendus et quilibet abbas nostri ordinis tenebitur emere.

(fol. 46v) Item, fiat commissio in ampliori forma abbatibus de Retorta [55]) et de Caritate [56]) et utrique in solidum, ad reformandum omnia monasteria, personas et loca in circaria Hyspanie constituta et presertim laborent ad expellendum focarias atque concubinas tam abbatum quam curatorum et aliorum quorumcumque, si que fuerint, cum invocatione auxilii brachii secularis, si opus sit.

Item, fiat littera missiva vicegerenti [d]) seu locumtenenti regis Hyspanie ad intimandum qualiter capitulum commisit abbates de Retorta [57]) et de Caritate [58]) ad reformandum monasteria nostri ordinis, personas et loca eorumdem in Hyspania consistentes, quibus auxilio et consilio esse dignetur, humiliter deprecando quodque ad hoc faciendum manus porrigat adiutrices.

Item, similiter scribatur senatoribus, consulibus et iudicibus precipuis eiusdem regni in simili forma.

Item, capitulum confirmat tractatum initum inter reverendissimum patrem dominum Premonstratensem [59]) eiusque conventum ex una et nobilem virum Renatum Danenderes eiusque uxorem ex altera de domo de Clamecy [60]) sicut in litteris desuper confectis continetur.

Item, fiant littere orationum pro nobili viro domino Iohanne du Plessier au Bois [61]) in forma communi, sine clausula Adicientes.

Item, capitulum annuit litteras orationum omnibus benefactoribus prioratus de Fontenilles [62]) membri a monasterio Belle Vallis, Remensis diocesis, deppendentis (!).

Item, attenta remonstratione facta per reverendissimum patrem

[d]) Post « vicegerenti » deletum « regis ».

[54]) Agitur de operibus Adami Praemonstratensis. Opera ista, qua « editio princeps » edita fuerant, cura Amati de Fonte, anno 1518, apud Egidium de Gourmont, Parisiis, sub titulo : *Liber Beatae Dei Genitricis Virginis Mariae.* Cfr. J. B. Valvekens, *Liber beatae Dei Genitricis Virginis Mariae*, in *Anal. Praem.*, XXVII, 1951, p. 161 s.

[55]) Petrus de Azeves. Cfr. supra, p. 92, n. 70.

[56]) Annis 1511-1525, in la Charidad seu Ciudad Rodrigo, in dioecesi Salmantina, in Hispania, abbas erat Ferdinandus de Baltanàs. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 255.

[57]) Petrus de Azeves.

[58]) Ferdinandus de Baltanàs.

[59]) Iacobus de Bachimont.

[60]) Clamecy(?).

[61]) Plessier-au-Bois(?).

[62]) Iuxta N. Backmund, Fontenilles erat paroecia incorporata abbatiae Bellae Vallis, in Argonia.

dominum Iacobum abbatem Premonstratensem [63]), asserentum (!) prout etiam certo constitit dominis de capitulo, se non posse edificia monasterii Premonstratensis necessaria pro abbatibus ordinis, durante capitulo generali hospitandis, propriis sumptibus reparare nec ea manutenere. Qua de re habito respectu ad predicta capitulum ordinavit quod quilibet abbas nostri ordinis tenebitur dare et solvere prefato reverendissimo patri infra tres annos proxime sequentes duodecim libras Turonenses, videlicet quolibet anno quattuor et ad illas solvendas cogentur prelati solvere infra dictum terminum, quo medio prefatus dominus promisit reparare duodecim cameras, in quarum qualibet unus prelatus possit honeste et decenter (fol. 47v) hospitari, provisa de duobus lecticis, bancho, mensa et aliis utensilibus requisitis.

Vineam domini Sabbaoth [64]) pro modulo possibilitatis nostre colere et ab ea vepres et tribulos eradicare cupientes. Cum itaque pu reformatione ordinis nostri et observantia regulari debita nonnulla statuta edita fuerint et in ordine publicata, que tamen, proch dolor, a nonnullis nostri ordinis abbatibus et religiosis minus observata ac practicata fuerint. Qua de re ipsa statuta renovare volentes presenti decreto statuimus : Primo, super esu carnium et ieiuniorum observatione tam in sextis feriis quam in Adventu Domini, Septuagesima et Sabbatis, cum silentio, in locis ad hoc deputatis observentur ad rigorem. Preterea quod nulle mulieres intrent officinas claustri, exceptis fundatricibus. Itemque abbates non permittant aliquas suspectas mulieres morari infra septa monasterii sub pena depositionis. Item, quod omnia capitula prime distinctionis statutorum [65]) ad unguem practicentur et debite observentur. Item, quia in decimo capitulo prefate distinctionis de refectione mentionem faciente habetur quod nulli seculares comedant in conventibus nostri ordinis nisi de licentia abbatis vel presidentis conventus. Quam limitationem a dicto capitulo statuimus abradendam et delendam precipientes universis nostri ordinis abbatibus, prioribus et presidentibus conventuum, ne ex quacumque causa permittant aliquem secularem cuiuscumque conditionis existat etiam secularem sacerdotem in conventu comedere et super hoc provideat abbas de loco honesto ad recipiendum hospites

[63]) Iacobus de Bachimont.

[64]) De hac bulla iam supra actum est. Vi huius bullae, vita communis in victu et variis observantiis in Ordine urgebatur.

[65]) Agitur de capitibus Statutorum anni 1505, in quibus observantiae illae exponebantur et imponebantur.

(fol. 48r) ubi et quando sibi expedire videbitur. Prior vel supprior qui contra fecerit, pene [e]) decem dierum culpa gravioris subdatur, excepta tamen dispensatione abbatis que de facili non concedatur.

Item, quod religiosi ordinis nostri tunicas habeant et deferant consutas ante et retro, bireta insuper (ut ita dicamus) monstruosa ad instar mortarioli non defferant, sed stricta et honesta sine nota curiositatis et caputiis cooperta et minus apparentia quam soliti sunt. Item, districte precipimus omnibus abbatibus ne de cetero dent licentiam suis religiosis eundi ad nuptias quorumcumque parentum vel aliorum quorumcumque seu etiam in nundinis et festivitatibus villagiorum aut oppidorum aut pueros de sacro fonte levandi nec etiam missas extra monasteria celebrandi, exceptis forsan exequiis fundatorum vel aliorum nobilium cum propriis abbatibus. Preterea inhibemus universis nostri ordinis religiosis ne cum mulieribus cuiuscumque conditionis existant, etiam sororibus suis infra septa claustralia vel ortulis (!) propinquis comedere presumant. Ceterum precipimus, quod prelati nostri ordinis diligenter invigilent super curatos suos, presertim si focarias vel concubinas habeant vel teneant. Si que sint, eas abiiciant et expellant infra triduum post noticiam presentis decreti. Demum precipimus et iniungimus omnibus nostri ordinis abbatibus et prioribus, quatinus hoc statutum singulis hebdomadis legi faciant in capitulo et in quodam tabulario pendente in capitulo vel aule (!) conventuali inscribatur, ne aliqua tergiversatione religiosi ordinis ignorantiam pretendere possint. Et hec omnia sub penis in statutis contentis inviolabiliter precipimus observari.

(fol. 48v). Item, quod fiat commissio specialis abbati Aldebergensi [66]), sacre theologie doctori, visitatori circarie Suevie ad cogendum abbates dicte circarie per censuras ordinis ad comparendum simul et semel in capitulo generali proxime futuro et apud Premonstratum celebrando et prestandum obedientiam reverendissimo domino Iacobo abbati Premonstratensi, sacre theologie doctori, et capitulo generali, aut unum ex illis eligant scilicet visitatorem qui loco eorum vices eorum gerat et expensis eorum communibus tutius iter arripiat. Quod si [f]) non fecerint, auctoritate generalis capituli per penas et censuras ad hoc faciendum compellantur.

[e]) « pene » scriptum supra deletum « penam ».

[f]) Post « si » deletum « fecerint ».

[66]) Leonardus Dürr. Cfr. supra, p. 77, n. 96.

Item, fiat commissio specialis ad dominum Felicem abbatem Ruttinensem [67]), ad compellendum quosdam religiosos monasterii Aldebergensis, qui noluerunt obedire statutis ordinis, se defendendo per invocationem auxilii brachii secularis et cogat eosdem per censuras ecclesiasticas ad obediendum predictis statutis, quacumque contradictione non obstante, invocato ad hoc, si opus sit, brachii secularis auxilio.

Item, fiat citatio dirigenda universis nostri ordinis abbatibus et religiosis super hoc requisitis, ad citandum fratrem Sebastianum Strus religiosum monasterii Windebergensis ad instantiam prelatorum circarie Suevie ad capitulum nostrum generale proxime futurum et in monasterio Premonstratensi celebrandum, eisdem prelatis coram nobis quod iustum fuerit responsurum et alias processurum prout iuris erit et rationis.

(fol. 49r). Item, et pro novis emergentibus que capitulum generale forsan expectare non possent capitulum ordinat reverendissimum patrem dominum Premonstratensem, sancti Martini et Cuissiacensem [68]) abbates, vocatis [g]) nonnullis vicinioribus prelatis, quibus dat auctoritatem ordinandi, diffiniendi et statuendi que necessaria et opportuna videbuntur et ea sigillo capituli generalis sigillandi.

Item, capitulum confirmat et approbat contractum initum inter reverendissimum patrem dominum abbatem Premonstratensem et conventum ex una parte et Anthonium le Vasseur (?) super domo de Bonolio ex altera, sicut in litteris desuper confectis continetur.

Item, similiter confirmat contractum initum inter [h]) reverendissimum patrem dominum Iacobum abbatem Premonstratensem et eius conventum ex una parte et Guichetum Gagniart super domo de Souppy ex altera, sicut in litteris desuper confectis plenius continetur [i]).

(fol. 49v). Visitatores anni presentis millesimi quingentesimi decimi septimi : Flandrie, Francie, Floreffie, Brabantie, Flandrie, Pontivi, Lothoringie; Normannie, Gasconie, Burgundie, Alvernie, Sabaudie : Dominus Premonstratensis [69]).

[g]) « vocatis » corr. ex « vocatibus ».

[h]) « inter » scriptum dupliciter, sed alterum « inter » non est deletum.

[i]) Duae quintae partes fol. 49r vacuae remanserunt.

[67]) Annis 1504-1525, Felix Klauser abbas fuit abbatiae Rutinensis, in dioecesi, olim Constantiensi, nunc Curiensi = Chur, in Helvetia. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 82.

[68]) Iac. de Bachimont; Ioh. Poulaillier; Ioh. Evrard.

[69]) Iacobus de Bachimont.

Saxonie : Prepositus Magdeburgensis [70]).
Frisie : Sancte Marie in Lidlum [71]).
Suevie : Aldebergensis abbas [72]).
Hungarie : Prepositus de Saag [73]).
Scotie : Candide Case [74]).
Anglie : Dominus Premonstratensis et sancti Andree in Nemore [75]).
Westphalie : Abbas Steynveldensis [76]).
Wadegocie et Ilveldie : Abbas Ilveldensis [77]).
Hyspanie : Abbas de Retorta [78]) et de Caritate [79]) ad triennium et uterque in solidum.
Bohemie, Moravie, Polonie [2]), Tuscie, Calabrie, Dacie, Norgvegie et Terre Hierosolomitane (!) : Prior scholarium [80]) cum potestate substituendi.

G(erardus J)ardel m(anu) p(opria)
ordinis notarius.

[Addit Greg. du Crocq, in fine copiae suae (ms. Laon, 538, p. 165) :
Hanc similiter copiam ex originali, quod hac die vigesima quarta decembris anni 1661, Premonstrati conservatum factam, habeas lector originalis instar si rei gestae quaeris notitiam, quia cum illo concordat et in fidem subscribo.
Fr. Gregorius du Crocq, Ord. Praem. [81]).]

[1]) « Polonie » correctum ex « Colonie(!) ».

[70]) Henricus Stott. Cfr. supra, p. 93, n. 75.
[71]) Ioh. Duveland. Cfr. supra, p. 122, n. 87.
[72]) Leonardus Dürr.
[73]) Franciscus Fegyverneky. Cfr. supra, p. 91, n. 59.
[74]) Alexander Stewart. Cfr. supra p. 207, n. 109.
[75]) Iacobus de Bachimont; Dionisius Daviau.
[76]) Godefridus Kessel. Cfr. supra, p. 148, n. 40.
[77]) Ioh. Schumann. Cfr. supra, p. 29, n. 87.
[78]) Petrus de Azeves. Cfr. supra, p. 92, n. 70.
[79]) Ferdinandus de Baltanàs. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 255.
[80]) Mathurinus Dandelle. Cfr. supra, p. 226, n. 52.
[81]) Cfr. supra, p. 13, n. 89.

18

1518

(Ms. Strahov, 20, fol. 50r-58r)
(= fol. CXIIIIr-VIXX IIr foliationis veteris).

(fol. 50r). Acta et diffinitiones capituli generalis ordinis Premonstratensis in Premonstrato celebrati anno domini millesimo quingentesimo decimo octavo, mensis vero maii die secunda et sequentibus diebus [a]).

Nomina prelatorum in dicto capitulo personaliter comparentium : Dominus Iacobus de Bachimont Premonstratensis et Branensis abbas [1]).

Sancti Martini Laudunensis [2]).
Floreffiensis [3]).
Cussiacensis [4]).
Vallis Serene [5]).
Vallis Secrete [6]).
Dompni Martini [7]).
Camere Fontis [8]).
Belle Vallis in Argona [9]).
Sancti Andree in Nemore [10])
Loci Restaurati [11]).
Insule beate Marie [12]).
Sancti Nicolai Furnensis [13]).
De Longo Vado [14]).
De Genlyaco [15]).

[a]) In margine sinistro manu saec. XVII. « Premonstrati 1518 ».

[1]) Iacobus de Bachimont. Cfr. supra, p. 6, n. 33. Abbas generalis inde ab a. 1513.

[2]) Iohannes Poulaillier. Cfr. supra, p. 19, n. 4.

[3]) Godefridus Martini. Cfr. supra, p. 222, n. 3.

[4]) Iohannes Evrard. Cfr. supra, p. 173, n. 3.

[5]) Nicolaus de Maucrois. Cfr. supra, p. 68, n. 12.

[6]) Benedictus de Corbie. Cfr. supra, p. 194, n. 5.

[7]) Annis 1517-1525, Henricus de Maigneulx abbas fuit Dompni Martini = Dommartin, in dioecesi, olim Ambianensi, nunc Atrebatensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 551.

[8]) Amatus de Fonte. Cfr. supra, p. 208, n. 12.

[9]) Iohannes Collard. Cfr. supra, p. 57, n. 33.

[10]) Dionisius Daviau. Cfr. supra, p. 4, n. 16.

[11]) Petrus de Hauldecœur. Cfr. supra, p. 6, n. 38.

[12]) Annis 1513-1529, Hermannus van Rossum abbas erat. Insulae B. Mariae, seu Marienweerd, in archidoecesi Ultraiectensi, in Hollandia. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 305.

[13]) Aegidius de Grave. Cfr. supra, p. 213, n. 50.

[34]) Nomen ignoratur.

[15]) Iacobus le Pelletier. Cfr. supra, p. 21, n. 46.

Thenoliensis [16]).
Steynveldensis [17]).
Calvi Montis [18]).
Mire Vallis [19]).
De Moncellis [20]).
Vallis Dei [21]).
Sancti Iusti [22]).
Vallis Christiane [23]).
De Cappella (!) ad Plancas [24]).

Subscripti prestiterunt obedientiam :

Dompni Martini [25]), Furnensis [26]), Insule beate Marie [27]), Steynveldensis [28]), de Cappella (!) ad Plancas [29]).

(fol. 50v). Imprimis ordinatum est quod omnes prelati in capitulo hoc anno comparentes erunt diffinitores.

Item, missas celebrari consuetas, primam Steynveldensis [30]), secundam Dompni Martini [31]), et tertiam Furnensis [32]) abbates celebrabunt.

Item, talliarum receptores erunt Thenoliensis [33]) abbas et prior scholarium [34]).

Item, excusationes prelatorum recipient Camere Fontis [35]) et de Genlyaco [36]) monasteriorum abbates.

Item, auditores compotorum patres abbates et ceteri prelati qui voluerint interesse.

Item, annuit capitulum quod in monasterio Floreffiensi et aliis

16) Gobertus Aleaume. Cfr. supra, q. 161, n. 19.

17) Annis 1517-1539, Iohannes von Artweiler abbas fuit Steinfeldensis. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 195.

18) Nomen ignoratur

19) Annis 1515-1528, Nicolaus Morizot abbas fuit Mirae Vallis = Mureau, in dioecesi, olim Tullensi, nunc S. Deodati. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 91.

20) Petrus Adeline. Cfr. supra, p. 211, n. 42.

21) Gerardus. Cfr. supra, p. 115, n. 14.

22) Ioh. de la Morlière. Cfr. supra, 174, n. 328.

21) Nomen ignoratur.

24) Annis 1518-1528, Iohannes Vauthier abbas fuit Capellae ad Plancas, in dioecesi, olim Trecensi, nunc Lingonensi = Langres. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 492.

25) Henricus de Maigneulx.

26) Aegidius De Grave.

27) Hermannus van Rossum.

28) Ioh. von Artweiler.

29) Ioh. Vauthier.

30) Ioh. de Artweiler.

31) Henricus de Maigneulx.

32) Aegidius De Grave.

33) Gobertus Aleaume.

34) Mathurinus Dandelle. Cfr. supra, p. 226, n. 53

35) Amatus de Fonte.

36) Iac. le Pelletier.

ecclesiis parrochialibus eidem monasterio subiectis fiat amodo sollempne festum Presentationis gloriose Virginis Marie sicut de festo Nativitatis eiusdem fieri solet, exceptis octavis.

Item, pariformiter annuit reverendo patri domino sancti Martini [37]), quod amodo singulis diebus post missam de beata Maria Virgine que dicitur extra conventum decantetur per novitios, eamdem decantantes, ter hic versus : Monstra te esse matrem, et quod sacerdos qui celebraverit missam, dicat versum : Post partum et Collectam : Concede nos.

Item, capitulum annuit quod littere orationum fiant pro benefactoribus ecclesie beate Marie de Lullyaco [38]).

Item, consimiliter pro benefactoribus confraternie de sancto Lamberto martire et sanctorum confessorum (fol. 51r) Drogonis, Fiacri et sancte Sirie in capella eorum in ecclesia sancti Martini Laudunensis.

Item, fiant littere orationum pro nobili viro domino, domino de la Fayette N. cappitaneo (!) et senescallo Bononiensip(?) et N. eius conthorali.

Item, viso processu facto per reverendum patrem dominum Iohannem [39]) abbatem sancti Martini Laudunensis eiusque signo manuali signato super vita et moribus, inobedientia et incorrigibilitate fratris Crispini Roze, religiosi dicti monasterii sancti Martini, capitulum condempnat eumdem ad carceres per duos annos victurum cum pane et aqua, in omnibus quartis et sextis feriis, ceteris vero diebus ut continetur in statutis de victu incarcerandorum.

Item, viso etiam processu facto per prefatum dominum abbatem Laudunensem [40]) et nobis presentato contra fratrem Ludovicum Levesque super moribus, vita, inobedientia et incorrigibilitate eiusdem fratris prelibati monasterii religiosi, pariformiter capitulum condempnat eumdem consimili pena puniendum ut in articulo precedenti continetur.

Item, quia corruptela hactenus contra regulam divi Augustini in preiudicium animarum tollerata(!) de peculio particulari singulis claustralibus distribuendo pro vestitu, tamquam periculosa et perniciosa a toto ordine evellatur et capitulum de vestiario ut in statutis continetur uniformiter practicabitur et observabitur, omni dispensatione seclusa ita tamen quod prelati cuiuslibet monasterii amodo

[37]) Ioh. Poulaillier.
[38]) Lullyacum = ?
[39]) Ioh. Poulaillier.
[40]) Idem.

tenebuntur subvenire suis religiosis in infirmitate vel alia necessitate laborantibus misericorditer et charitative sicut decet.

(fol. 51v). Item, quia prelati iure divino debent agnoscere vultum pecoris sui, ne sanguis [b]) curatorum de manibus eorum requiratur, qui pro ipsis spoponderunt ac fideiussores se constituerunt, ordinatum et diffinitum est, quod annuatim in dominica Exaudi ante Pentheosten [41]) vel in alio tempore secundum discretionem prelati prefigenda, curati tenebuntur dictis abbatibus confessionem facere sacramentalem, cum dispositione omnium bonorum suorum tam mobilium quam immobilium, ad pedes prelatorum dum requisiti fuerint, exceptis que de iure conceduntur pro supportandis oneribus ecclesiarum suarum ac iurium episcopalium. Nichilominus dicta bona propalare prelatis suis tenebuntur. Et ne nostra per non usum aboliatur(!) diffinitio, iniungimus sub penis et censuris ordinis, omnibus confratribus nostris illam viriliter executioni demandare. Qui negligentes repperti(!) fuerint, per patrem abbatem vel annuos visitatores prout visum fuerit, puniantur. Quod si quis curatorum huic nostre salutifere conclusioni ausu temerario contraire presumpserit, censuris contra proprietarios latis declaramus eum esse obnoxium ac voce activa et passiva prout plenius habetur in statutis nostris per proprium abbatem de consilio patris abbatis vel alterius vicinioris etiam privandum. Postremo ne religiosi ordinis vagandi occasionem habeant et sanguis eorum de manibus prelatorum repuiratur, statuimus ut incorrigibiles qui culpas non verentur admittere et penas renuunt ferre, pro prima contumacia seu incorrigibilitate carceribus uno anno mancipentur. Si secundo recidivaverint, tribus annis. Si tertio, fideliter referatur capitulo generali, ut ad terrorem aliorum dampnentur ad carceres perpetuos sine spe dispensationis et (fol. 52r) relaxationis huius pene predicte.

Item, actenta penitentia fratris Servacii [42]) religiosi monasterii de Castello, qui per biennium et ultra in carceribus ordinis detentus fuit in pane tristicie et aqua doloris, quam penitenciam benigne sustulit, illius miserti sperantes quod ubi habundavit delictum de cetero superhabundabit et gratia, eumdem carceribus misericorditer eruimus et liberamus ipsumque quoque fore et esse emittendum prout et emittimus in aliquo nostri ordinis monasterio remoto per

[b]) « ne sanguis » per errorem scribae scriptum bis, sed alterum « ne sanguis » non fuit deletum.

[41]) Introitus Missae illa Dominica incipiebat his verbio : Exaudi.

[42]) De illo actum erat in Capitulo generali anni 1516. Cfr. supra, p. 210.

patres abbates designando cum auctoritate absolvendi a peccatis suis et ceteris in statutis contentis.

Item, pariformiter visa contritione fratris Iohannis Pierrot, monasterii de Genlyaco religiosi [43]), qui suis exigentibus demeritis et potissime sua incorrigibilitate fuerat per nos ad carceres ordinis condempnatus, in quibus per duos annos reclusus pacienter remansit. Volentes misericordiam iusticie rigori preponere, eumdem a dictis carceribus misericorditer liberamus, et ad monasterium sancti Pauli Virdunensis usque ad revocationem emittendum duximus, prout et emittimus.

Item, capitulum confirmat [c]) pensionem assignatam reverendo domino Balduyno de Versyn [44]) nuper abbati monasterii Dompni Martini de somma quadringentarum librarum singulis annis super fructibus et redditibus eiusdem monasterii quamdiu vixerit, per reverendum patrem dominum abbatem sancti Andree in Nemore [45]), reverendissimi patris domini Premonstratensis vicarium, sicut in litteris desuper confectis, quibus nostre presentes annectuntur, latius continetur.

(fol. 52v). Item, capitulum confirmat quemdam tractatum initum inter reverendum patrem abbatem sancti Andree [46]) et eius conventum ex una et Iohannem Pargnier et Iohannam eius uxorem partibus ex altera de curte de Bonneaupre(?) [47]) per quadraginta octo annos ad firmam traditam sub condicionibus contentis in litteris desuper [d]) confectis, quibus presentes annectuntur.

Item, fiant littere orationum pro magistro Adriano Gemelli, theologo doctore archidiacono Laudunensi in [e]) ampla forma cum clausula Adiicientes [f]).

Item, consimiliter fiant littere orationum pro nobili viro domino Carolo, domino temporali de Clairy milite et Jacquelina eius conthorali et hoc ad intercessionem reverendissimi domini Premonstratensis. In predictis itaque litteris liberi eorum contineantur.

[c]) Post « confirmat » deletum « quondam ».

[d]) Post « desuper » deletum « contentis » per errorem bis scriptum.

[e]) Post « in » deletum « forma communi ».

[f]) Alio atramento additum est « in ampla forma cum clausula Adiicientes », sed « in » ante deletum « forma communi » mansit, ita ut duo « in » legi possint.

[43]) De isto actum erat in Capitulo generali anni 1517. Cfr. supra, p. 226.

[44]) Balduinus erat abbas annis 1499-1517. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 551.

[45]) Dionisius Daviau.

[46]) Idem.

[47]) Abbatia S. Andreae in Nemore paroeciam possidebat in Brunehautpré. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 562.

Item, annuit capitulum quod fiant littere missive ad equissimos iudices dominos presidentes in parlamento Rothomagensi, quatinus dignentur et velint remittere causam coram ipsis agitatam per fratrem Georgium le Tertre, religiosum monasterii de Blancalanda [48]), ratione prioratus dive Marthe de Cottebrunne [49]) ad abbatem sancti Iohannis de Fallesia et Montis Dei [50]), iudicio ordinis terminandum, iuxta et secundum privilegia ordinis.

Item, fiat commissio abbatibus predictis et cuilibet eorum in solidum ad cognoscendum plenarie et usque ad diffinitivam sententiam inclusive de merito cause nunc pendentis in predicta curia parlamenti (fol. 53r) Rothomagensis inter predictas partes ratione predicti in ipsa comprehensi, ut auctoritatem habeant ambas partes coram ipsis aut eorum altero citandi et earum rationibus auditis plenarie decidendi prout iuris erit et rationis.

Item, fiat commissio abbati Bellelaye [51]) ad visitandum monasteria ordinis in partibus Burgundie, Sabaudie et Alvernie et hoc ad triennium cum potestate subrogandi et subdelegandi aliquem nostri ordinis prelatum, qui huiusmodi visitationi vaccare(!) non potuerit seu eidem difficile fuerit.

Item, quia nobis constitit ex relatione reverendi patris monasterii Insule beate Marie [52]) fratrem Petrus de Walvit ? et Iohannem Clap(?) religiosos eiusdem monasterii esse diffamatores proprii prelati et sine licentia ipsius a monasterio recessisse, excommunicationis sententiam incurrendo et deinde se transtulerunt ad reverendissimum patrem dominum Premonstratensem [53]) a quo fraudulenter et tacita veritate obtinuerunt quasdam litteras gratiosas ad nonnullos nostri ordinis prelatos ut eos dignarentur recipere, fingentes monasterium predictum esse depauperatum. Capitulum decrevit ipsos et quemlibet eorum esse citandos coram reverendo patre domino abbate sancti Martini Laudunensis ad instantiam promotoris, quod iustum fuerit responsuros ad certam et competentem diem per executorem citationis

[48]) Blanchalandae abbatia sita erat in dioecesi Constantiensi = Coutances.

[49]) Cottebrunne erat prioratus dependens a Blanchalanda. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 18.

[50]) Robertus Morel. Cfr. supra, p. 223, n. 22. — Annis 1512-1557, Iohannes Ferey abbas fuit Montis Dei, in dioecesi Baiocensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 48.

[51]) Annis 1508-1530, Nicolaus Schnell abbas fuit Bellelagiae, in dioecesi Basiliensi, in Helvetia. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 360.

[52]) Hermannus von Rossum.

[53]) Iac. de Bachimont.

nominandam in monasterio sancti Martini Laudunensis in capitulo dicti monasterii comparituros.

Item, ordinat capitulum quod predicti religiosi suis exigentibus demeritis incarcerabuntur usque ad capitulum generale futurum in carceribus ordinis apud Laudunum expensis monasterii Insularis [54]).

(fol. 53v). Item, fiat commissio specialis dirigenda abbati monasterii Insule beate Marie [55]), patri monasterii in Wendirshem prope Aersberch(!) [56]), in diocesi Coloniensi, ad visitandum monasterium predictum tam auctoritate sua paterna quam auctoritate capituli generalis et reformandum que in ipso erunt reformanda et presertim ad se informandum de electione prepositi nuper facta post decessum ultimi prepositi [57]) sine consensu ipsius, cuius quidem prepositi electi nomen ignoratur. Et si compererit ipsum electum absque confirmatione, tam in spiritualibus quam in temporalibus administrasse, privet eumdem sua auctoritate paterna necnon capituli generalis et alterum loco ipsius instituat.

Inseratur in eadem commissione, quod dictus abbas [58]) auctoritate capituli generalis possit destituere et deponere prepositos monialium sibi subditos, si tamen depositione digni fuerint et alios loco ipsorum depositorum instituere.

Item, fiat commissio dirigenda abbati Parcensi [59]) ad citandum coram eo fratrem Nicolaum Walteri, curatum de Beesd [60]) ad certam diem competentem, allegaturum causas propter quas renuit prestare obedientiam moderno abbati dicte Insule beate Marie [61]). Qui quidem abbas Parcensis si compererit eumdem fratrem Nicolaum punitione aut sui beneficii privatione dignum, ipsum puniat aut privet suo beneficio secundum quod iuris fuerit et ordo dictabit rationis.

Item, quia in ultimo capitulo generali capitulum duxerat quemdam librum compilatum a quodam religioso Premonstratensi imprimen-

[54]) Agitur de abbatiae Insulae S. Maria = Marienweerd.

[55]) Hermannus van Rossum.

[56]) Wendershem prope Aersberch = Wedinghausen sive Arnsberg. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 149.

[57]) Praepositus ille, Iohannes Bock, mortuus erat anno 1511; novus electus erat eodem anno, cuius nomen : Adrianus Tutel. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 151

[58]) Hermannus van Rossum.

[59]) Annis 1515-1543, Ambrosius van Engelen abbas erat Parcensis. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 321.

[60]) Beesd erat paroecia incorporata abbatiae Insulae B. Mariae. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 303.

[61]) Hermannus van Rossum.

dum [62]), ita quod quilibet nostri ordinis prelatus emere (fol. 54r) teneretur, penis, expensis ac laboribus itaque impressoris consideratis capitulum ordinat quod quilibet prelatus duodecim solidos Turonenses pro dicto libro sibi comparando, eidem librario solvere tenebitur [63]).

Item, fiat commissio dirigenda abbati monasterii Adelbergensis iuris canonici doctori [64]), et hoc ad triennium, quatenus possit et valeat visitare et reformare singula nostri ordinis monasteria in partibus Suevie cum plenitudine potestatis, salvo tamen iure hoc anno tantum reverendi patris Camere Fontis [65]).

Item, visa cedula fratris Iohannis Dameroy, procuratoris monasterii Carthovorensis eiusque confessione audita, qua constitit nobis prefatum monasterium Carthovorense teneri Sebastiano le Febure, mercatori Suessionensi, de somma undecim librarum Turonensium pro panno albo et aliis mercantiis fratri Radulpho de Lannoy olim prefati monasterii abbati [66]) traditis. Dicimus per hanc nostram sententiam modernum abbatem prefati monasterii [67]) predicte somme undecim librarum Turonensium [g]) prelibato mercatori esse obnoxium et ad eamdem solvendam infra festum sancti Martini hyemalis proxime venturum sub penis et censuris ordinis debitis esse compellendum.

Item, capitulum confirmat tractatum seu concordiam factam per reverendissimum patrem dominum Iacobum abbatem Premonstratj tensem [68]) et eius conventum ex una et Iohannem Sourlonem et Katherinam eius uxorem ex altera, de curte de Rozieres, quam prefati abbas et conventus tradiderunt ad firmam spacio quadraginta annorum sub conditionibus specificatis in litteris desuper confectis, quibus nostre presentes infiguntur.

(fol. 54v). Item, fiat commissio pro domino Leonardo abbate Adebergensi(!) [69]) decretorum doctore, ad visitandum monasteria in

[g]) Post « Turonensium » deletum « prefati monasterii abbati ».

[62]) Agitur de operibus Adami Praemonstratensis de quo iam actum erat in Capitulo generali anni 1517. Cfr. supra, p. 227.

[63]) Librarius editor operis erat Aegidius de Gourmont, Parisiensis.

[64]) Leonardus Dürr. Cfr. supra, p. 244, n. 96.

[65]) Amatus de Fonte = de la Fontaine.

[66]) De isto abbate cedente iam actum erat in Capitulo generali anni 1517. Cfr. supra, p. 225.

[67]) Antonius Parent erat abbas Carthovorensis inde ab anno 1517. Cfr. supra, p. 227.

[68]) Iacobus de Bachimont.

[69]) Leonardus Dürr.

circaria Suevie constituta per triennium ea tamen conditione quod reverendus pater dominus Amatus de Fonte [70]), in sacra theologia licentiatus, vicarius, abbas Camere Fontis, hoc anno dumtaxat visitabit eamdem circariam non recipiendo tallias, cum plenitudine potestatis et hoc facto prefatus abbas Adelbergensis solus visitationis officium exercebit dicto triennio durante. Et in ipsa commissione inseratur clausula specialis, quod dictus abbas Adelbergensis laboret quantum poterit ad cogendum abbates, prepositos et religiosos ipsius circarie ad acceptandum vitam regularem enormi modo vivendi procul abiecto.

Item, quia moniales in Lauffen [71]) eius moderationi commisse, que ut asseritur frequentem, nimium tum nobilium et ignobilium utriusque sexus accessum habent, eas arceat sub excommunicationis pena, ne amodo aliquem virum cuiuscumque conditionis existat ad eas patiatur habere accessum neque colloquium cum eis verbis aut litteris incertis(?) conceptum infundant(?). Quod si secus egerint, ipso facto excommunicatas et ab officio et beneficio privatas declaret nec ab ipsa censura absolvi permittantur, nisi in generali capitulo.

Preterea, quia ad germanicas partes confluunt a sede apostolica plenarie indulgentie, quibus copiose etiam sui monasterii fratres ac moniales se muniunt eiusmodi fiducia freti multos enormes excessus admittunt et eisdem indulgentiarum litteris ostensis clanculum absolvuntur, prohibeatur omnibus religiosis et monialibus, ne amodo talibus utantur indulgentiis sine expresso consensu propriorum prelatorum.

(fol. 55r). Item, fiat commissio pro domino Vulrico abbate in Staingaden [72]) pro triennio ad visitandum circariam Bavarie in bona ampliori forma salva tamen auctoritate hoc anno concessa abbati Camere Fontis [73]) vicario nostro in dicta circaria.

Item, fiat parva commissio specialis seorsum dirigenda prefato abbati Adelbergensi [74]) ad absolvendum abbates, prepositos et religiosos, si qui fuerint, qui excommunicationis sententiam incurrerint pro eo quod forsan infra mensem a die monitionis sibi facte reformationem

[70]) Inde ab anno 1515 erat abbas Camerae Fontis.

[71]) Monasterium Lauffen situm erat in dioecesi, olim Wirceburgensi, nunc Rottenburgensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 62.

[72]) Annis 1501-1523, Udalricus Griespeitel abbas erat Staingadensis, in dioecisi Augustana. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 50.

[73]) Amatus de Fonte.

[74]) Leonardus Dürr.

huiusmodi non acceptaverint, si tamen illam acceptare et adimplere voluerint cum effectu et illos ad pristinos honores restituendum, non obstante reservatione absolutionis ad nos in sua commissione expressa.

Item, capitulum annuendo petitioni abbatis Adelbergensis [75]) concessit eidem quod in casu necessitatis aut eminentis proprie persone periculi absque bonorum temporalium sui monasterii deperditione se possit una cum bonis et iocalibus preciosis dicti monasterii se transferre [h]) in aliquo proximiori aut tutiori oppido et ibidem pro tempore morari, bona tamen et iocalia ipsa non alienando, sed cum consilio maioris partis conventus sui ad loca tuta reponendo.

Item, capitulum confirmat et approbat tractatum seu concordiam factam inter abbatem et conventum monasterii Montis sancti Martini [76]) super pitantia amodo conventui recipienda iuxta tenorem litterarum desuper confectarum, quibus nostre presentes annectuntur.

(fol. 55v). Item, fiat commissio abbati Steynveldensi [77]) ad visitandum circariam Westphalie assumpto secum aliquo nostri ordinis zelatore prelato vel canonico litterato ad triennium, excepta tamen auctoritate hoc [i]) anno concessa domino Camere Fontis [78]) ut habetur in commissionibus precedentibus.

Item, quia constitit ex fide dignorum relatione venerabilem confratrem nostrum ac religiosum monasterii Dompni Martini, curtem des Effars alias de Feularde [79]) in territorio de Avernis dependentem a prioratu de Gaillonnel [80]) tam diu in emphiteosim tradidisse, nobis inconsultis, in grande preiudicium, dampnum et iacturam dicti monasterii et desuper suas confecisse litteras, quibus cavetur eosdem abbatem et conventum garandiam(!) sub certis iuramentis promisisse. Qua de re actenta fraude et detrimento dicti monasterii eosdem abbatem [81]) et conventum a iuramento et promissionibus per eos prestitis dispensamus precipientes eisdem abbati et conventui sub

[h]) Post « transferre » deletum « ad ».

[i]) Post « hoc » deletum « conce(!) ».

[75]) Idem.

[76]) Thomas de l'Escluse. Cfr. supra, p. 174, n. 12

[77]) Ioh. von Ahrweiler.

[78]) Amatus de Fonte.

[79]) Des Effars(?).

[80]) Gaillonel erat prioratus dependens a Domno Martini. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 549.

[81]) Abbas erat Henricus de Maigneulx.

pena inobedientie, quatenus quantum poterunt, studeant dictam curtem ad suam utilitatem revocare.

Item, capitulum acceptat magistrum Philippum Mairel, in legibus licentiatum, advocatum Lauduni in curia regis, in consiliarium ordinis, loco magistri Petri Mairesse.

Item, capitulum presens revocat litteras licentiatorias olim per predecessorem nostrum Iohannem de Sclusa [82]) Premonstratensem abbatem, concessas cuidam fratri Hermanno Breden, religioso Ilveldensi, per nos, ut asseritur, confirmatas etiam si quas habuerit qui ea occasione inhoneste vivit in quadam parrochiali cura, ordinem nostrum non parum (fol. 56r) scandalizando. Precipientes abbati dicti monasterii Ilveldensis [83]) quatenus cogat prefatum Hermannum sub penis et censuris ordinis ad revertendum ad proprium monasterium.

Item, super requesta facta per abbatem Ilveldensem [84]) quod tallie extraordinarie olim concesse reverendissimo patri domino Iacobo abbati Premonstratensi [85]), pro suo iocondo adventu eidem abbati respondendo dicit, quod hoc facere non potest actento quod semel eidem concessum est iuridice pro recompensatione sue promotionis quam in curia Romana persolvit.

Item, fiat commissio abbati Camere Fontis [86]), in theologia licentiato, ad visitandum monasteria in circariis Saxonie, Bavarie, Wesphalie(!), Suevie, Wadegocie, Frisie et Ilveldie, assumpto secum aliquo prelato vel canonico litterato, quem poterit mutare ad libitum et hoc pro isto anno dumtaxat. Quo completo visitatores annui visitationis officium secundum tenorem suarum commissionum exercebunt et in ipsa commissione inseratur specialis clausula ad cognoscendum de discordia mota inter fratrem Sebastianum Straus religiosum monasterii Windebergensis qui ut fertur vitam duxit enormiter dissolutam atque reservavit sibi decem florenos aureos de talliis sibi datis ad persolvendum ordini, ipsum puniendum secundum suorum exigentiam demeritorum ac cogendum ad satisfaciendum ordini de dictis decem florenis cum potestate convocandi prelatos ad certa loca tuta et ibidem visitandi, in bona et ampla forma.

[82]) Mortuus erat a. 1512.

[83]) Ioh. Schumann. Cfr. supra, p. 29, n. 87.

[84]) Idem.

[85]) Iacobus de Bachimont.

[86]) Amatus de Fonte.

Item, capitulum annuit reverendo patri predicto Camere Fontis [87]), in theologia licentiato, litteras gratiosas ad prelatos et curatos (fol. 56v) nostri ordinis ad requirendum gratiosum subsidium pro suo magistratu theologie adipiscendo videlicet a quolibet prelato duos florenos et a quolibet curato dimidium aut alias prout melius fieri poterit, secundum monasteriorum et beneficiorum facultates.

Item, fiat commissio specialis abbati Selbeldensi [88]) ad se inquirendum an bona patrimonialia vel alias per fratrem Arnoldum de Bobenhusz religiosum monasterii Laurissensis nuper defunctum in monasterio Conrazdorff [89]), ordinis nostri, ad moniales dicti monasterii pertinent vel ad monasterium Laurissense et quod iustum et equum fuerit, auctoritate capituli generalis ordinet faciendum quod decreverit per censuras ordinis inviolabiliter observari.

Item, fiat specialis commissio abbati de Monstresse [90]) ad compellendum abbatem Rubrensem [91]) et magistrum de Gommerschen(!) ad satisfaciendum preposito Laurissensi de pecunia mutuata si debite sibi constiterit et ad faciendum compellat censuris et penis desuper opportunis.

Item, fiat commissio abbati sancte Marie in Lidlen(!) [92]), ad visitandum circariam Frisie ad triennium cum plenitudine potestatis.

Item, fiant littere certificatorie qualiter capitulum recepit bullas apostolicas et confirmationem domini Symonis olim Premonstratensis abbatis [93]) super discretione bonorum abbatis et conventus monasterii Osterhovensis, quibus intuitu reformationis libere renunciaverunt, ut constitit per instrumentum apostolicum desuper confectum. Quas litteras apostolicas apud nos retinemus.

Item, fiat commissio specialis abbati Steynveldensi [94]) (fol. 57r)

[87]) Idem.

[88]) Annis 1511-1532, Petrus Marköbel abbas erat Selboldensis = Langenselbold, in dioecesi, olim Moguntinensi, nunc Fuldensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 106.

[89]) Conrazdorff = Konradsdorf, praepositura filia de Langenselbold, in dioecesi Moguntinensi = Mainz. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 104.

[90]) Monstresse = Münsterdreisen, in dioecesi, olim Moguntinensi, nunc Spirensi = Speyer. Annis 1511-1523, abbas ibidem erat Iohannes-Iacobus Bicker aus Gremsheim. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 111.

[91]) Rubren = Rotenkirchen, in dioecesi, olim Moguntinensi, nunc Spirensi. Annis 1515-1527, abbas ibidem erat Conradus Morolf. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 115.

[92]) Lidlen = Lidlum. Abbas erat Ioh. Duveland. Cfr. supra, p. 122, n. 87.

[93]) Simon iste est Simon de la Terrière, abbas annis 1458-1470.

[94]) Ioh. von Ahrweiler.

ad convocandum omnes et singulos nostri ordinis prelatos, prepositos, priores in circaria Westphalie in quodam loco per eos eligendo et ibidem concludendum unanimiter et concorditer iura et privilegia monasteriorum illius circarie, in quacumque dyocesi vel sub cuiuscumque dominio consistentium et sagaciter secundum facultates ecclesiarum predictarum inquirere ac viriliter resistere contra exactionem quam nititur exigere ab eis reverendissimus pater dominus Coloniensis [95]) archiepiscopus non obstante quod aliqua monasteria nostri ordinis eamdem exactionem iam solverint vel composuerint cum eodem reverendissimo domino non minus contribuant, sed deffensis(!) privilegiis ordinis et sedata discordia ille ecclesie que invente fuerint plus expandisse(!) pecuniarum, per alios ecclesiarum prelatos refundantur. Et cum aliqua ecclesia eiusdem circarie in posterum contigerit molestari per aliquos, immediate studeant visitatoribus nunciare et visitatores inmediate causa [1]) examinata secundum formam statutorum nostrorum expensis illius circarie eamdem deffendant(!) et paccata(!) discordia expense facte exigentur ab ipsis monasteriis in quorum commodum et utilitatem facte sunt. Si vero fuerint facte tales expense pro communibus ordinis privilegiis, sumptibus totius circarie fiant. Et si qua fuerint ordinanda, ut uniformiter in singulis locis reformatis et non reformatis agerentur, concorditer ordinentur, dummodo non obvient regule beati patris nostri Augustini, statutis nostris, ordinario nostro in ordine approbatis et salva per omnia obedientia, iuribus reverendissini patris domini Premonstratensis et capituli generalis. Et si aliqui huiusmodi ordinationibus contravenire presumpserint, per censuras et ordinis penas viriliter arceantur.

(fol. 57v). Item, capitulum confirmat et approbat contractum initum inter abbatem [96]) et conventum monasterii Cussiacensis ex una et Godonem de Posle(?) ex altera, de molendino sancti Stephani aux Veaux [97]), domo, ortis(!) et pertinentiis eiusdem per quinquaginta annos, iuxta et secundum tenorem ac formam litterarum desuper confectarum, quibus nostre presentes infiguntur.

Item, fiant littere orationum pro nobili viro N. comite Dompni

[1]) Post « causa » deletum « sine tamen(?) ».

[95]) Hermannus von Wied archiepiscopus fuit Coloniensis, annis 1515-1518. Cfr. B. Gams, *Series Episcoporum Ecclesiae catholicae*, Graz, 1957, p. 270.

[96]) Abbas iste erat Ioh. Evrard.

[97]) S. Stephanus aux Veaux(?).

Martini in Gonelle [98]), in forma communi, ad intercessionem reverendi patris Camere Fontis [99]) in theologia licentiati.

Item, fiat commissio dirigens abbati Ilveldensi [100]) ad visitandum circarias Wadegocie et Ilveldie ad triennium cum plenitudine potestatis, salva tamen pro hoc anno (prout premittitur) auctoritate reverendi patris Camere Fontis [m]) [101]).

(fol. 58r). Visitatores anni presentis millesimi quingentesimi decimi octavi :

Francie, Floreffie, Brabancie, Flandrie, Pontivi, Lothoringie, Normanie, Vasconie(!) : Dominus Premonstratensis [102]) reservat pro se.

Burgundie, Alvernie, Sabaudie : Abbas Bellelaye [103]) cum potestate substituendi.

Saxonie : Prepositus Magdeburgensis [104]).

Suevie : Aldebergensis [105]) ad triennium.

Bavarie : Abbas Staingaden[sis] [106]) ad triennium.

Westphalie : Abbas Steynveldensis [107]) ad triennium.

Wadegocie et Ilveldie : Abbas Ilveldensis [108]) hoc dempto, quod abbas Camere Fontis [109]) pro hoc anno visitabit istas circarias, tallias non recipiendo.

Frisie : Abbas sancte Marie in Lidlen [110]).

Hungarie : Prepositus de Saag [111]).

Scotie : Candide Case [112]).

Anglie : Dominus Premonstratensis [113]).

[m]) Dimidia pars fol. 57v vacua remansit.

98) Gonelle(?).

99) Amatus de Fonte.

100) Ioh. Schumann.

101) Amatus de Fonte.

102) Iacobus de Bachimont.

103) Nicolaus Schnell.

104) Henricus Stott. Cfr. supra, p. 93, n. 75.

105) Leonardus Dürr.

106) Udalricus Griespeitel.

107) Ioh. von Ahrweiler, abbas inde ab anno 1517.

108) Ioh. Schumann. Cfr. supra, p. 29, n. 87.

109) Amatus de Fonte.

110) Ioh. Duveland.

111) Franciscus Fegyverneky. Cfr. supra, p. 91, n. 59.

112) Alexanderr Stewart, aut iam eius successor, Gavin Dunbar? Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 116.

113) Iac. de Bachimont.

Hyspanie : Abbates de Retorta [114]) et de Caritate [115]) ad triennium et uterque in solidum.

Bohemie, Moravie, Polonie, Tuscie, Calabrie, Dacie, Norgvegie et Terre Iherosolimitane : Prior scholarium [116]) cum potestate substituendi.

G[erardus J]ardel m[anu]p[ropria]
ordinis notarius [n]).

[Addit Greg. du Crocq in fine copiae suae (ms. Laon 538, p. 181) : Haec copia hodie vigesimo septimo mensis decembris anni millesimi sexcentesimi sexagesimi primi concordat cum suo originali in quo, sicut aliqua verba videntur deesse quae ad integrum sensum requirerentur, ita in copia deesse non mireris.

Et in fidem servatae fidei subscribo :

fr. Gregorius du Crocq, secretarius Revmi Generalis et Ordinis [117]).]

[n]) Fol. 58v vacuum remansit.

[114]) Petrus de Azeves. Cfr. supra, p. 92, n. 70.

[115]) Ferdinandus de Baltanas. Cfr. supra, p. 231, n. 79.

[116]) Mathurinus Dandelle. Cfr. supra, p. 226, n. 52.

[117]) Cfr. supra, p. 13, n. 89.

19

1519

Ms. Strahov, 20, fol. 59r-72v (= fol. 122r-135v foliationis veteris)

(fol. 59r). Acta et diffinitiones capituli generalis ordinis Premonstratensis in monasterio Premonstratensi anno domini millesimo quingentesimo decimo nono die vicesima secunda et sequentibus diebus mensis maii celebrati [a]).

Nomina prelatorum in dicto capitulo personaliter comparentium : Reverendus pater ac dominus dominus Iacobus de Bachimont [1]) sacre theologie professor, Premonstratensis ac sancti Evodii de Brana monasteriorum abbates.

Sancti Martini Laudunensis [2]).
Camere Fontis [3]) sacre theologie professor.
Carthovorensis [4]).
Montis sancti Martini [5]).
Sancti Iohannis de Fallesia [6]).
Virodomansis(!) [7]).
De Bellosanna [8]).
Sancti Mariani Altissiodorensis [9]).
De Marchasio Radulphi [10]).
Steynveldensis [11]).
Bone Spei [12]).

[a]) In margine sinistro manu saec. XVII. : Praemonstrati 1519.

[1]) Iacobus de Bachimont. Cfr supra, p. 6, n. 33. Abbas generalis inde ab a. 1513.

[2]) Iohannes Poulaillier. Cfr supra, p. 19, n. 4.

[3]) Amatus de Fonte. Cfr. supra, p. 208, n. 12.

[4]) Antonius Parent. Cfr. supra, p. 222, n. 10.

[5]) Thomas de l'Escluse. Cfr. supra, p. 174, n. 12.

[6]) Robertus Morel. Cfr. supra, p. 223, n. 22.

[7]) Nomen ignoratur.

[8]) Annis 1519-1521, Antonius d'Outreleau abbas fuit Bellosannae, in dioecesi Rothomagensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 40.

[9]) Nicolaus Joannis. Cfr. supra, p. 20, n. 35.

[10]) Annis 1519-1532, Bertinus Domin abbas fuit Marchasii Radulphi = Marcheroux, in dioecesi, olim Rothomagensi, nunc Belvacensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 558.

[11]) Ioh. von Ahrweiler. Cfr. supra, p. 233, n. 17.

[12]) Ioh. Cornu. Cfr. supra, p. 5, n. 22.

Vallis Christiane [13]).
De Genliaco [14]).
De Moncellis [15]).
Sancti Petri Selincurtis [16]).
Vallis Dei [17]).
Calvi Montis [18]).
Case Dei [19]).
Thenoliensis [20]).
De Longo Vado [21]).
Vallis Serene [22]).
Loci Restaurati [23]).
De Sileyo [24]).
Bassi Fontis [25]).
Belli Loci [26]).
Montis Dei [27]).
Insule Dei [28]).
Vallis Secrete [29]).
Bucilliensis [30]).
Sancti Iusti [31]).
Viconiensis [32]).
Sancti Foillani [33]).
Grandis Campi [34]).

Suscripti (!) prestiterunt obedientiam :

[13]) Nomen ignoratur.

[14]) Iac. le Pelletier. Cfr. supra, p. 21, n. 46.

[15]) Petrus Adeline. Cfr. supra, p. 211, n. 42.

[16]) Ioh. Fretel. Cfr. supra, p. 5, n. 17.

[17]) Gerardus. Cfr. supra, p. 115, n. 14.

[18]) Nomen ignoratur.

[19]) Annis 1508-1528, Iohannes de Montaigut abbas erat Casae Dei = La Casedieu, in dioecesi Auxitanensi = Auch. Cfr. N. Backmund, III, p. 174.

[20]) Gobertus Aleaume. Cfr. supra, p. 161, n. 19.

[21]) Nomen ignoratur.

[22]) Nicolaus de Maucrois. Cfr. supra, p. 68, n. 12.

[23]) Petrus de Haultdecœur. Cfr. supra, p. 6, n. 38.

[24]) Annis 1513-1545, Gulielmus Paris abbas fuit Siliensis = Silly, in dioecesi Sagiensi = Sées. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 48.

[25]) Uti videtur, post a. 1518, Odardus Hennequin abbas fuit Bassi Fontis = Basse-Fontaine, in dioecesi Trecensi = Troyes. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 480.

[26]) Annis 1514-1527, Iohannes Huchier abbas fuit Belli Loci = Beaulieu, in dioecesi Trecensi = Troyes. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 483.

[27]) Iohannes Ferey. Cfr. supra, p. 169, n. 84.

[28]) Annis 1515-1525, Iohannes de Carouge abbas fuit Insulae Dei, in dioecesi, olim Rothomagensi, nunc Ebroicensi = Evreux. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 45.

[29]) Benedictus de Corbie. Cfr. supra, p. 194, n. 5.

[30]) Nomen ignoratur.

[31]) Ioh. de la Morlière. Cfr. supra, p. 174, n. 18.

[32]) Ioh. le Bracq. Cfr. supra, p. 195, n. 20.

[33]) Annis 1511-1521, Petrus Joly abbas fuit S. Foillani Rodiensis, in dioecesi, olim Cameracensi, nunc Tornacensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 397.

[34]) Annis 1513-1523, Iohannes Tully-Lefèvre abbas fuit Grandis Campi, in dioecesi Carnutensi = Chartres, nunc Versaliensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 553.

De Bellozanna [35]), de Marchasio Radulphi [36]), de Sileyo [37]), Grandis Campi [38]).

(fol. 59v) Inprimis ordinatum est quod omnes prelati propter eorum paucitatem erunt diffinitores.

Item, missas celebrari consuetas, primam de Syleyo [39]), secundam de Bellozanna [40]), terciam de Marchasio Radulphi [41]) abbates celebrabunt.

Item, talliarum receptores erunt Thenoliensis [42]) abbas et prior scholarium [43]).

Item, excusaciones prelatorum recipient Camere Fontis [44]) et Carthovorensis [45]) abbates.

Item, compotorum auditores patres abbates et ceteri alii prelati, qui eisdem interesse voluerint.

(fol. 59v). Item, viso processu ac audita relacione reverendorum patrum sancti Martini Laudunensis [46]) ac Viromandansis(!) [47]), quibus nobis constitit fratrem Iulianum le Chaune, religiosum monasterii Viromandansis(!) multis sceleribus irretitum et potissimum apostasia ac ebrietate ac pluribus aliis sceleribus, quibus ordo noster non minime scandalizatur, mathura(!) inter nos deliberacione prehabita, capitulum condampnat(!) eumdem fratrem pena carceris in monasterio sancti Martini Laudunensis, pro nunc per annum puniendum. Tandem anno futuro idem frater secundum maiorem vel minorem reverendorum patrum deliberacionem gravius vel mitius punietur, prout visum fuerit et ordo postulabit rationis [b]).

[b]) « Item, viso processu ac audita relacione... ordo postulabit racionis » scriptum per errorem scribae iam in initio fol. 59v, sed per additas litteras A, B, C ordo correctus fuit.

35) Antonius d'Outreleau.
36) Bertinus Domin.
37) Gulielmus Paris.
38) Ioh. Tully-Lefèvre.
39) Gulielmus Paris.
40) Antonius d'Outreleau.
41) Bertinus Domin.
42) Gobertus Aleaume.
43) Mathurinus Dandelle. Cfr. supra, p. 226, n. 52.
44) Amatus de Fonte.
45) Antonius Parent.
46) Ioh. Poulaillier.
47) Nomen ignoratur.

(fol. 60r). Item, actenta supplicacione coram nobis facta per reverendissimum patrem cardinalem de Borbonio [48]), supplicantem reverendum patrem Cuissiacensem [49]) propter notabilem egritudinem qua detinetur excusari, qui a paucis diebus coram nobis in capitulo nostro generali personaliter et peremptorie fuerat citatus, annuendo petitioni ipsius reverendissimi domini cardinalis et habito respectu ad deposicionem quorumdam reverendorum patrum asserentium infirmitatem suam excusatione dignam, capitulum excusat eumdem a contumacia, ita quod causa ipsius coram reverendissimo patre domino Premonstratensi et reverendo patre sancti Martini Laudunensis [50]) convocatis secum aliis prelatis ordinis quos voluerint convocare, in predicto monasterio sancti Martini terminabitur et casu quo constiterit reverendis patribus ex relacione commissariorum quod mittent ad dictum monasterium Cuissiacense, quod non potuerit coram ipsis comparere, recipietur per procuratorem.

Item, capitulum ordinat quod prelati de cetero resignantes monasteria sua sine assensu capituli generalis puniantur pene contenta in statutis nostris.

(fol. 60v). Item, pro faciliori expeditione sentencie obtente in et contra prelatos ordinis nostri in Anglia [51]), capitulum ordinat quod obtineantur littere missive a regia maiestate ad regem Anglie [52]), quatenus dignetur ad eiusdem sentencie [c]) executionem manus porrigere adiutrices et nullum exhibere obstaculum.

Item, ordinat quod ad eiusdem sentencie [d]) maiorem corroborationem quod eadem sentencia per Romanum pontificem interpretetur et confirmetur.

Item, annuendo peticioni reverendi patris Camere Fontis [53]) capitulum ordinat quod fiant littere oracionum pro reverendo patre episcopo

[c]) « sentencie » scriptum super lineam loco deleti « finem ».

[d]) « sentencie » scriptum super lineam loco deleti « fine ».

[48]) Cardinalis iste est Ludovicus de Bourbon-Vendôme, episcopus Laudunensis, annis 1510-1552; obiit Parisiis, 11 martii 1558. Cfr. B. Gams, *Series Episcoporum Ecclesiae Catholicae*, Graz, 1956, p. 560.

[49]) Ioh. Evrard. Cfr. supra, p. 173, n. 3.

[50]) Ioh. Poulaillier.

[51]) De hac re in Capitulo generali anni 1508 actum fuit. Cfr. supra, p. 111.

[52]) Annis 1509-1547, Henricus VIII rex erat Angliae.

[53]) Amatus de Fonte.

Meldensi [54]) ordinis zelatore, in bona et [e]) ampliori forma cum clausula Adiicientes.

Consimiliter, fiant littere orationum pro nobilibus viris Nicolao de Villiers et Francisco Tastar dicto de Monferrant(!) eiusdem Nicolai genere ac pro Francisca eiusdem Francisci conthorali, dominis temporalibus de Sij et Chenesy et liberis eorum et hoc in comuni(!) forma.

Item, pro magistro Iohanne de Barra, in legibus licentiato, procuratore generali comitatus Registensis et Maria Dulcetta, eiusdem conthorali, et hoc ad intercessionem reverendi patris de Longo Vado [55]).

(fol. 61r). Item, quia nobis constat ex relatione cuiusdam religiosi Arnaldi de Darerio, monasterii Case Dei, fide digni executoris certi mandati a reverendo eiusdem loci visitatore circarie Vasconie(!)[56]) emanati, fratrem Iohannem de Materio, eiusdem monasterii Case Dei [f]) personaliter et peremptorie coram nobis in capitulo nostro fuisse legitime citatum promotori ordinis quod iustum fuerit responsurum, actenta eius absencia, capitulum declaravit et declarat eumdem contumacem, sic tamen quod tota dies cedit eidem.

Item, visis inquisitionibus legitime factis per prefatum reverendum patrem Case Dei [57]) in et contra predictum fratrem [g]) Iohannem de Materio, eiusdem monasterii, prout premittitur, religiosum de criminibus blasphemie, inobediencie, concubinatus et aliis multis criminibus convinctum necnon de homicidio [h]) suspectum, consideratis inter nos considerandis, capitulum ordinat quod si isdem(!) capi possit etiam cum invocatione brachii secularis, quod hinc ad annum carceribus ordinis in Lauduno aut in alio loco tuto mancipetur et anno futuro secundum maiorem vel minorem patrum deliberationem gravius vel mitius punietur.

(fol. 61v). Item, ut id negocium citius finem debitum sortiatur, capitulum ordinat quod fiat commissio visitatori illius circarie [58]),

[e]) Post « et » sequitur deletum « amppliori(!) ».

[f]) « eiusdem monasterii Case Dei » scriptum alio attramento et forsan etiam alia manu.

[g]) « fratrem » scriptum super lineam.

[h]) Post « homicidio » deletum « con ».

[54]) Annis 1504-1524, Franciscus de la Rovère episcopus erat Meldensis = Meaux. Cfr. B. Gams, *Series Episcoporum Ecclesiae Catholicae*, Graz, 1956, p. 577.

[55]) Nomen ignoratur.

[56]) In Capitulo generali anni 1518, Iac. de Bachimont, abbas generalis, constitutus fuerat visitator circariae Gasconiae. Cfr. supra, p. 245.

[57]) Ioh. de Montaigut.

[58]) Iac. de Bachimont vel potius iam Amatus de Fonte.

ad se per amplius informandum super vita et moribus eiusdem fratris et si expediat etiam ad processum eius terminandum.

Item, capitulum concedit participationem suffragiorum ordinis omnibus benefactoribus monasterii Calvi Montis, ad intercessionem reverendi patris eiusdem monasterii [59]) consimiliter videlicet illi quam antea et retroactis temporibus a nobis obtinuit.

Item, annuendo peticionibus reverendi patris sancti Martini Laudunensis et tocius conventus eiusdem monasterii capitulum confirmat quamdam legacionem seu donationem factam per ipsos cuidam [i]) capelle(!) seu capellanie(!) in ecclesia eiusdem monasterii fundate ad honorem beatorum Lamberti martiris, Drogonis et Fiacrii confessorum necnon beate Syrie virginis [60]), continentem sommam quadraginta solidorum Turonensium necnon numerum duarum asinatarum cum dimidia bladi frumenti annui redditus, iuxta et secundum tenorzm litterarum desuper confectarum, quibus nostre presentes affiguntur.

Item, attenta apostosia(!) fratris Iohannis le Thieullier, supprioris monasterii sancti Petri Selincurtis, qui temerarie nulla obtenta (fol. 62r) licentia ad nos venit, capitulum remittit eumdem ad proprium monasterium misericorditer viso quod antea semper bene se rexit, per reverendum patrem eiusdem monasterii [61]) puniendum.

Item, super supplicacione facta per abbates circarie Brabancie requirentes excusari super ce quod non comparuerint in presenti capitulo, certis rationibus per eos allegatis, capitulum volens cum eis mitius agere, ipsos excusat pro huc anno dumtaxat, sine preiudicio statutorum et privilegiorum ordinis.

Item, super altera supplicacione per ipsos facta de non solutione talliarum presentis anni capitulum determinat quod venient duo prelati ad capitulum futurum, ad prestandum iuramentum, prout continetur in statutis nostris de expositis et interim exponendis pro confirmacione iuris electi monasterii Megdeburgensis(!) (debet scribi : Middelburgensis) [62]) in et contra quemdam clericum Maximianum de Burgundia, tunc capitulum quod equum et iustum fuerit ordinabit,

[i]) « cuidam » scriptum super lineam loco deleti « andem(!) ».

[59]) Nomen ignoratur.

[60]) Sancti isti speciali modo in veneratione erant in abbatia S. Martini Laudunensis.

[61]) Ioh. Fretel.

[62]) Anno 1518, Maximilianus de Burgundia electus erat abbas Middelburgensis, et abbas remansit usque ad a. 1535. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 311.

nichilominus hoc anno solvent propter ardua ordinis negocia expedienda [l]).

Item, insequendo litterarum earumdem tenorem, capitulum annuit quod ammodo futuris et perpetuis (fol. 62v) temporibus festum Presentacionis [m]) beate Marie Virginis in toto ordine pariformiter sicut festum Conceptionis eiusdem virginis celebretur.

Item, littere eorum continebant quatenus dignaremur declarare an religiosi ordinis nostri astringantur per se ad lecturam horarum de beata virgine Maria, quando eedem hore de Domina propter solempnitates in choro intermittuntur. Capitulum inquisitioni eorumdem respondendo conclusit et concludit quod quilibet religiosus per se horas co tempore quo non cantantur in choro legere tenetur eo quod de precepto ad has perlegendas sicut ad ceteras canonicas horas teneatur.

Item, insuper eedem continebant ut extra tempus Adventus, Quadragesime ac tempus solempnium octavarum, quando diebus sabbatinis summa missa de beata Maria in choro decantari consuevit, ut tunc eisdem diebus in choro decantetur officium de eadem Domina cum novem psalmis et antiphonis communis cursus et tribus lectionibus historie occurrentis et similiter ad Primam, Terciam, Sextam et Nonam de eadem cum antiphonis, capitulis et collectis communis cursus. Et hoc propterea quod beata virgo Maria est (fol. 63r) patrona ordinis et quia officium eiusdem in singulis ecclesiis collegiatis secularibus, illis diebus semper decantatur. Capitulum consimiliter respondet et diffinit quod antiquorum patrum ordinis statuta huc usque practicata super persolutione horarum deinceps, sicut antehac observabuntur et omnia [n]) illa divinum officium concernentia in suo robore subsistant.

Item, quia eorum littera continebant quod reverendus pater Camere Fontis [63]), sacre theologie professor, ab anno citra in sua visitatione facta in monasterio Kenestedensi magnum scisma inter abbatem [64]) et conventum eiusdem loci suscitaverit, ubi tamen pacem fovere

[l]) « expedienda » scriptum super lineam loco deleti « exponenda ».

[m]) « Presentacionis » scriptum super lineam loco deleti « Visitacionis ».

[n]) Post « omnia » sequuntur duo « illa », quorum primum deletum est.

[63]) Amatus de Fonte.

[64]) Matthias de Thurre. Cfr. supra, p. 113, n. 119.

inter eosdem suo incumbebat officio, capitulum cupiens ordinis et ipius reverendi patris Camere Fontis honestati consulere, ordinat quod fiant littere missive ad eosdem prelatos, ipsis intimando quatenus diligenter et iuridice examinant(!) quattuor religiosos eiusdem monasterii coram ipsis comparentes, qui medio solempni iuramento per eosdem prestito vive vocis oraculo deposutonant(!) [o]) prefatum reverendum patrem Camere Fontis non zizanie ac scismatis, sed pacis et mutue amicitie partem [p]) in sua visitacione (fol. 63v) fovisse et in eisdem litteris missivis inscribantur quattuor fratrum depositiones et potissimum illius fratris qui ex parte ipsius abbatis Kenestedensis ad nos missus fuit. Consimiliter inseratur depositio reverendi patris Steynveldensis [65]) illius circarie visitatoris, qui consimilem depositionem depositionibus eorumdem fratrum coram nobis deponere dignatus est, dempto iuramento.

Insuper, inseratur quod anno futuro venient duo prelati habentes procuratorium ab eisdem eo quod reverendus pater Camere Fontis [66]) paratus est se canonice purgare et se alienum ac immunem ab hoc crimine sibi iniuste imposito ostendere.

Item, quia frater Iohannes Huten, religiosus monasterii Thenoliensis, suis exigentibus demeritis fuerat per nos retroactis annis [67]) voce et stallo privatus, viso et audito bono ac laudabili regimine ipsius, capitulum restituit eumdem ad pristinos honores ad intercessionem reverendi patris eiusdem monasterii [68]).

Item, capitulum approbat et confirmat quemdam tractatum seu quamdam permutationem factam inter abbatem [69]) et conventum monasterii Septem Fontium in Therascha(!) ex una et nobilem virum Iohannem Dapremont (fol. 64r) scutifferum, dominum temporalem de Sorez [70]) partibus ex altera, de quodam parvo stagno seu vivario

[o]) Sic in orig., forsan loco « deposicionem faciant ».

[p]) « partem » scriptum super lineam.

[65]) Ioh. von Ahrweiler.

[66]) Amatus de Fonte.

[67]) De ipso actum fuit in Capitulo generali anni 1514 et 1515. Cfr. supra, p. 186, 201.

[68]) Gobertus Aleaume.

[69]) Non clare constat quisnam hoc anno fuerit abbas Septemfontium in Therascia. Anno 1518, Adam Cornu munus suum abbatiale resignaverat .Successor eius fuisse videtur Gerardus. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 399.

[70]) Sorez identificandum videtur cum Sorey, quae erat paroecia incorporata abbatiae Septemfontium. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 398.

ad tria arpenta nemoris. Viso quod hec permutatio cedit in utilitatem utriusque prout in litteris desuper confectis plenius continetur.

Item, diffinit capitulum quod novi abbates incipiendo hoc capitulo inclusive in primo anno suarum promotionum tenebuntur personaliter in capitulo generali comparere, nisi legitimo detineantur impedimento, de quo faciant sufficienter constare. Quod si non venerint, ex nunc prout ex tunc, capitulum condampnat(!) eosdem ad illam summam pecuniarum persolvendam quam exposuissent veniendo ad capitulum generale et redeundo taxandam vidilicet per reverendissimum patrem Premonstratensem [71]) ac ad commodum et utilitatem capituli generalis applicandam.

Item, exhibita nobis ex parte reverendi patris sancti Martini Laudunensis [72]) ac totius eiusdem loci conventus supplicacio continebat quatenus ordinis et monasterii sui honorem et decorem desiderantes pro manutentione unius religiosi eiusdem monasterii in scholis Parisiensibus quamdam domum per eosdem a nobili viro Petro Dorelot acquisitam in villagio de Loupinne situata cum omnis suis iuribus et [q]) appendenciis ad semper et pro semper conferre parati (fol. 64v) sunt et de facto conferunt, nostrum super hoc assensum interponi cupientes. Capitulum eorumdem peticioni acquiescendo supplicacionem per ipsos factam in omnibus et per omnia approbat et confirmat eo tenore quo prefati abbas [73]) et conventus et ipsorum successores ipsam domum cum suis appendenciis aut partem suorum iurium vendere, alienare, permutare aut in alios usus commutare nequibunt.

Item, quia nobis constitit ex relacione reverendi patris Insule Dei [74]) ac aliorum virorum fide dignorum quemdam tractatum initum inter abbatem et conventum beate Marie de Bellozanna [75]) ex una et heredes cuiusdem deffuncti(!) Clementis de Vinille quondam scutiferi partibus ex altera, de quodam feudo vulgariter nuncupato le Gonoy (!) in parrochia de Lucia situato [r]) olim per prefatos abbatem et conventum predicto Clementi pro se suisque heredibus cum universis iuribus et appendiciis eiusdem in emphiteosim perpetuam dato, in

q) Post « et » sequitur deletum « pertinenciis ».

r) « situato » correctum per superscriptionem « to » ex « situatum ».

71) Iac. de Bachimont.

72) Ioh. Poulaillier.

73) Idem.

74) Ioh. de Carouge.

75) Antonius d'Outreleau.

eiusdem ecclesie commodum et utilitatem cedere, capitulum prefatorum fide dignorum super hoc examinatorum adherendo testimoniis, predictum tractatum iuxta et secundum tenorem litterarum desuper confectarum approbat et confirmat.

(fol. 65r). Item, capitulum annuit quod fiant littere orationum pro venerando domino Petro Villain, in legibus licentiato, una cum sua conthorali et liberis, in forma communi.

Item, consimiliter pro nobili viro Philippo de Mailly et eiusdem conthorali ac liberis in simili forma. Et hoc ad intercessionem domini Bucilliensis [76]).

Item, fiat commissio reverendis patribus sancti Martini [77]), Montis sancti Martini [78]) et Thenoliensi [79]) abbatibus et cuilibet eorum in solidum ad conveniendum coram ipsis reverendum patrem Cuissiacensem [80]) et eius conventum, ad requestam reverendissimi patris Premonstratensis [81]) ratione somme centum et quadraginta [s]) aureorum de restancia maioris somme per eosdem ipsi debite et ad cognoscendum de hac causa usque ad sentenciam diffinitivam inclusive.

Item, annuit capitulum quod in omnibus et singulis monasteriis ecclesie Case Dei [82]) subditis, ammodo futuris et perpetuis tempori(bus) hore beate Marie eo modo decantentur quo in prefata ecclesia Case Dei decantantur.

Item, quia nobis innotuit ex relatione fratris Virgilii de Lymoges [83]), religiosi monasterii Insule Dei, executoris certi mandati a reverendissmo patre (fol. 65v) Premonstratensi [84]) emanati, reverendum patrem Gaudii Vallis [85]) personaliter et peremptorie coram nobis in nostro generali capitulo fuisse legitime citatum, procuratori ordinis quod iustum fuerit responsurum, attenta eiusdem absencia, licet ad

[s]) Post « quadraginta » deletum « uor »(?).

[76]) Nomen ignoratur.

[77]) Ioh. Poulaillier.

[78]) Thomas de l'Escluse.

[79]) Gobertus Aleaume.

[80]) Ioh. Evrard.

[81]) Iac. de Bachimont.

[82]) Monasteria filialia enumerat N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 171.

[83]) Virgilius de Limoges anno 1525 erit abbas Insulae Dei. Et annis 1531-1533 abbas generalis Ordinis.

[84]) Iac. de Bachimont.

[85]) Nomen ignoratur.

reverendissimum patrem Premonstratensem nonnullas destinaverit litteras in eisdem excusaciones minus racionabiles allegando, capitulum declaravit eumdem contumacem et per presentes declarat.

Item, capitulum diffinit et ordinat quod fiat commissio specialis patribus abbatibus [86]) et cuilibet eorum in solidum ad conveniendum eumdem reverendum patrem [87]) coram ipsis in monasterio sancti Martini Laudunensis et ad cognoscendum de causa propter quam fuerat coram nobis in nostro generali capitulo citatus etiam usque ad diffinitivam sentenciam inclusive.

Item, fiat commissio visitatori seu visitatoribus circarie Westphalie [88]) quatenus possint aut valeant convocare omnes prelatos predicte circarie ad certa loca per ipsum aut ipsos designanda totiens quoties ei aut eisdem opportunum videbitur aut saltem de triennio in triennium, ut ibidem habeant tractare super noviter emergentibus casibus ordinis nostri honorem (fol. 66r) ac commodum concernentibus ita tamen quod quicquid ibidem tractaverint, per visitatorem aut visitatores in futuro capitulo nostro generali nobis fideliter referatur.

Item, diffinit capitulum ut ammodo futuris et perpetuis temporibus nullus prelatus seu conventus aliquid quod hucusque ad prefatam circariam pertinuit, de cetero habeat post publicationem presentium facultatem et auctoritatem preter debitam formam ordinis nostri ac statutorum cedere, alienare necnon suam prelaturam seu monasterium resignare ac in dampnum ecclesie beneficia secularibus conferre sub penis et censuris in statutis nostris contentis. Precipientes universis et singulis prelatis iam dicte circarie et conventibus, ut sint et maneant concordes pro unione et conservatione iurium et privilegiorum ordinis in omni actione in et contra quoscumque sub penis, prout premittitur, in statutis insertis adiicientes, quod de cetero nullus ad dignitatem prelature admittatur nisi [t]) solempni iuramento prius voverit premissa non infringere visitatori aut visitatoribus (fol. 66v) nostris qui a generali capitulo nostro fuerit aut fuerint deputatus aut deputati.

Item, ordinat capitulum quod si contingat aliquem prelatum in prefata circaria decedere et debitum carnis solvere [u]) et pater abbas

[t]) Post « nisi » sequitur deletum « solverit ».

[u]) « solvere » correctum per deletum « ex » ex « exsolvere ».

[86]) Hi Patres abbates sunt abbas Praemonstratensis, s. Martini Laudunensis et Cuissiacensis.

[87]) Nomen ignoratur.

[88]) Ioh. von Ahrweiler.

eiusdem monasterii sit in remotis partibus ad tres dietas vel circiter extra predictam circariam, ut visitatores seu visitator eiusdem circarie habeant vel habeat auctoritatem conventibus mandare et diem nove electionis prefigere ac electioni presidere, ut iuxta et secundum formam debitam ordinis nostri electio rite et legitime fiat. Et ut sic canonice electum dummodo eumdem ydoneum reppererint vel repperefit propter nunc temporis imminencia pericula, auctoritate nostra confirmare salvo[x];) tamen in omnibus et per omnia iure patrum abbatum et aliorum quorum legitime interest.

Item, capitulum approbat pro conservacione ordinis nostri et ampliori tuitione statutorum nostrorum, ut reverendi patres eiusdem circarie de triennio in triennium habeant generali capitulo duos abbates seu prelatos prelibate circarie presentare, quos ad hoc exequendum magis ydoneos cognoverint, salvo tamen in omnibus iure patrum abbatum.

(fol. 67r). Item, inhibet et tenore presentium prohibet universis et singulis prelatis, conventibus et utriusque sexus ordinis nostri predicte Westfalie(!)[y]) circarie professoribus, ne de cetero post huius presentis mandati nostri publicacionem presumant nec facultatem seu auctoritatem habeant vendendi, alienandi, impignorandi, perpetue ac dampnose permutandi ultra duodecim aut decem et octo vel ad extremum viginti quattuor annos locandi secularibus personis aliqua bona immobilia eorumdem monasteriorum sine consilio et expresso consensu visitatorum et trium vel quattuor prelatorum eiusdem circarie eo quod principes et magnates illorum locorum non permittant nec de cetero permittant eosdem quovis pacto aliquas recipere hereditates.

Item, annuit capitulum predictis patribus quod ammodo nulli religiosi prefate circarie a nobis vel reverendissimo patre Premonstratensi suscipiantur, audiantur et absolvantur nisi legitimum a proprio prelato vel conventu seu ab utrisque visitatoribus habeant licentiatorium, sed hii carceribus ma[n]cipabuntur quousque mera veritas, quare propria monasteria exierint et huc venerint, cognoscatur. Et hoc expensis proprii monasterii [fol. 67v] quas expensas in futuro capitulo visitatores eiusdem circarie refundere tenebantur.

Item, praecipit capitulum visitatoribus iam dicte circarie, imitando tenorem litterarum prelatorum eiusdem, ut annuatim per se vel ydoneos et fide dignos delegatos semel, nisi necessitas aliud exposcat, omnia et singula monasteria diligenter, rite et legitime visitent,

[x]) Post « salvo » deletum « tamen ».

[y]) « Westfalie(!) » scriptum alia manu super lineam.

omnes videlicet et singulos prelatos, provisores, cellerarios, et quoscumque alios bona monasteriorum tractantes, sub penis et censuris in statutis contentis, cogendo ad legalem compotum de receptis et expositis per eosdem in presencia sanioris partis conventuum reddendum.

Denique, annuendo peticioni eorumdem patrum mandat capitulum universis et singulis patribus et fratribus prenominate circarie Westphalie districte precipiendo eisdem sub penis deposicionis ab officiis et excommunicationis necnon suspensionis a divinis, ut omnes et singuli predicti articuli ab ipsis etiam cuiuscumque sexus professoribus diligenter et sine contradictione observenter.

Item, quod nullus prelatorum quacumque [z]) occasione ab hac unione et concordia pro conservacione privilegiorum ordinis nostri facta se alienare seu abstrahere presumat.

(fol. 68r). Item, insuper ordinat ut regula beati patris nostri Augustini, ordinarius in officio ecclesiastico necnon statuta patrum noviter modificata et approbata uniformiter intelligantur, habeantur et pro posse serventur. Et si aliqua in premissis cursu temporis in dubium venerint et diversimode servata vel omnimode omissa ab aliquibus fuerint, habeant predicti patres eiusdem circarie facultatem et [aa]) auctoritatem iuxta et secundum debitam formam predicte regule, ordinarii et statutorum nostrorum auctoritate nostra ordinare, imponere et mutare secundum possibilitatem regionis, locorum et personarum. Attamen non prius publicentur nec servanda instituantur, nisi prius per generale capitulum diligenter [bb]) examinata et approbata fuerint. Et si qui aliquid contra premissa dicere vel facere presumpserint et post trinam monitionem se emendare contempserint, ipso facto auctoritate nostra penis subiaceant predictis. Et hec commissio seu hoc mandatum nostrum vigorem habeat quousque ex certa et legitima causa per nos et capitulum nostrum generale per patentes litteras id revocare contingat. Denique et finaliter ordinantes, quod in posterum nullatenus valeat concessio particularis a quocumque procurata et obtenta contra omnia et singula premissa, nisi cum absoluta derogatione presentium.

(fol. 68v). Item, ordinat capitulum quod littere orationum fiant pro nobili viro Iohanne de Monreaulx, scutifero et domicella Margareta de la Pierre, eiusdem conthorali ac eorumdem liberis in forma communi.

[z]) « quacumque » scriptum super lineam loco deleti « quocumque ».

[aa]) Post « et » sequitur deletum « facultatem ».

[bb]) Post « diligenter » deletum « ordinata ».

Item, capitulum annuit participationem suffragiorum ordinis omnibus confratribus fraternitatis intemerate virginis Marie in ecclesia parrochiali sancti Martini de Moncello noviter fundata.

Item, capitulum inhibet priori scholarium [89]) sub pena privationis ab officio, ne de cetero permittat mulieres seu iuvenculas etiam cuiuscumque etatis fuerint intrare collegium nostrum Parrisiense(!) gratia aquam hauriendi. Quod si isdem prior nostro [cc]) presenti edicto contravenerit, pena predicta punietur.

Insuper, ordinat capitulum declarando de noviciis non recipiendis contentum in statutis nostris, quod de cetero novicii ordinis nostri in omnibus et singulis monasteriis religionis nostre ad actum professionis regularis, si decimum sextum [dd]) attingant annum recipi poterunt [ddd]), super cuius actus professionis receptione reverendissimus pater Premonstratensis in decimo quinto anno cum ipsis legitime poterit dispensare.

Item, capitulum inhibet omnibus et singulis prelatis ordinis nostri ne dent de cetero ad firmam decimas curatis secularibus ad plurima que quotidie insurgunt litigia [ee]) evitanda.

(fol. 69r). Item, capitulum mittit fratrem Abel, religiosum monasterii Kenestedensis, ad monasterium sancti Mariani Altissiodorensis, ibidem moraturum usque ad discretionem reverendi patris eiusdem loci. Et si eidem prelato videatur expediens, poterit mittere unum ex religiosis suis ad monasterium Kenestedense.

Item, capitulum ordinat quod fiat monitio ad monendum reverendum patrem Cuissiacensem [90]), quatenus infra quindecim dies a die execucionis huius presentis mandati computando, satisfaciat de vestiario fratri Iohanni Soupply relligioso(!) monasterii Loci Restaurati, qui in eodem monasterio Cuissiacensi per annum cum dimidio moram traxit. Et ad id persolvendum cogatur sub penis et censuris ordinis.

Item, capitulum confirmat et approbat quemdam tractatum initum inter abbatem [91]) et conventum monasterii Cuissiacensis ex una et nobilem virum Nicolaum Danners aliter de Bachimont cognominatum

[cc]) Post « nostro » sequitur deletum « quam et capitulo(?) ».
[dd]) « sextum » scriptum super lineam alio attramento.
[ddd]) « poterunt » scriptum super lineam loco deleti « poterant ».
[ee]) « litigia » scriptum in margine sinistro deleto « legitima ».

[89]) Mathurinus Dandelle. Cfr. supra, p. 226, n. 52.
[90]) Ioh. Evrard.
[91]) Idem.

partibus ex altera, de quadam specie vinee in loco Vallis Cuissiacensis situata data eidem nobili viro per ipsos abbatem et conventum in emphiteosim perpetuam, iuxta et secundum tenorem litterarum desuper confectarum, quibus nostre presentes annectuntur.

Item, fiant littere missive ex parte capituli generalis abbati Insule Dei [92]), quatenus corrigat fratrem Georgium le Tartre, religiosum monasterii sancti Nicolai de Blancalanda et ad observantiam regularem secundum quod cavetur (fol. 69v) in statutis nostris compellat, prout sibi per curiam parlamenti Rothomagensis iniunctum fuit.

Item, capitulum ordinat quod obtinebitur rescriptum apostolicum expensis circarie Normanie dirigendum cuidam prelato illius circarie iuxta et secundum formam rescripti apostolici directi abbati sancte Genevefe [93]), pro conservacione privilegiorum ordinis nostri.

Item, capitulum mittit fratrem Iohannem Colant, religiosum monasterii Kenestedensis, ad monasterium Gaudii Vallis ibidem moraturum usque ad nostram revocacionem.

Item, audita supplicatione religiosorum monasterii Kenestedensis conquerentium de proprio prelato [94]), capitulum eosdem ad prefatum monasterium Kenestedense remittit, videlicet fratres Theodoricum eiusdem monasterii priorem claustralem et Abel Grenenbroch ordinando reverendum patrem Steynveldensem [95]) cum plenitudine potestatis, assumptis secum abbate Arrestenensi [96]) et preposito Sedensi [97]), qui quidem visitabunt dictum monasterium corrigendo omnes et singulos excessus tam in capite quam in membris impensis dicti monasterii Kenestedensis. Attamen precipimus eidem patri Kenestedensi [98]) ut eosdem fratres usque ad predictorum patrum visitatorum adventum caritative recipiat, eidem insuper ne ipsos fratres in aliquo molestare attentet inhibendo.

(fol. 70r). Item, capitulum confirmat et approbat tractatum initum inter abbatem [99]) et conventum sancti Evodii de Brana ex una et

[92]) Ioannes de Carouge.

[93]) Abbatia erat abbatia celebris in civitate Parisiensi.

[94]) Matthias de Thurre. Cfr. supra, p. 113, n. 119.

[95]) Ioh. von Ahrweiler.

[96]) Annis 1498-1527, Adamus de Montabaur abbas erat Arnsteinensis, in dioecesi, olim Trevirensi, nunc Limburgensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 151.

[97]) Annis 1504-1540, Kasparus von Plettenberg praepositus erat Schedensis, in dioecesi olim Coloniensi, nunc Paderbornensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 191.

[98]) Matthias de Thurre.

[99]) Quisnam eo tempore abbas fuerit abbas Branensis non constat. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 487.

honestum virum Anthonium Tremictcurt(!) partibus ex altera, de duabus speciebus terre per circulum octuaginta annorum per ipsos abbatem et conventum eidem in emphiteosim datis iuxta tenorem litterarum desuper confectarum.

Item, et pro novis emergentibus que capitulum expectare non possent, capitulum ordinat patres abbates, convocatis secum nonnullis vicinioribus abbatibus, quibus dat auctoritatem ordinandi, statuendi et diffiniendi que necessaria et opportuna eis videbuntur et ea sigillo capituli generalis sigillandi.

Item, visa inquisitione facta per reverendum patrem sancti Martini Laudunensis [100]) ac dilectorum nostrorum in Christo filiorum fratrum seu adiunctorum Guillelmi de Franqueville, prioris dicti monasterii, Auberti Leclerc, circatoris et Petri Vignet, magistri noviciorum, qua nobis legitime constitit fratrem Iacobum Moliet, prefati monasterii religiosum expresse professum, crimem pessimum videlicet sodomiticum commisisse, prout sua propria attestatio, depositio (fol. 70v) seu confessio. Capitulum consideratis considerandis volens misericordiam iusticie rigori preferre, predictum fratrem condampnavit(!) et condampnat(!) tenore presentium pena carceris usque ad Nativitatem domini nostri Iesu Christi proxime venturum, in proprio monasterio puniendum, pene videlicet et aqua in omnibus quartis et sextis feriis hoc tempore instante victurum, dando et concedendo dicto confratri nostro plenariam et omnimodam potestatem ac auctoritatem dispensandi cum prenominato fratre de dicto carcere ac eamdem penam commutandi in aliam mitiorem penam a prima die mensis septembris usque ad prelibatum diem Nativitatis, prout sibi visum fuerit et ordo postulabit rationis.

Item, capitulum committit reverendissimum patrem Premonstratensem [101]) ad cognoscendum de causa existente inter reverendum patrem sancti Petri Selincurtis [102]) et fratrem Iohannem le Maire, videlicet ad diffiniendum an isdem frater qui antehac professus est in eodem monasterio sancti Patri, nunc vero habens curam secularem episcopo aut ipsi reverendo patri teneatur obedire et an per ipsam interpretacionem(!) a primeva sua obedientia regulari [ff]) absolvatur. (fol. 71r). Item, annuit capitulum quod fiant littere oracionum pro

[ff]) Post « regulari » sequitur deletum « approba ».

[100]) Ioh. Poulaillier.

[101]) Iac. de Bachimont.

[102]) Ioh. Fretel.

nobili domina Katherina de Sarrebourh, dotatrice de Roya et Karolo de Roya eiusdem filio cum clausula Adiicientes.

Item, capitulum instituit, ordinat et creat fratrem Quintinum Hennocque, religiosum monasterii Montis sancti Martini, dioecesis Cameracensis, procuratorem in Urbe [103]) cum oneribus, auctoritate et stipendiis consuetis, videlicet centum librarum, prestito tamen prius per ipsum iuramento.

Item, quia quidam abusus in quibusdam ecclesiis nostri ordinis frequentatus, quo in festo Innocentum, quidam choreas ac tripudia virorum ac mulierum faciunt, commessaciones et convivia ibidem cum personis secularibus preparant, est contra prohibiciones sacrorum canonum et cedit in confusionem ac scandallum(!) nostri ordinis. Capitulum volens abusibus obviare et consuetudines laudabiles in suo vigore manere, ordinat quod in festo Innocentum iuvenes, prout cavetur in ordinario [gg]) chorum regent et concedit omnibus et singulis religiosis honestas recreationes sine mutacione habitus, dummodo omnia et singula in ecclesia prout in aliis diebus fieri consuetum est, sine cachinationibus (fol. 71v) observentur. Nichilominus interdicit prioribus sive regentibus conventuum ne tali die admittant personas seculares sive mulieres cuiuscumque condicionis existant, ad recreationes religiosorum sine expressa licentia proprii prelati, que de facili non concedatur.

Item, ordinat capitulum quod fiant littere orationum pro nobili viro Guidone milite, domino temporali du(!) Maisuil et Maria Grouchs, eius conthorali, in forma communi.

Consimiliter, pro nobili viro Francisco domino de Frammezelles et Anna de Neensville sibi promissa et hoc in pari forma.

Denique et finaliter, littere reverendorum patrum circarie Brabancie de quibus in articulis premissis [104]) expresse facta est mentio continebant, quod propter conformitatem omnium ecclesiarum se conformarent sancte Romane ecclesie, quod per nos ordinaretur, ut a festo Pasche usque ad diem Trinitatis exclusive nocturnare(!) officium tam de tempore quam de sanctis sub tribus tantummodo psalmis et totidem lectionibus celebretur. Quia itaque hec prelecta postulacio (fol. 72r) a reverendorum patrum nostrorum deviat decisionibus, idcirco hanc minime confirmamus et approbamus [hh]).

(fol. 72v). Visitatores anni presentis millesimi quingentesimi decimi

[gg]) Post « ordinario » sequitur deletum « quorum ».

[hh]) Reliqua tota pars fol. 72r vacua remansit.

[103]) Ante ipsum Daniel Taypfel procurator Ordinis in Urbe erat. Cfr. supra, p. 218.

[104]) Cfr. supra, 252 s.

noni : Francie, Floreffie, Brabancie, Flandrie, Pontivi, Lothoringie : Dominus Premonstratensis [105]) reservat pro se.

Normanie, Vasconie, Burgundie, Alvernie, Sabaudie : Reverendus pater Camere Fontis [106]) et hoc ad triennium, preter Vasconie circariam, quam habet pro hoc anno dumtaxat.

Saxonie : Prepositus Magdeburgensis [107]).

Suevie : Abbas Aldebergensis [108]) ad triennium.

Bavarie : Abbas Staingadensis [109]) ad triennium.

Wadegocie et Ilveldie : Abbas Ilveldensis [110]).

Frisie : Abbas sancte Marie in Liden(!) [111]).

Hungarie : Prepositus de Saag [112]).

Scotie : Abbas Candide Case [113]).

Anglie : Dominus Premonstratensis [114]).

Hispanie : Abbas de Retorta [115]) et de Caritate [116]) ad triennium, et uterque in solidum.

Bochemie(!), Moravie, Polonie, Tuscie, Calabrie, Dacie, Norgvegie et Terre Iherosolimitane : Procurator in Urbe [117]) cum potestate substituendi.

G(erardus J)ardel m(anu) p(ropria)
ordinis notarius (11).

[Addit Gregorius du Crocq in fine copiae suae (ms. Laon 538, p. 191) : Et quia haec copia mea manu etiam scripta concordat cum originali quod hac die vigesima nona Decembris 1661, penes me Praemonstrati in Secretaria habeo, subscribo :

fr. Gregorius du Crocq, secretarius [118])].

[11]) Sequens folium 73r et 73v vacuum remansit.

[105]) Iacobus de Bachimont.

[106]) Amatus de Fonte.

[107]) Henricus Stott. Cfr. supra, p. 93, n. 75.

[108]) Leonardus Dürr. Cfr. supra, p. 77, n. 96.

[109]) Udalricus Griespeitel. Cfr. supra, p. 240, n. 72.

[110]) Ioh. Schumann. Cfr. supra, p. 29, n. 87.

[111]) Ioh. de Keppel. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, 210.

[112]) Franciscus Fegyverneky. Cfr. supra, p. 91, n. 59.

[113]) Annis 1518-1524, abbas Candidae Casae (Whithorn), in dioecesi Gallovidiensi, Gavin Dunbar. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 116.

[114]) Iac. de Bachimont.

[115]) Joh. de Rosales, abbas anno 1518-1531. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 282.

[116]) Ferdinandus de Baltanas. Cfr. supra, p. 231, n. 79.

[117]) Quintinus Hennocque. Cfr. supra, p. 262.

[118]) Cfr. supra, p. 13, n. 89.

20

1520

(Ms. Strahov, 20, fol. 74r-85r) (= fol. 137r-148r foliationis veteris)

(fol. 74r). Acta et diffinitiones capituli generalis ordinis Premonstratensis anno domini millesimo quingentesimo vicesimo mensis vero maii die quinta et sequentibus diebus, in prefato monasterio Premonstratensi celebrati [a]).

Nomina prelatorum in predicto capitulo comparentium :

Dominus Iacobus, sacre theologie professor, Premonstratensis et Branensis monasterium abbas [1]).

Sancti Martini Laudunensis [2]).
Cuissiacensis [3]).
Abbas Camere Fontis, sacre theologie professor [4]).
Sancti Andree in Nemore [5]).
Bucilliensis [6]).
Vallis Serene [7]).
Albe Curie [8]).
De Longo Vado [9]).
Septem Fontium in Burgundia [10]).
Grandis Campi [11]).
Gaudii Vallis [12]).
Sancti Petri Selincurtis [13]).
De Marchasio Radulphi [14]).

[a]) Manu saec. XVII. in margine sinistro secriptum : « Premonstrati 1520 ».

[1]) Iacobus de Bachimont. Cfr. supra, p. 6, n. 33. Abbas generalis inde ab a. 1513.

[2]) Iohannes Poulaillier. Cfr. supra, p. 19, n. 4.

[3]) Annis 1519-1524, Guichardus abbas fuit Cuissiacensis. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 498.

[4]) Amatus de Fonte. Cfr. supra, p. 208, n. 12.

[5]) Dionysius Daviau. Cfr. supra, p. 4, n. 16.

[6]) Nomen ignoratur.

[7]) Nicolaus de Maucrois. Cfr. supra, p. 87, n. 5.

[8]) Annis 1519-1555, Petrus Le Courtiller abbas fuit Albae Curiae = Abbecourt, in diocesi, olim Carnutensi, nunc Versaliensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 543.

[9]) Nomen ignoratur.

[10]) Annis 1518-1552, Petrus Thomassin abbas fuit Septem Fontium in Burgundia = Septfontaines-en-Bassigny, in dioecesi Lingonensi = Langres. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 110.

[11]) Iohannes Tully-Lefèvre. Cfr. supra, p. 248, n. 34.

[12]) Uti videtur, Petrus Marie. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 556.

[13]) Ioh. Fretel. Cfr. supra, p. 5, n. 17.

[14]) Bertinus Domin. Cfr. supra, p. 247, n. 10.

Charthovorensis [15]).
Thenoliensis [16]).
Lisquensis [17]).
Steynveldensis [18]).
Vallis Dei [19]).
De Rossonio [20]).
Vallis Secrete [21]).
Sancti Pauli Virdunensis [22]).
Sancti Iusti [23]).
Loci Restaurati [24]).
Dompni Martini [25]).
De Genliaco [26]).
Calvi Montis [27]).

Subscripti prestiterunt obedientiam :

Cuissiacensis [28]), sancti Pauli Virdunensis [29]), Septem Fontium in Burgundia [30]), de Rossonio [31]), Albe Curie [32]).

(fol. 74v). Imprimis ordinatum est quod omnes prelati propter eorum paucitatem erunt diffinitores.

Item, missas celebrari consuetas primam : de Rossonio [33]), secundam Albe Curie [34]), terciam Septem Fontium in Burgundia [35]), monasteriorum abbates celebrabunt.

Item, talliarum receptores erunt Thenoliensis [36]) abbas et prior scholarium [37]).

15) Antonius Parent. Cfr. supra, p. 222, n. 10.
16) Gobertus Aleaume. Cfr. supra, p. 161, n. 19.
17) Dominicus Carnisien. Cfr. supra, p. 88, n. 24.
18) Ioh. von Ahrweiler. Cfr. supra, p. 233, n. 17.
19) Gerardus. Cfr. supra, p. 115, n. 14.
20) Nomen eius ignoratur.
21) Benedictus de Corbie. Cfr. supra, p. 194, n. 5.
22) Annis 1520-1538, Franciscus Pseaume abbas fuit S. Pauli Virdunensis. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 114.
23) Ioh. de la Morlière. Cfr. supra, p. 174, n. 18.
24) Petrus de Haultdecœur. Cfr. supra, p. 6, n. 38.
25) Annis 1517-1525, Henricus de Maigneulx abbas fuit Domni Martini, in dioecesi, olim Ambianensi, nunc Atrebatensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 551.
26) Iac. le Pelletier. Cfr. supra, p. 21, n. 46.
27) Nomen ignoratur.
28) Guichardus.
29) Franciscus Pseaume.
30) Petrus Thomassin.
31) Nomen huius abbatis ignoratur.
32) Petrus Le Courtiller.
33) Nomen ignotum.
34) Petrus Le Courtiller.
35) Petrus Thomassin.
36) Gobertus Aleaume.
37) Mathurinus Dandelle. Cfr. supra, p. 226, n. 52.

Item, excusationes prelatorum recipient de Rossonio [38]) et de Carthovoro [39]) monasteriorum abbates.

Item, compotorum auditores erunt patres abbates et ceteri alii prelati qui eisdem interesse voluerint [b]).

(fol. 75r). Item, quia nobis innotuit ex relatione venerabilis confratris nostri abbatis monasterii Lisquensis [40]) fratrem Iohannem Saulec, eiusdem monasterii religiosum et etiam prout nobis constitit ex eiusdem fratris vivaci confessione ipsum fratrem aliquam antehac incurrisse apostasiam necnon malicioce impetrasse aliquod beneficium eiusdem monasterii in Urbe, mense videlicet abbatis annexum ab eo tempore de quo memoria non existit, que quidem impetratio in maximum cedit preiudicium, gravamen et dampnum eiusdem ecclesie, cui quidem impetrationi ac omni iuri per ipsum pretenso voluntarie palam et publice in presentia nostra renunciavit. Capitulum volens itaque maliciis hominum obviare, attamen misericordiam iusticie rigori preferendo eumdem fratrem condampnat(!) hinc ad tres menses, expensis videlicet proprii monasterii, pena carceris in monasterio sancti Martini Laudunensis puniendum, pane insuper et aqua eodem tempore instante in(?) singulis quartis et sextis feriis victurum.

Consimiliter, quia nobis sufficienter constitit ex confessione fratris Caroli Prevost, eiusdem monasterii religiosi ac prioris claustralis, coram nobis medio solempni iuramento facta, eumdem scivisse et tacuisse prenominatum fratrem Iohannem impetraturum id beneficium in Urbe, capitulum condampnat ipsum fratrem Carolum ut pena ipsius cedat ceteris in exemplum, pena decem dierum gravioris culpe in monasterio Dompni Martini et decem aliorum dierum in proprio monasterio puniendum, quibus viginti diebus elapsis capitulum eumdem ad pristinum honorem et officium prioris et ad omnes actus legitimos duxit restituendum.

(fol. 75v). Item, fiat commissio triennalis abbati Teplensi [41]) in ampliori forma etiam cum potestate substituendi ad visitandum et reformandum omnia et singula monasteria circariarum Bohemie, Moravie, Tuscie, Norgvegie et Calabrie, iuxta et secundum statuta et

[b]) Dimidia pars fol. 74v vacua remansit.

[38]) Nomen ignotum.
[39]) Antonius Parent.
[40]) Dominicus Carnisien.
[41]) Petrus. Abbas erat aa. 1509-1526. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 391.

privilegia ordinis nostri. In qua commissione inseratur claus(ul)a [c]) specialis ad compellendum omnes et singulos prelatos predictarum circariarum ad persolvendum eidem tallias ordini debitas et presertim quasdam tallias quas quidam prelati dicunt se solvisse abbati Gradicensi [42]) nullam auctoritatem a nobis habenti et hoc sub penis et censuris ordinis.

Preterea, in eadem commissione inseratur specialis claus(ul)a [c]) ad puniendum fratrem Casparum Moravi quondam monasterii Montis Syon abbatem [43]), eiusdem vero monasterii pro nunc simplicem religiosum, super omnibus et singulis criminibus et delictis per ipsum perpetratis et potissimum super venditione et alienatione bonorum ipsius ecclesie, eidem pariformiter dantes auctoritatem cum ipso fratre misericorditer agendi, prout eidem videbitur et ordo postulabit rationis.

Item, capitulum dat auctoritatem et potestatem priori scholarium [44]) auferendi habitum religionis Iohanni Chappon, in collegio nostro Premonstratensi Parisiensi moram trahenti, se pro religioso monasterii sancti Martini Laudunensis gerenti necnon declaran diac interpretandi prefatum Iohannem nec predicti sancti Martini Laudunensis religiosum esse nec alicuius alterius monasterii ordinis nostri.

Item, intellectis et cognitis ordinis gravissimis et maximis expeditionibus, que in dies in ordine nostro noviter (fol. 76r) emergunt et suscitantur et quod tallie ordinarie pro expeditione ipsorum negotiorum sufficiunt minime, capitulum summopere cupiens prefatum ordinem in [d]) suis regularis discipline salutaribus terminis sistere et manere ipsaque negotia incepta ac cetera futura iam dictum ordinem concernentia effectum laudabilem sortiri, decidit et ordinat quod hinc ad sexennium pro tuitione et manutentione iurium, libertatum et privilegiorum religionis et pro dictis oneribus supportandis, quilibet curatus ac beneficiatus seu administrationem habens ubilibet constitutus solvet annuatim capitulo generali sommam viginti solidorum Turonensium, ad quam persolvendum cogetur per proprium abbatem sub

[c]) « ul » in « clausula » deest in orig. per errorum scriptoris.

[d]) « in » scriptum super lineam eadem manu.

[42]) Annis 1509-1523, Paulus de Kralice abbas fuit Gradicensis (Hradisch; Hradisko), in dioecesi Olomucensi. Cfr. N. Backmund, *Monasterium*, I, p. 586.

[43]) Annis 1510-1517, Casparus abbas fuit Strahoviensis, in civitate et diocesi Pragensi. Cfr. N. Backmund, I, p. 313.

[44]) Mathurinus Dandelle.

penis et censuris ordinis. Et de receptis quilibet abbas annuatim capitulo generali legalem compotum reddere tenebitur. Fiat itaque commissio cuilibet prelato et visitatori ordinis, ut prefatos beneficiatos suos cogere possit sub penis et censuris ordinis [e]) eo quod pro ipsis solvere capitulo nostro generali annuatim tenebuntur.

Item, capitulum anhelans obviare certe inique malicie priorisse et monialium monasterii in Belbuc [45]) circarie Westphalie, que a paucis diebus citra salutis sue immemores sese exemerunt et ab ordine alienaverunt concludit, diffinit et ordinat, quod appellatio in et contra prefatam exemptionem earumdem per reverendum patrem abbatem Steynveldensem [46]) ipsius circarie Westphalie ordinis nostri interiecta, communibus expensis ordinis in Urbe prosequetur et terminabitur ac quod omnes et singule expense hactenus par iam dictum reverendum patrem ad ipsius appellationis prosequutionem(!) facte eidem patri in defalcationem talliarum per ipsum receptarum et recipiendarum quousque eidem satisfactum fuerit, restituantur.

Item, super supplicatione facta per abbates circarie Brabancie requirentes excusari super eo quod non comparuerunt in presenti capitulo [47]) certis rationibus per eos allegatis consideratis capitulum volens (fol. 76v) cum eis mitissime agere, ipsos excusat pro hoc anno dumtaxat de gracia speciali, sine preiudicio statutorum et privilegiorum ordinis omniumque et singulorum articulorum in hoc capitulo nostro generali per nos determinatorum et determinandorum.

Item, super alia supplicatione per eosdem facta super convocatione omnium et singulorum prelatorum circariarum Flandrie, Brabancie et Floreffie [48]) capitulum volens ordinis honestati et utilitati consulere, decidit et ordinavit, quod reverendissimus pater Premonstratensis assumpto secum reverendo patre Camere Fontis [49]) et nonnullis aliis prelatis quos secum assumere voluerit, transibit ad civitatem Camera-

[e]) « ordinis » scriptum in orig. « prodinis »(!).

[45]) Belbuc est hic error scribae, legi debet Bedburg. Belbuc erat abbatia in circaria Slaviae (cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 255). Quia de priorissa et monialibus monasterii, quod in circaria Westphaliae iacebat, expressa mentio fit, haec emendatio nominis est praeter dubium. De mutatione parthenonis in Bedburg in canoniam saecularem anno 1519. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 154.

[46]) Ioh. von Artweiler. Cfr. supra, p. 233, n. 17.

[47]) Rationes ob quas abbates illi non comparuerint in Capitulo generali, videntur magna ex parte fuisse politicae: eo quod imperator Carolus V abbatias sui regni independentes volebat a superioribus Galliae.

[48]) Tres istae circariae sitae erant in regionibus submissis Carolo V.

[49]) Amatus de Fonte.

censem. In qua civitate omnes et singuli predictarum circariarum prelati certo die ab eisdem prefigendo, quem notificabunt ipsi reverendo patri [f]) poterunt convocari. Quibus sic convocatis poterunt unanimiter, expensis attamen eorumdem supplicantium tractare, diffinire et concludere ea, que eisdem videbuntur tractanda, diffinienda et concludenda nostrorum et ordinis nostri, prout premittitur honorem et utilitatem concernentia.

Item, super confirmatione bulle Sixtine [50]) capitulum annuit supplicationi consimiliter eorumdem videlicet quod [g]) expensis communibus ordinis confirmetur eo videlicet tenore, quod articulus de beneficiatis determinatus bonum et utilissimum sortietur effectum eo quod ordo a multis annis est prostergatus(!) et quod tallie ordinarie non suppetunt nec sufficiunt pro manutentione protectoris et procuratoris in Urbe.

Item, fiat commissio pro hoc anno dumtaxat in (fol. 77r) ampliori forma moderno abbati Ilveldensi [51]) quatenus habeat visitare et reformare et sub regulari disciplina manutenere omnia et singula monasteria ordinis nostri in circariis Ilveldie et Wadegocie existentia. Et in eadem commissione inseratur clausula specialis quod possit compellere sub penis et censuris ordinis omnes et singulos ipsarum circariarum prelatos ad tallias duorum annorum nobis et ordini nostro debitas persolvendas. De quibus quidem [h]) talliis receptis anno futuro per seipsum aut per nuntium legalem compotum reddere tenebitur.

Item, visa quadam inquisitione et informatione facta per reverendum patrem et confratrem nostrum abbatem sancti Martini Laudunensis [52]) et per dilectos nostros in Christo filios priorem et alios fratres eiusdem monasterii, qua nobis evidenter constitit [i]) fratrem Ludovicum Lesnesque prefati monasterii religiosum multis, videlicet apostasie, adulterii, incorrigibilitatis et pluribus aliis criminibus irretitum, qui quidem frater retroactis annis suis exigentibus demeritis in vin-

[f]) « quem notificabunt ipsi reverendo patri » scriptum in margine sinistro eadem manu.

[g]) « videlicet » correctum ex « ubilibet »(?), « quod » scriptum super lineam, eadem manu.

[h]) Post « quidem » sequitur deletum « talii(!) ».

[i]) « constitit » correctum per superscriptum « tit » ex « constitutus », eadem manu.

[50]) Agitur de bulla « Vineam Domini Sabaoth », vi cuius vita communis in victu et variis aliis observantiis in Ordine urgebatur.

[51]) « Modernus abbas », hoc nominatus est Christoph Karl. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 129.

[52]) Ioh. Poulaillier.

culis detentus fuit et tandem per nos ab his [l]) misericorditer absolutus et liberatus, capitulum cupiens maliciis hominum obviare, condampnat eumdem fratrem per biennium pena carceris in iam dicto monasterio puniendum, pane videlicet et a qua in singulis quartis et sextis feriis victurum, salva tamen gratia reverendi patris eiusdem monasterii aut reverendorum patrum capitulantium.

Consimiliter, viso processu per prelibatum reverendum confratrem nostrum super vita et moribus fratris Guillelmi Bayart eiusdem monasterii sancti Martini religiosi facto, quo nobis sufficienter constitit prenominatum fratrem multis pariformiter, videlicet adulterii, apostasie et nonnullis aliis criminibus denigratum et de his [m]) convictum, capitulum eumdem fratrem, misericordiam iusticie rigori proferens, dixit et [n]) ordinat quod per tempus trium mensium in vinculis detinebitur (fol. 77v) pane pariformiter et aqua in singulis quartis et sextis feriis victurus.

Item, capitulum concedit participationem suffragiorum et orationum ordinis benefactoribus necnon [o]) omnibus confratribus et consororibus confraternitatum divi Rochi et beate Barbare virginis in monasterio Montis sancti Martini et Virodomansis(!) existentibus et hoc ad intercessionem reverendi patris eorumdem monasteriorum abbatis.

Item, fiant littere missive abbatibus monasteriorum Montis sancti Martini [53]) et sancti Iohannis Ambianensis [54]), quatenus inducant quemdam secularem detentorem dispensative beneficii regularis de Bergny [55]) et de Marqueline [56]) dependentis a monasterio Loci Restaurati omnibus viis et mediis, quibus melius poterunt, ad remittendum et dimittendum id beneficium, iuxta et secundum verbum ab ipsis promissum, ut regi possit prout antehac regi consuevit per quemdam regularem ipsius monasterii Loci Restaurati aut alterius monasterii ordinis nostri.

[l]) « his » scriptum super lineam, eadem manu.

[m]) « de his » scriptum super lineam, eadem manu.

[n]) « et » scriptum super lineam loco delecti « quod », eadem manu.

[o]) Ante « benefactoribus » deletum « et », « necnon » scriptum super lineam, eadem manu.

[53]) Thomas de l'Escluse. Cfr. supra, p. 174, n. 12.

[54]) Nicolaus Langrené. Cfr. supra, p. 174, n. 15.

[55]) Bargny erat paroecia dependens a Loco Restaurato. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 513.

[56]) Marqueline = Macquelines erat paroecia dependens a Loco Restaurato. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 513.

Item, intellecta supplicatione venerabilis confratris nostri abbatis Grandis Campi [57]) supplicantis quatenus actentis et consideratis oneribus, penis et laboribus habitis et assumptis et potissimum expensis quas exposuit a biennio citra, pro tuitione et deffensione(!) sui monasterii necnon iurium et privilegiorum ordinis, capitulum dignaretur [p]) eidem misericorditer et caritative quamdam gratiosam contributionem facere, ut videlicet possit et valeat de certis nummis numeratis a quibusdam creditoribus pro [q]) prelibatis iuribus et privilegiis tuendis mutuo acceptis. (fol. 78r). Capitulum itaque prefati reverendi patris supplicationi tanquam rationi consone annuendo remittit eidem patri, vita comite, ipsius dumtaxat, talliam ordinariam annuatim prefato capitulo generali debitam.

Item, quia reverendus pater Steynveldensis [58]) recuperavit quoddam monasterium Rederec [59]) nominatum olim ab ordine alienatum pro nunc vero sua diligentia et solertia quidem prioratus ordinis nostri factum, in quo quinque aut sex fratres [r]) monasterii prefati Steynveldensis positi sunt, ut possint Altissimo famulari, capitulumque assumit eosdem fratres [s]) et successores eorum prenominatumque prioratum sub tuitione et protectione ordinis eo tenore quod ammodo futuris et perpetuis temporibus [t]) viginti scutiferos pro tallia ordinaria capitulo nostro generali.

Item, capitulum diffinit quod si quis fratrum aut si qua virginum circarie Westphalie, causa reformationis aut alia legitima causa mittatur ad breve tempus ad aliquod monasterium ordinis nostri et habeat redditus victalicios, quod prefati redditus erunt proprii aut sui primi monasterii. Si vero ad semper et pro semper erunt iam dicti victalicii redditus secundi monasterii ad quod missus aut missa fuerit. Et hoc decidendo supplicationem prefati reverendi patris Steynveldensis [60]) eiusdem circarie visitatoris.

[p]) « re » in « dignaretur » scriptum super lineam, eadem manu.

[q]) « pro » scriptum super lineam loco deleti « et » eadem manu.

[r]) « fratres » scriptum super lineam, eadem manu.

[s]) Post « fratres » sequitur deletum « sub tuitione et protectione ordinis eo tenore ».

[t]) « temporibus » scriptum super lineam eadem manu.

[57]) Ioh. Tully-Lefèvre.

[58]) Ioh. von Ahrweiler.

[59]) Agitur de asceterio Retters, sito in dioecesi, olim Maguntinensi, nunc Limburgensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 111 s.

[60]) Ioh. von Ahrweiler.

Item, decidit ut fratres Abel et Iohannes Colonie religiosi monasterii Kenestensis(!) ordinis nostri retroactis temporibus ad monasterium sancti Mariani Altissiodorensis et Gaudii Vallis per nos missi [u]) in eisdem monasteriis usque ad revocationem nostram moram trahant Altissimoque famulentur.

Item, littere orationum pro generoso viro Iohanne de Coucy, domino temporali de Vervinno [61]) in forma communi et hoc ad intercessionem reverendi patris Thenoliensis [62]) fiant.

(fol. 78v). Item, audito laudabili regimine dilecti nostri in Christo filii fratris Karoli Varquir, monasterii sancti Petri Selincurtis, qui antehac suis exigentibus demeritis ad monasterium Vallis Secrete emissus fuit, capitulum prefatum fratrem donat licencia, quatenus in eodem monasterio Vallis Secrete, hinc ad triennium moram trahat Altissimoque laudabiliter prout fecit famuletur.

Item, littere orationum pro probissimo viro Iohanne Balham, oppidi Castri Theodorici [63]) mercatori in communi forma fiant.

Item, fiat commissio specialis dirigenda ad omnes et singulos ordinis nostri subditos et ad quemlibet eorum in solidum, quatenus habeant monere sub penis et censuris ordinis, reverendum patrem Belli Redditus [64]) ad satisfaciendum de somma duodecim librarum Turonensium reverendo patri sancti Pauli Virdunensis [65]) infra decimam quintam diem mensis iunii proxime venturi.

Item, intellecta supplicatione facta [x]) per dilectum nostrum in Christo filium fratrem Anthonium Ansel monasterii Bone Spei religiosum expresse professum capitulum, ne facillitas(!) venie incentivum prebeat delinquendi, emittit eumdem ad monasterium Salline Vallis iuxta et secundum decisionem statutorum nostrorum, ibidem emissionem quatriduennalem(?) peracturum.

Item, capitulum anhelans inique perfidie cuiusdam fratris [y]) Varquerel nomine monasterii de Bella Stella (fol. 79r) religiosi expresse pro-

[u]) « nos missi » scriptum super lineam loco deleti « venisse », eadem manu.

[x]) « facta » scriptum super lineam eadem manu.

[y]) Post « fratris » sequitur spatium vacuum in longitudine circa 14 litterarum.

[61]) Vervinium = Vervins, in Gallia.

[62]) Gobertus Aleaume.

[63]) Castrum Theodorici = Château-Thierry, in Gallia.

[64]) Annis 1498-1524, Goswinus Hemonnet abbas fuit Belli Redditus, in civitate et dioecesi Leodiensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 360.

[65]) Franciscus Pseaume.

fessi obviare, qui ausu temerario prioratum suum de Annieres [66]) a prefato monasterio dependentem cuidam seculari resignavit in non minimum ipsius prioratus ac iam dicti monasterii preiudicium, dampnum ac dedecus ordinis nostri, capitulum ordinat quod fiat commissio abbati sancti Iohannis de Fallesia [67]) qui habeat ipsum fratrem coram se, virtute cuiusdam citationis ab ipso emanate, facere comparere prelibatumque fratrem auctoritate nostra pro suo(!) iniqua resignatione punire iuxta et secundum tenorem statutorum et privilegiorum ordinis nostri.

Item, et pro causis noviter emergentibus, que [z]) capitulum generale forsan expectare non possent, capitulum ordinat reverendissimum patrem dominum Premonstratensem [68]), sancti Martini [69]) et Cuissiacensem [70]) abbates, vocatis secum nonnullis vicinioribus prelatis, quibus dat auctoritatem ordinandi, diffiniendi et statuendi que necessaria et opportuna videbuntur et ea sigillo capituli generalis sigillandi.

Item, capitulum absolvit et dispensat conventum monasterii beate Marie de Rossonio super iuramento facto in quodam contractu per reverendum patrem pie memorie Iohannem Quenoulle, quondam eiusdem monasterii abbatem [71]) et dictum conventum cum quodam [aa]) nomine de Quenoulle de curte beate Anne de Novo Loco [72]) ad circulum nonaginta et novem annorum in maximum dampnum et preiudicium eiusdem monasterii, prefato Petro et eius heredibus data.

Item, fiat procuratio generalis et in amplissima forma abbati sancti Andree in Nemore [73]), in qua inseratur clau[sul]a specialis, quatenus possit in omnibus et per omnia apud regiam maiestatem et regem Anglie prosequi materiam in et contra omnes et singulos prelatos

[z]) « que » scriptum eadem manu super lineam.

[aa]) Post « quodam » sequitur spatium vacuum in longitudine circa 16 litterarum.

[66]) St. Jean d'Asnières erat prioratus dependens ab abbatia Bellae Stellae, in dioecesi, olim Baiocensi, nunc Sagiensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 36.

[67]) Robertus Morel. Cfr. supra, p. 223, n. 22.

[68]) Iac. de Bachimont.

[69]) Ioh. Poulaillier.

[70]) Guichardus.

[71]) Ioh. de Quenouilles. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 561.

[72]) St. Anne de Nouveaulieu erat paroecia incorporata abbatiae Ressonensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 560.

[73]) Dionysius Daviau.

nostri ordinis in regno Anglie constitutos intentatam et hoc communibus expensis ordinis.

Item, proposita coram nobis ex parte reverendi patris Lisquensis [74]) supplicatio continebat, quatenus actento quod habeat sex beneficia que a tempore (fol. 79v) immemoriali semper mense abbatis unita [bb]) fuerunt, eadem beneficia sic eidem mense unita dignaremur confirmare. Capitulum visis quorumdam iurisperitorum deliberationibus Parisiis factis predictam unionem approbantium, eorumdem insequendo sententiam supplicationem prefatam sic prout premittitur per ipsum factam approbat et confirmat.

Item, cupiens prenominatum monasterium Lisquense in suis regularis discipline terminis regi et manuteneri, delegat reverendum patrem Dompni Martini [75]) assumpto secum venerabili confratre nostro abbate monasterii sancti Andree in Nemore [76]), qui habebunt diligenter examinare, interrogare super multis criminibus per religiosos eiusdem monasterii perpetratis et commissis. Qua examinatione facta religiosos quos reppererint correctione dignos auctoritate nostra pena statutis nostris contenta punient et affligent prefatosque fratres statuta et cerimoniales actus et decreta ordinis ad amussim observare et effectui mancipare astringent et hoc sub penis et censuris nostri predicti ordinis.

Item, capitulum diffinit quod omnes beneficiati infra quindenam a publicatione presentis decreti deferant originalia titulorum monasteriorum suorum et beneficiorum suorum, si qua habebunt ad proprium monasterium, de quibus originalibus extractum habebunt, signo publico aut manuali unius aut duorum notariorum apostolicorum signatum [cc]). Et ad id faciendum cogentur pariformiter sub penis et censuris ordinis.

Item, multis excessibus et criminibus ex relatione reverendi confratris nostri abbatis sancti Andree in Nemore [77]) per nos intellectis, quibus frater Balduinus Brienchon, eiusdem monasterii religiosus expresse professus, est denigratus et potissimum super eo, quod duos viros seculares graviter et enormiter percussit ac proprium priorem

[bb]) « unita » correctum per deletionem « m » ex « unitam ».
[cc]) « signatum » scriptum eadem manu super lineam.

[74]) Dominicus Carnisien.
[75]) Henricus de Maigneulx.
[76]) Dion. Daviau.
[77]) Idem.

vulnerare minatus est capitulum, ut via malicie iniquis prescludatur (!) emittit eumdem fratrem ad monasterium Saline Vallis ad triennium [dd]) modo et forma in statutis nostris contentis (fol. 80r) pena videlicet viginti dierum gravioris culpe ibidem puniendum, super quorum decem abbas dicti monasterii [78]) si voluerit, poterit cum ipso misericorditer dispensare. Prefato itaque triennio peracto ad capitulum nostrum regressum habebit et tunc de ipso fratre determinabitur quod iustum fuerit et ordo postulabit rationis.

Item, ordinat quod ammodo futuris et perpetuis temporibus solempnitates sanctarum virginum Verene et Florencie, quarum corpora in monasterio sancti Evodii de Brana requiescunt in eodem monasterio sancti Evodii sub dupplici(!) festo celebrentur.

Item, annuit et concedit participationem suffragiorum ordinis omnibus benefactoribus capelle sancti Quirini martiris in monasterio Camere Fontis fundate ac sollempnitatem eiusdem martyris sub dupplici(!) festo de cetero in eodem monasterio celebrari.

Consimiliter, capitulum diffinit quod solempnitas divi Laurentii martiris, cuius quedam reliquie in monasterio Dompni Martini honorifice habentur, deinceps et futuris temporibus in prefato monasterio sub triplici festo celebrabitur.

Item, annuit pariformiter omnibus et singulis confratribus confraternie noviter in dicto monasterio Dompni Martini erecte super dicentibus septies Pater noster et Ave Maria coram ymagine beate Marie in sua capella de Septem doloribus, plenariam participationem omnium bonorum spiritualium que in dies in ordine fiunt, consimiliter sacerdoti missam propriam in eadem capella de Septem doloribus celebranti et audientibus eandem.

Item, fiant littere missive generoso domino domino cancellario Francie (fol. 80v) eidem intimando quatenus capitulum sincere dominationi [ee]) sue humilimas(!) reddit et agit gracias de laboribus ex vexacionibus per ipsum assumptis in expeditione processus reverendi confratris nostri Grandis Campi [79]) eidem insuper humiliter supplicantes, quatenus in expeditione processus venerabilis confratris nostri Gaudii Vallis [80]) coram iudicibus supreme audiencie serenissimi regis

[dd]) « ad » scriptum super lineam loco deleti « in qua », eadem manu.

[ee]) « dominationi » correctum per deletionem « s » ex « dominationis ».

[78]) Marianus Hannemann. Cfr. supra, p. 88, n. 27.

[79]) Ioh. Tully-Lefvère.

[80]) Petrus Maria. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 556.

appetens, concedit eidem litteras orationum etiam in ampliori forma cum clausula Adicientes(!).

Item, capitulum delegat reverendum patrem sancti Martini Laudunensis [81]) ad absolvendum et dispensandum reverendissimum patrem Premonstratensem [82]) et conventum eius super iuramento facto in quibusdam contractibus cum quodam Petro Piot, de curte de Ferrieres. Consimiliter et cum Martino Consin de curte de Rozet(?) in maximum dampnum et preiudicium eiusdem monasterii traditis.

Item, capitulum annuit quod innovetur quedam procuratio dirigenda ad procuratorem ordinis in Urbe [83]) modo et forma ut in anno preterito facta.

Item, fiant littere missive vulgales(!) domino de Proisy ballivo territorii Tornacensis, quatenus dignetur manus porrigere adiutrices favoremque benignum impendere abbatibus monasteriorum Viconiensis [84]) et de Castello [85]) prope Mauritaniam, cuilibet in suo respectu, ad impugnandum quoddam rescriptum apostolicum per fratrem Servatium Doulcement presbyterum religiosumque monasterii dicti Castelli prope Mauritaniam falsa suggestione (fol. 81r) obtentum ipsumque capiendum corporaliter ac incarcerandum, si opus sit, necnon compellendum ad reassumendum habitum ordinis, si equitatis ratio id suadeat et approbet.

Item, propositum est in capitulo nostro generali patribus circarie Westphalie visitatoribus quomodo ordo annuatim fraudatur in medietate solutionis talliarum eiusdem circarie, sollicitanteque reverendo patre domino Amato abbate Camere Fontis, sacre theologie professore [86]) qui in eadem circaria ante paucos dies et annos easdem tallias in aliquibus locis sublevaverat, idcirco pro nunc capitulum ordinat, ut patres eiusdem circarie visitatores imposterum solvent singulis annis capitulo nostro generali secundum antiqua registra, que faciunt mentionem de persolutione sexaginta quatuor (!) librarum cum sex solidis vel medio tempore instante allegent, quare ad premissam solutionem non teneantur. Insuper reverendum patrem dominum Iohannem abbatem Steynveldensem [87]) quittamus de persolutione talliarum

[81]) Ioh. Poulaillier.
[82]) Iac. de Bachimont.
[83]) Quintinus Hennocque.
[84]) Ioh. Le Bracq. Cfr. supra, p. 195, n. 20.
[85]) Ioh. Auffroit. Cfr. supra, p. 6, n. 31.
[86]) Amatus de Fonte.
[87]) Ioh. von Ahrweiler.

Francie existentis, manus dignetur sua benignitate porrigere adiutrices.

Item, capitulum eiusdem generosi domini domini cancellarii salutem per eum sublevatarum et easdem tallias solutas pro se et predecessoribus suis abbatibus Steynveldensibus visitatoribus de annis videlicet decimo anno, vicesimo primo, vicesimo secundo et omnibus preteritis annis, tenore presentium declaramus.

Item, capitulum annuendo supplicacioni reverendi patris Cuissiacensis [88]) ordinat ut fiant littere orationum pro nobili viro Iohanne de Longueval et eiusdem conthorali cum clausula Addicientes(!) [89]).

Consimiliter et pro nobili viro Nicolao Damiens alias de Bachimont et eiusdem conthorali in simili forma et hoc ad intercessionem reverendi patris Camere Fontis [90]), sacre theologie professoris.

(fol. 81v). Item, pro validiori tuitione iurium et privilegiorum ordinis et ut isdem ordo a multis annis prostergatus(!) suis debitis exonerari possit, reverendus pater sancti Martini [91]) zelo salutari ductus capitulo generali et ordini quingentas libras numeravit et distribuit per modum redditus redimibilis [ff]) eo videlicet tenore et pacto, quod capitulum generale annuatim sommam viginti quinque librarum pro manutentione et victu unius religiosi predicti monasterii prior [gg]) scholarium [92]) distribuere tenebitur, quousque eidem patri aut successori suo prenominato quingente libre restituantur. Qui quidem successor si prefatam sommam recipiat per capitulum ne ad alios fines preter quam ad unius religiosi eiusdem monasterii prout premittitur Parisiiis(!) manutentionem applicet hortari et induci poterit. Quam quidem prenominatarum pecuniarum numerationem capitulum ratam gratamque habet idque modo quo supra obligare intendit et de facto tenore presentium obligat. Attamen casu quo contingeret quemdam religiosum pretacti monasterii officio prioris Parisiensis [93]) futuris temporibus decorari, tempore instante quo eodem officio decorabitur, annuit isdem reverendus pater sancti Martini [94]) quod capitulum pre-

[ff]) « per modum redditus redimibilis » scriptum eadem manu in margine sinistro.
[gg]) « prior » correctum per deletionem « is » ex « prioris ».

[88]) Guichardus.
[89]) Formula ista supra referetur. Cfr. pp. 113-114.
[90]) Amatus de Fonte.
[91]) Ioh. Poulaillier.
[92]) Mathurinus Dandelle.
[93]) Idem.
[94]) Ioh. Poulaillier.

cise solita stipendia videlicet sommam sexaginta librarum ipsi fratri numerare astringetur. Quam decisionem volumus, laudamus, pariformiter et approbamus nosque [hh]) et ordinem nostrum ad omnia et singula precedentia facienda obligamus.

Item, consimiliter pro prefatis ordinis nostri privilegiis et iuribus tuendis reverendus pater sancti Andree in Nemore [95]) sommam ducentarum quadraginta librarum nobis et ordini nostro manualiter distribuit et numeravit ea obligatione quod monasterium eius a persolutione tallie ordinarie (fol. 82r) duodecim librarum tanto temporis tractu et discursu absolvetur, quousque prefatus ordo noster vel [ii]) capitulum nostrum generale pretactam sommam eidem patri aut successori restituere curabit. Quarum quidem pecuniarum receptionem et numerationem laudamus et approbamus ipsumque monasterium usque ad ipsarum restitutionem iam dicta tallia duodecim librarum exoneramus nosque et ordinem nostrum ad omnia et singula precedentia modo quo supra obligamus.

Item, quia ad instantiam promotoris ordinis frater Iohannes Pierrot religiosus monasterii beate Elizabeth de Genliaco ad diem septimam mensis maii huius anni millesimi quingentesimi vicesimi virtute cuiusdam citationis a reverendissimo patre Premonstratensi [96]) emanate, de qua nobis constitit et ex relatione cuiusdam notarii apostolici [ll]) Nicolai Rozier nominati dicti mandati executoris, personaliter coram nobis et capitulo nostro citatus est ad propriam personam eiusdem fratris loquendo. Ad quam diem isdem frater comparuit et eo comparente ea que sequuntur in et contra personam eiusdem fratris coram nobis capitulantibus proposuit promotor nostri iam dicti ordinis.

Imprimis, proposuit quod frustra conduntur leges et statuta, nisi demandentur executioni. Verumtamen verum existit prout constat ex decreto capituli generalis anno domini millesimo quingentesimo decimo septimo Premonstrati celebrati [97]) quod [mm]) predictus frater Iohannes pretextu et ratione criminis pessimi videlicet sodomitici per ipsum perpetrati, ad perpetua vincula fuisset condampnatus(!),

[hh]) « nosque » correctum per superscriptionem « que » ex « nosue », eadem manu.
[ii]) « vel » scriptum eadem manu super lineam loco deleti « per ».
[ll]) Post « apostolici » deletum « nomine ».
[mm]) « quod » scriptum eadem manu super lineam.

[95]) Dionisius Daviau.
[96]) Iac. de Bachimont.
[97]) Cfr. supra, p. 226.

quem anno sequenti visa eius penitentia et contritione capitulum misericorditer iusticie rigori preferendo ab eisdem carceribus (fol. 82v) absolvit, ipsum videlicet sic ab eis carceribus absolutum usque ad revocationem ipsius capituli ad monasterium sancti Pauli Virdunensis modo et forma in statutis ordinis contentis emittendo. Quia igitur in eius emissione continebatur quod ipse nullatenus nisi cum conventu eiusdem monasterii esset exiturus et in iam dictis statutis in capitulo de fratribus emittendis expresse cavetur, quod si quis frater emissus ad aliam ecclesiam pro aliquo predictorum casuum videlicet adulterii, concubinatus et nonnullorum aliorum casuum instinctu diaboli ad seculum convolaverit, si reversus, in domo propria puniatur pena debita, fugitivus ac postmodum emittatur sicut prius ad eamdem ecclesiam, ad quam pro culpa sive excessu priori erat emissus. Concludebat iam dictus promotor, viso quod ipse frater temerarie convolasset ad seculum, videlicet ad villagium de Vanot [98]) ad dominas et prelibatum monasterium sancti Pauli, ad quod fuerat emissus dimisisset et exivisset, pena pretacta puniretur. Similiter et pena crimini falsi debita eo quod in quadam presentatione, virtute cuius a reverendo patre Cathalaunensi [99]) collationem beneficii ecclesie parrochialis de Vanot ad dominas obtinuit, seipsum religiosum prenarrati monasterii sancti Pauli asseruisset, fraudulenter mentiendo et eodem beneficio sic inique obtento ipso facto [nn]) (viso quod careat [oo]) voce stallo, obedientia nominata iuxta et secundum tenorem statutorum nostrorum) privari declararetur. Consimiliter et inhabilis esse ad quevis beneficia obtinenda, eumdem videlicet ad proprium monasterium ibidem pro sua iniqua convolatione ad seculum puniendum et postmodum ad sepe dictum monasterium sancti Pauli iterum remittatur ibidem (fol. 83r) suam inceptam emissionem peracturus.

Preterea, requisivit isdem promotor et quesivit a predicto fratre an esset religiosus monasterii beate Elizabeth de Genliaco vel non. Qui medio iuramento interrogatus per reverendissimos patres capitulares super premissa inquisitione promotoris respondit quod non, sed monasterii sancti Pauli Virdunensis religiosus. Interrogatus ab ipsis

[nn]) Post « facto » sequitur deletum « ex h ».

[oo]) « careat » scriptum super lineam eadem manu.

[98]) Vanault-les-Dames erat tunc prioratus cum ecclesia parochiali incorporata abbatiae S. Pauli Virdunensis. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 111.

[99]) Cathalaunum = Châlons-sur-Marne. Annis 1503-1535, Aegidius de Luxembourg erat episcopus illius dioecesis. Cfr. P. Gams, *Series Episcopatus Ecclesiae Catholicae*, Graz, 1957, p. 535.

quando et ubi et a quo vel a quibus fuerit receptus in illo respondit, quod fuit receptus per defunctum abbatem monasterii [100]) predicti in villagio de Vanot les Dames, in camera ipsius abbatis.

Interrogatus insuper an prior, supprior [pp]) et alii omnes religiosi consenserunt sue receptioni et an presentes essent dixit quod non, sed quod precise erat presens frater Franciscus Saulme, tunc curatus de Wauneray [101]) nunc vero abbas ipsius monasterii sancti Pauli. Qui quidem abbas per nos debite interrogatus [102]), an ipse vel alii religiosi predicti monasterii receptioni eius fratris consensissent, respondit quod non neque scivit vel audivit quod aliquis religiosus iam dicti monasterii consenserit nec reputat eum religiosum sui monasterii. Eadem deposuit frater Egidius Gillequin eiusdem monasterii sancti Pauli religiosus ac curatus ecclesie parrochialis de Monginnes [103]), coram nobis constitutus et a nobis super premissis interrogatus. Fatetur tamen prenominatus abbas, quod [qq]) predecessor suus semel olim in camera sua de Vanot talia aut similia verba dixit eidem fratri: Ecce, iam cura parrochialis huius villagii vaccat(!), pete eam et flecte genua et eam tibi dabo. Quod et fecit prefatus frater et eam curam iam dictus abbas ipsi contulit. Quamvis predictus modernus abbas (fol. 83v) tunc et pluries sibi dixerit quod iniuste faciebat, viso quod non erat monachus predicti monasterii et quod renuebat providere quemdam religiosum professum proprii monasterii et non alienum. Hoc facto sepedictus frater Iohannes Pierrot supplicationem quamdam presentavit reverendis eisdem fratribus supplicando, quatenus dignarentur eidem fratri dare in scriptis proposita et conclusiones ipsius promotoris [rr]) et diem sibi assignari ad respondendum eisdem. Cui supplicationi responsum est in scriptis quod hic agebatur de materia religionis et quod non obstante requesta per ipsum presentata sommarie et plenarie procederetur nec darentur eidem in scriptis predicte conclusiones per ipsum petite, inhibendo eidem sub pena excommunica-

[pp]) Post « supprior » sequitur deletum « constitutus ».

[qq]) « quod » scriptum eadem manu super lineam loco deleti « quando ».

[rr]) Post « promotoris » deletum « in scriptis ».

[100]) Agitur de abbate Ioh. Pseaume, defunto a. 1517, vel de abbate Ioh. Charlier, defuncto anno 1519. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 114.

[101]) Agitur de paroecia Vauray, sita in dioecesi Cathalaunensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 111.

[102]) Abbas S. Pauli, Franciscus Pseaume, aderat huic Capitulo.

[103]) Monginnes = Mangiennes erat paroecia incorporata abbatiae S. Pauli Virdunensis. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 111.

tionis et pretensi iuris perditione et amissione prefati beneficii de Vanot, ne quovis modo coram aliis iudicibus quam de ordine hanc causam tractaret et traheret. Premissis itaque omnibus et singulis sic prout premittitur propositis, comparuit personaliter coram nobis reverendis patribus frater Nicolaus de Herissart, monasterii sancti Evodii de Brana nostri ordinis religiosus expresse professus, de eodem beneficio de Vanot ad Dominas rite, debite et canonice seipsum dicens et asserens esse provisum. Qui quidem nobis humiliter supplicavit quatenus attentis sua canonica et iam dicti fratris Iohannis Pierrot provisionibus, eisdem delegare (!) iudices nostri ordinis, qui haberent cognoscere de causa inter prefatos existente etiam [ss]) usque ad sentenciam diffinitivam inclusive. Sommarie denique proposuit prenominatus frater Nicolaus coram nobis quod si isdem frater Iohannes Pierrot de sua rehabilitatione et dispensatione seu ydoneitate, quantum ad prelibatum beneficium obtinendum faceret sufficienter apparere, dummodo ipsa rehabilitatio ipsius fratris precederet suam canonicam provisionem, quod nichil exigebat nec petebat ab ipso. (fol. 84r) Alias protestatus est ipse frater Nicolaus et exigebat quod nisi faceret constare de iam dicta rehabilitatione certo die coram predictis iudicibus nostri ordinis per nos delegandis, ipsum fratrem Pierrot condampnari(!) in omnibus expensis per ipsum factis et faciendis. Nos igitur eorumdem fratrum cupientes finem imponere liti de consensu et assensu ipsorum, venerabiles confratres nostros Camere Fontis [104]) et de Genliaco [105]) monasteriorum abbates delegavimus, qui habeant eos ad amicabilem compositionem reducere, quorum quidem confratrum nostrorum in omnibus et per omnia medio eorum iuramento [tt]) iidem fratres iusto et decenti se submiserunt arbitrio promittentes omnia et singula per eosdem facienda ac rata [uu]) grataque [uu]) habituros. Qui quidem confratres que fecerint super hoc [xx]) et ordinaverint, nostro nichil retulerunt capitulo. Die vero octava mensis eiusdem sequenti prefati fratres coram nobis capitulantibus personaliter comparuerunt, quibus comparentibus dictus Iohannes Pierrot usus consilio amicorum suorum in

ss) Post « etiam » deletum « de eadem(?) ».

tt) Post « iuramento » deletum « hi ».

uu) « rata grataque » correctum deletis « tam » in ambobus terminis, per superscriptionem « ta » super lineam et addito « que », ex « ratam, gratam ».

xx) « super hoc » scriptum eadem manu super lineam.

104) Amatus de Fonte.

105) Iac. le Pelletier.

presentia nostra et duorum notariorum apostolicorum, videlicet Gerardi Jardel et Symonis Dolle, omni iure quod pretendebat aut pretendere poterat, predicto beneficio de Vanot ad Dominas voluntarie et non coacte renuntiavit consentiens canonice provisioni predicti fratris Nicolai de dicto beneficio de Vanot. Quam renuntiationem ipsius fratris Pierrot ac canonicam institutionem predicti Nicolai, capitulum confirmat et tenore presentium approbat.

Item, fiat commissio in ampliori forma ad triennium de Retorta [106]) et de Caritate [107]) monasteriorum abbatibus, ad visitandum et reformandum omnia et singula monasteria nostri ordinis in partibus Hyspanie constituta.

Consimiliter, annuendo petitioni venerabilis confratris nostri Steynveldensis [108]) (fol. 84v) capitulum ordinat, quod fiat eidem commissio in amplissima forma triennalis, incipiendo ab anno millesimo quingentesimo vicesimo primo, ad reformandum et visitandum pariformiter omnia et singula monasteria nostri ordinis in circaria Westphalie constituta.

Item, actenta salutari penitentia et contritione ac intellecto laudabili regimine dilecti filii nostri fratris Iohannis Pierrot, monasterii beate Elizabeth de Genliaco nostri ordinis, capitulum cupiens penitentes misericordie muneribus donari, ordinat quod si contingat quemdam prelatum aut religiosum nostri aut alterius ordinis seu secularem eidem fratri aliquod beneficium regulare aut seculare velle conferre aut resignare, quatenus reverendissimus pater Premonstratensis [109]) auctoritate capituli ad pristinos honores et ad omnes actus legitimos, quibus suis exigentibus demeritis fuerat privatus, prefatum fratrem restituere queat et possit yy).

(fol. 85r). Visitatores anni presentis millesimi quingentesimi vicesimi :

Francie, Floreffie, Brabancie, Flandrie, Pontivi, Lotharingie : Dominus Premonstratensis [110]) reservat pro se.

Vasconie : Case Dei abbas [111]) ad triennium.

Normanie : Dominus Camere Fontis [112]) ad triennium.

yy) Tres quartae partes fol. 84v vacuae remanent.

106) Johannes de Rosales. Cfr. supra, p. 264, n. 115.
107) Ferdinandus de Baltanas. Cfr. supra, p. 227, n. 56.
108) Ioh. von Ahrweiler.
109) Iac. de Bachimont.
110) Idem.
111) Ioh. de Montaigut. Cfr. supra, p. 159, n. 116.
112) Amatus de Fonte.

Burgundie, Alvernie, Sabaudie : Dominus Camere Fontis [113]) ad triennium.

Saxonie : Prepositus Magdeburgensis [114]).

Suevie : Abbas Aldeburgensis [115]) ad triennium.

Bavarie : Staingadensis ad triennium [116]).

Wadegocie et Iveldie(!) : Abbas Iveldensis (!) [117]).

Frisie : Abbas sancte Marie in Lidelin(!) [118]).

Hungarie : Prepositus de Saag [119]).

Scotie : Abbas Candide Case [120]).

Anglie : Dominus Premonstratensis [121]).

Hispanie : Abbas de Retorta [122]) et de Caritate [123]), et uterque in solidum.

Bohemie, Moravie, Prepolonie(!), Tuscie, Calabrie, Dacie, Norgvegie et Terre Iherosolimitane : Abbas Teplensis [124]) ad triennium cum potestate substituendi.

Westphalie : Abbas Steynveldensis [125]) ad quadriennium.

G(erardus J)ardel, m(anu) prropia) [zz]).

[Addit Gregorius du Crocq in fine copiae suae (ms. Laon 538, p. 204) : Originale ex quo transsumpsi, in quibusdam deficit verbis; quae si non obmissa fuissent, sensum redderent integrum, sed sicut illa mente supplevi, sicut ut in hac copia suppleam. Et nota quod hactenus *protestationis* vocabulum fuerit in Actis capitularibus inauditum, sed primo a Branensi usurpatum, quem Protestantium parentem dixerim, hodie trigesimo Decembris anni 1661.

fr. Gregorius du Crocq [126]), secretarius.]

[zz]) Folium 85v vacuum remansit.

[113]) Idem.

[114]) Henricus Stott. Cfr. supra, p. 93, 75.

[115]) Leonardus Dürr. Cfr. supra, p. 77, n. 96.

[116]) Udalricus Griespeitel. Cfr. supra, p. 240, n. 72.

[117]) Ioh. Schumann. Cfr. supra, p. 29, n. 87.

[118]) Annis 1518-1543, Iohannes de Keppel abbas erat in Lidlum. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 210.

[119]) Franciscus Fegyverneky. Cfr. supra, p. 91, n. 59.

[120]) Gavinus Dunbar. Cfr. supra, p. 245, n. 113.

[121]) Iac. de Bachimont.

[122]) Petrus de Rosales. Cfr. supra, p. 264, n. 115

[123]) Ferdinandus de Baltanas. Cfr. supra, p. 227, n. 56.

[124]) Petrus. Cfr. supra, p. 267, n. 41.

[125]) Ioh. von Ahrweiler.

[126]) Cfr. supra, p. 13, n. 89.

1521

(Ms. Strahov, 20, fol. 86r-90v (= fol. 149r-154v foliationis veteris)

(fol. 86r). Acta et diffinitiones capituli generalis ordinis Premonstratensis anno domini millesimo quingentesimo vicesimo primo, mensis vero aprilis die vicesima octava et sequentibus diebus, in prefato monasterio Premonstratensi celebrati [a]).

Nomina prelatorum in predicto capitulo comparantium(!) :

Dominus Iacobus, sacre theologie professor, Premonstratensis et Branensis monasteriorum abbas [1]).

Sancti Martini Laudunensis [2]).
Cuissiacensis [3]).
Sancte Crucis Metensis [4]).
Loci Restaurati [5]).
Bucilliensis [6]).
Septem Fontium in Burgundia [7]).
Vallis Christiane [8]).
De Genlyaco [9]).
Montis Sancti Martini [10]).
Calvi Montis [11]).
Thenoliensis [12]).
Sancte Marie in Nemore [13]).
De Stagno [14]).
Vallis Secrete [15]).

[a]) Manu saec. XVII. in margine sinistro scriptum : « Praemonstrati 1521 ».

[1]) Iacobus de Bachimont. Cfr. supra, p. 6, n. 33. Abbas generalis inde ab a. 1513.

[2]) Iohannes Poulaillier. Cfr. supra, p. 19, n. 4.

[3]) Guichardus. Cfr. supra, p. 265, n. 3.

[4]) Annis 1521-1527, Desiderius de St. Dié, abbas fuit S. Crucis Metensis, coadiutor abbatis dictae abbatiae inde ab a. 1506. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 88.

[5]) Petrus de Haultdecœur. Cfr. supra, p. 6, n. 38.

[6]) Nomen ignoratur.

[7]) Petrus Thomassin. Cfr. supra, p. 255, n. 10.

[8]) Nomen ignoratur.

[9]) Iac. le Pelletier. Cfr. supra, p. 21, n. 46.

[10]) Thomas de l'Escluse. Cfr. supra, p. 174, n. 12.

[11]) Gobertus Cousin. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 370.

[12]) Gobertus Aleaume. Cfr. supra, p. 161, n. 19.

[13]) Dominicus Thuilier. Cfr. supra, p. 70, n. 33.

[14]) Annis 1520-1542, Ascelinus Guerrin abbas fuit Stagni = l'Étanche, in dioecesi Virdunensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 67.

[15]) Benedictus de Corbie. Cfr. supra, p. 194, n. 5.

De Moncellis [16]).
De Carthovoro [17]).
Lisquensis [18]).
Viconiensis [19]).
De Seryaco in pratis [20]).

Subscripti prestiterunt obedientiam :

De Stagno [21]), de Seryaco in pratis [22]).

(fol. 86v). Imprimis ordinatum est quod omnes prelati hoc anno propter eorum paucitatem erunt diffinitores.

Item, missas celebrari consuetas primam sancte Crucis Metensis [23]), secundam beate Marie de Stagno [24]), tertiam sancte Marie in Nemore [25]) monasteriorum abbates celebrabunt.

Item, talliarum receptores erunt Tenoliensis [26]) abbas et prior scholarium [27]).

Item, excusationes prelatorum recipient de Moncellis [28]) et de Carthovoro [29]) monasteriorum abbates.

Item, compotorum auditores erunt patres abbates et ceteri alii prelati, qui eisdem interesse voluerint. [b])

(fol. 87r). Item, quia a certis diebus citra frater Quintinus Hennocque, procurator noster in Urbe [30]), monasterii Montis sancti Martini religiosus expresse professus, virtute quarumdam litterarum est coram [c]) nobis et capitulo generali personaliter compariturus [d]) per reverendos patres abbates ordinis legitime evocatus. Quoniam

[b]) Dimidia pars fol. 86v vacua remansit.

[c]) « est coram » scriptum super linea deletis « fuerat ante(?) ».

[d]) Post « compariturus » scriptum super lineam « scilicet », sed deletum.

[16]) Petrus Adeline. Cfr. supra, p. 211, n. 42.

[17]) Antonius Parent. Cfr. supra, p. 222, n. 10.

[18]) Dominicus Carnisien. Cfr. supra, p. 88, n. 24.

[19]) Ioh. Le Bracq. Cfr. supra, p. 195, n. 20.

[20]) Annis 1520-1533, Iohannes Gambier abbas fuit Seriaci in pratis = Séry, in dioecesi Ambianensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 571.

[21]) Ascclinus Guerrin.

[22]) Ioh. Gambier.

[23]) Desiderius de St. Dié.

[24]) Ascelinus Guerrin.

[25]) Dominicus Thuilier.

[26]) Gobertus Aleaume.

[27]) Mathurinus Dandelle. Cfr. supra, p. 226, n. 52.

[28]) Petrus Adeline.

[29]) Antonius Parent.

[30]) Ad munus designatus fuerat in Capitulo generali a. 1519. Cfr. supra, p. 262.

tamen minime comparuit, capitulum certis rationibus consideratis considerandis declaravit prout ex [e]) nunc declarat eumdem contumacem, attamen eo tenore, quod si comparuerit infra quindenam coram reverendis patribus Premonstratenis, sancti Martini Laudunensis et Cuissiacenis in prefato monasterio sancti Martini, prout per litteras suas promisit responsurus vidielcet ad ea que eidem obiicienda erunt a iam dicta contumacia absolvetur. Qui quidem reverendi patres aut saltem duo [f]) ex ipsis in hac parte, auctoritate nostra fungentes, processum eiusdem fratris terminabunt et usque ad sententiam diffinitivam inclusive, prout equitas iuris erit et ordo postulabit rationis.

Item, capitulum delegat reverendos patres sancti Martini Laudunensis [31]) et Thenoliensem [32]) ad se informandum plenissime super vita et moribus fratris Iohannis de Hen, religiosi iam dicti monasterii Montis sancti Martini et ad eumdem providendum aut absolvendum in omnibus et per omnia, si opus fuerit, tamen in terminis iuris et equitatis.

Item, capitulum annuit litteras orationum fieri pro generoso viro Nicolao Rusflart cive Namurcensi, imperialis maiestatis regisque catholici argentario necnon patrie Namurcensis receptore generali, monasterii Floreffiensis benefactore manifico (!) in bona videlicet et ampla forma et hoc ad intercessionem reverendi patris Floreffiensis [33]).

Item, capitulum ratificat, approbat et ratum habet quasdam decimas certosque redditus datos religiosis et conventui monasterii Belli Portus ad pitanciam conventus iuxta et secundum formam approbationum et confirmationum nonnullorum visitatorum antehac auctoritate nostra fungentium predictos redditus approbantium.

Item, capitulum approbat contractus initos inter reverendissimum patrem Premonstratensem [34]) et eius conventum ex una et Petrum Pyot super monte de Ferrieres necnon Martinum Cousin super monte de Rosel modo (fol. 87v) et forma, prout in litteris desuper confectis continetur.

Consimiliter, confirmat capitulum quemdam alium contractum initum inter ipsum [g]) reverendissimum patrem et eius conventum ex una

[e]) « ex » scriptum super lineam deleto « ut ».

[f]) « duo » scriptum super lineam.

[g]) « ipsum » scriptum super lineam.

[31]) Ioh. Poulaillier.

[32]) Gobertus Aleaume.

[33]) Godefridus Martini. Cfr. supra, p. 222, n. 3.

[34]) Iac. de Bachimont.

et Gobaldum Vanner eiusque conthoralem partibus ex altera, de duobus molendinis et usinis cum quis appendiciis, iuxta et secundum formam litterarum desuper confectarum, quibus nostre presentes annectuntur.

Item, annuendo supplicationi reverendi patris Loci Restaurati [35]) ratificat quamdam venditionem factam per eumdem reverendum patrem et eius conventum certorum videlicet reddituum eisdem provenientium per professionem fratris Ludovici Francoys eiusdem monasterii quondam religiosi ex una et Petrum Joly, procuratorem in Feritate Milonis [36]) moram trahentem partibus ex altera, modo et forma in predicto contractu contentis.

Item, capitulum annuit litteras orationum pro iuridico viro magistro Iohanne de Bailly, magno cancellario Francie referendario meritissimo et eius conthorali, in ampla forma, attentis laboribus quos a paucis diebus citra sustinuit pro negotiis ordinis expediendis.

Item, quia innotuit capitulo tenore quarumdam informationum iuridicarum factarum super vita et moribus dilectorum filiorum videlicet Iohannes Haleboult, Nicolai Bautier, Rolandi le Moyne, Anthonii Brossart, monasterii de Lucerna religiosorum expresse professorum, eosdem fratres multos excessus et multa crimina enormia, videlicet adulterium, sacrilegium, apostasiam et irregularitatem et multa alia crimina ausu sathanico multoties commississe necnon prelatum proprium spreta ordinis iurisdictione adendo(!) mala malis, coram iudicibus secularibus in non modicum ipsius ordinis et proprii prelati dedecus, vituperium et scandalum iudicialiter convenisse, capitulum cupiens maliciis huiusmodi obviare, ut pena ipsorum cedat ceteris in exemplum, diffinit predictos fratres Iohannem Halleboult et Nicolaum Bautier pena carceris per triennium in monasterio sancti Martini si fieri possit aut ad alios (fol. 88r) carceres ordinis aut secularium in circaria Normanie puniendos. Ceteros vero fratres videlicet Rollandum ad monasterium sancti Iohannis de Fallesia et Anthonium ad monasterium de Silleyo per decennium cum XXti diebus maioris culpe duxit emittendos et hoc quia minus quam alii duo peccaverunt.

Item, fiant littere vulgares ad generosissimam dominam ducissam de Alenchonio [37]) quatenus dignetur manus porrigere adiutrices tam in manutentione reformationis noviter introducte in prefato monasterio de Lucerna quam ad puniendum ipsos predictos religiosos ipsam

[35]) Petrus de Haultdecœur. Cfr. supra, p. 6, n. 38.

[36]) Agitur de civitate La Ferté-Milon.

[37]) Alenchonium = Alençon.

reformationem impedientes et inpugnantes multisque prout premittitur sceleribus irretitos. Quod faciendo nos et ordinem nostrum ad altissimum peramplius exorandum pro spe salutis et prospera incolumitate sua reddet obnoxios.

Item, attenta debilitate corporis et assidua infirmitate qua gravatur reverendus pater Ilveldensis [38]) capitulum annuendo petitioni eiusdem absolvit eundem ab officio visitationis in circariis Ilveldie et Wadegocie reverendum patrem monasterii Capellensis [39]) hinc ad triennium cum plenitudine potestatis in predictis circariis in locum ipsius subrogando.

Item, fiat commissio triennalis abbati monasterii Bellelaye [40]) ad visitandum omnia et singula monasteria nostri ordinis in circariis Burgundie, Alvernie et Sabaudie, in qua commissione inseratur clausula quod possit cogere omnes et singulos prelatos earumdem circariarum ad solvendum sommam XII librarum pro reparationibus ordinis factis in monasterio Premonstratensi pro [h]) prelatis ordinis in capitulo generali hospitandis. Et hoc sub penis et censuris.

Item, obedientia, patientia et laboribus gravissimis quos per septennium frater Anthonius Anceaulx, Bone Spei religiosus expresse (fol. 88v) professus benigne et misericorditer passus est attentis capitulum volens cum ipso mitissime agere, remittit ipsi fratri residuum emissionis sue eumdem ad proprium monasterium remittendo. Quod si forsitan commode in ipso monasterio Altissimo famulari nequiverit, iam dicto fratri cum aliquo curatorum, ipsius monasterii de certo loco proprius [i]) prelatus suus providere tenebitur.

Item, intellecto laudabili regimine Godonis de Foste, capitulum acceptat eumdem in nuntium ordinis cum stipendiis assuetis.

Item, annuit quod innovetur commissio triennalis reverendi patris Aldebergensis(!) [41]) in iure canonico doctoris in ampla forma ad visitandum et reformandum omnia et singula monasteria ordinis nostri in circaria Suevie constituta.

[h]) « pro » scriptum super lineam deleto alio « pro » scripto tantum per abbreviationem.

[i]) Post « proprius » deletum « curatu(s) ».

[38]) Christoph Karl.

[39]) Annis 1520-1527, Nicolaus Berg abbas fuit Capellensis = Spieskappel, in dioecesi, olim Moguntinensi, nunc Fuldensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 135.

[40]) Nicolaus Schnell. Cfr. supra, p. 167, n. 74; P.-S. Saucy, *Histoire de l'ancienne abbaye de Bellelay*. Bibl. Jurassiene, 1958, pp. 103-122.

[41]) Leonardus Dürr. Cfr. supra, p. 77, n. 96.

Item, capitulum approbat et confirmat quoddam appunctuamentum factum de quibusdam certis peciis terre et retentione aquarum factum per reverendissimum patrem Hubertum quondam abbatem Premonstratensem [42]) et conventum eiusdem loci ex una et nobilem virum Iohannem Dennet et domicellam Iohannam eius uxorem et Guillemnum de Flavignyes dominum temporalem de Mesbrecourt partibus ex altera, iuxta et secundum formam litterarum desuper confectarum, quibus nostre presentes infiguntur.

Item, quia pro causis noviter emergentibus, que capitulum generale forsan expectare non possent, capitulum ordinat reverendissimum patrem Premonstratensem [43]), necnon reverendos patres sancti Martini [44]) et Cussiacensem [45]) vocatis secum nonnullis vicinioribus prelatis, quibus dat auctoritatem ordinandi, diffiniendi et statuendi, que necessaria et oportuna videbuntur et ea sigillo capituli generalis sigillandi.

(fol. 89r). Item, annuendo supplicationi ex parte reverendorum prelatorum circarie Frisie nobis exhibite capitulum ordinat quod fiat commissio reverendo patri Iohanni quondam abbati in Lidlum [46]) ad reformandum omnia et singula monasteria nostri ordinis in partibus Frisie, Gueldrie et Hollandie constituta, in se recensionem omnium sororum et monialium nostri iam dicti ordinis in predictis partibus existentium continens et cum plenitudine potestatis. Quantum vero ad impetrationem indulgentiarum omnium stationum in Urbe existentium in omnibus et singulis ordinis nostri monasteriis, capitulum pariformiter annuit petitioni eorumdem. Que vero ad canonizationem corporis beatissimi Norberti, patris nostri, capitulum decidit quod imprimis et antea consulendum erit in Urbe quo medio id fieri poterit et quante expense ad hoc necessarie essent. Tandem omnibus expensis ordinis si id commodum fieri possit, ad canonizationem corporis ipsius beatissimi patris procedetur.

Item, intellecto quod monasterium Lacus Iuriensis, ordinis nostri, habens sub se quattuor monasteria immediate dependentia videlicet Bellelaye, Humilis Montis, Loci Dei et Fontis Andree monasteria pro nunc stat in manibus cuiusdam prothonotarii episcopi Bellen-

[42]) Hubertus de Monthermé, abbas annis 1470-1497.
[43]) Iac. de Bachimont.
[44]) Ioh. Poulaillier.
[45]) Guichardus.
[46]) Agitur de abbate I. Duveland, qui fuit abbas Lidlumensis usque ad a. 1518.

sis [47]), capitulum quorumdam iurisperitorum inherendo sententiis decernit quod in his quattuor monasteriis reverendissimus pater Premonstratensis [48]) quemdam ordinis committet vicarium, videlicet reverendum patrem Bellelaye [49]), qui casu quo ipsa monasteria vaccaverint(!) electum aut electos ad ipsa monasteria confirmare aut infirmare et cetera quecumque alia que pater abbas, si ordinis nostri esset, facere posset auctoritate sua, iuridice exercere poterit. Verum tamen si iam dictum monasterium Bellelaye destitui pastore contingat, prescriptus Loci Dei abbas [50]) in omnibus et per omnia officio patris abbatis pro tunc prout ex nunc auctoritate prout premittitur reverendissimi patris in ipso fungi poterit. Quecumque videlicet per ipsos acta fuerint, rata grataque habentes.

Item, capitulum approbat quoddam appunctuamentum initum inter reverendum patrem sancti Nicolai Septem Fontium [51]) (fol. 89v) in Burgundia predecessoresque et eius conventum ex una et nobilem virum Iohannem Balaurye scutiferum dominum temporalem de Courcelles et domicellam Guillemetam de Vitelle eius conthoralem super monte de Burguemont et de Brancheaulx partibus ex altera, modo et forma in litteris desuper confectis contentis.

Item, super petitione reverendi patris Steynveldensis [52]) requirentis si abbas cedens aut aliquis religiosus unius monasterii, qui ex industria aut ex annuis redditibus ex parte parentum aut aliunde eidem provenientibus comparaverit aut accumulaverit sibi multas pecunias tandem eligatur ad prelaturam aut dignitatem aut profiteatur in alio monasterio an tales pecunie sic per eum accumulate sint primi aut secundi monasterii. Matura inter nos deliberatione prehabita capitulum decidit quod tales pecunie aut alia bona mobilia erunt primi monasterii. Attamen si ad prelaturam eligatur, equitatura debita et indumenta dignitati sue convenientia eidem ab abbate sui primi

[47]) Episcopus Bellicensis = Belley, annis 1507-1534, erat Claudius d'Estavayer. Cfr. L. Alloing, art. : *Belley* in *Dictionnaire d'Histoire et de Géographie ecclésiastique*, t. VII, col. 891. — Abbatia Lacus-Iuriensis = Lac-de-Joux, in hodierna dioecesi Lausannensi sita erat.

[48]) Iac. de Bachimont.

[49]) Nicolaus Schnell.

[50]) Abbas Loci Dei (= Gottstatt in Helvetia) in circaria Burgundiae erat tunc Christianus Affolter. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 365.

[51]) Petrus Thomassin.

[52]) Ioh. von Ahrweiler.

monasterii distribuatur, prout in statutis nostris plenissime continetur [53]).

Item, innovetur commissio triennalis reverendi patris Staingadensis [54]) in circaria Bavarie visitatoris, cum plenitudine potestatis.

Item, attentis beneficiis que in dies nobis et ordini nostro sua benignitate impendunt generosissima domina domina Ludovica ducissa Angolesine regni Francieque regens necnon illustrissimus princeps ac dominus dominus dux Alenchonii et eius generosissima conthoralis, capitulum annuit litteras orationum fieri pro eisdem in amplissima forma [1]).

(fol. 90r). Item, visis inquisitionibus et informationibus factis per reverendum patrem et confratrem nostrum abbatem sancti Martini Laudunensis [55]) ac per dilectos nostros in Christo filios Guillermum Frenqueville, priorem et Aubertum Clerici, circatorem eiusdem monasterii, quibus nobis legitime constitit fratrem Petrum Cornet, novitium et religiosum ipsius monasterii expresse professum per longum temporis curriculum ter apostasse, muros videlicet ipsius monasterii nocturno tempore transcendendo et sic excommunicationis sententiam incurrendo in non modicum prefati ordinis nostri et ipsius monasterii scandalum et vituperium, in qua apostasia adhuc pro presenti stat nec non multos alios excessus in ipsis informationibus insertos commississe. Capitulum cupiens principiis malivolis ipsius fratris obstare et saluti eius consulere condampnat(!) ipsum per triennium pena carceris in predicto monasterio puniendum, prefato reverendo patri [56]) et conventui eius ut eumdem fratrem non recipiant, nisi premissam luat penam inhibendo.

Consimiliter, quia predictarum informationum tenore nobis innotuit fratrem Guillermum Bayart eiusdem monasterii religiosum presbyterum expresse professum quinquies aut septies et potissimum anno elapso virtute decisionis nostri capituli generalis suis exigentibus demeritis [57]) incarceratum fuisse, super qua incarceratione miseri-

[1]) Sequitur : « Item, capitulum approbat quamdam amicabilem compositionem initam inter reverendum patrem Cuissiacensem et eius conventum ex una et fratrem Iacobum Groyart auctoritate apostolica habitum ordinis nostri deferentem necnon beneficii de Dysiaco (82) a prefato monasterio Cuissiacensi ». Totum cancellatum.

[53]) Agitur de hac materia in capite Statutorum de Abbate cedente.

[54]) Udalricus Griespeitel. Cfr. supra, p. 240, n. 72.

[55]) Ioh. Poulaillier.

[56]) Idem.

[57]) Cfr. supra. p. 271.

cordia donatus est nec non multis gravissimis criminibus videlicet apostasia, irregularitate, adulterio tam in dormitorio quam extra dormitorium commisso sacrilegio ac aliis multis sceleribus contaminatum esse, capitulum cupiens malivolis hominibus iniquitatis viam precludere diffinit quod per annum pariformiter in ipso monasterio carceribus mancipabitur, salva tamen benigna gratia prescripti reverendi patris sancti Martini [58]) cum quo verumtamen ante sex menses sue incarcerationis nisi de consensu reverendissimi patris Premonstratensis [59]) minime dispensare poterit.

(fol. 90v). Denique viso processu iuridice facto per eosdem super vita et moribus fratris Ludovici Levesque iam dicti monasterii presbyteri expresse professi minime nos fugit eumdem fratrem turpitudinis ac iniquitatis speculum et patronum esse necnon salutis sue nec immemorem tantum, sed et confratrum suorum interitum spiritualem procurantem multisque sceleribus insuper tabefactum videlicet seditione, excommunicatione, sacrilegio, incorrigibilitate, irregularitate et apostasia, prout pro presenti existit, in anime proprie preiudicium ordinisque nostri ac monasterii sui [m]) maximum scandalum, capitulum volens ipsi malorum fautori penam condignam peccatis imponere, ne facilitas venie incentivum prebeat delinquendi, ipsum in pane tristicie et aqua doloris perpetuis temporibus in prenarrato monasterio sancti Martini pena carceris decernit puniendum.

G[erardus J]ardel m[anu] [propria]
ordins notarius(n)

(fol. 91v). Visitatores anni presentis millesimi quingentesimi vicesimi primi :

Francie, Floreffie, Brabancie, Flandrie, Pontivi, Lothoringie : Dominus Premonstratensis [60]) reservat pro se.

Vasconie : Case Dei [61]) abbas ad triennium.

Normanie : Dominus Camere Fontis [62]) ad triennium.

[m]) « sui » scriptum super lineam loco deleti « nostri ».

[n]) Dimidia pars fol. 90v et totum fol. 91r vacua remansit.

[58]) Ioh. Poulaillier.

[59]) Iac. de Bachimont.

[60]) Idem.

[61]) Ioh. de Montaigut. Cfr. supra, p. 159, n. 116.

[62]) Amatus de Fonte.

Burgundie, Alvernie, Sabaudie : Bellelaye [63]) ad triennium.

Saxonie : Prepositus Magdeburgensis [64]).

Suevie : Abbas Aldeburgensis [65]) ad triennium.

Bavarie : Staingadensis [66]) ad triennium.

Ilveldie et Wadegocie : Abbas Capellensis [o]) [67]) ad triennium.

Frisie : Reverendus pater Iohannes quondam abbas in Lydlun(!) [68]) ad sexennium.

Hungarie : Prepositus de Saag [69]) ad triennium.

Scotie : Abbas Candide Case [70]).

Anglie : Dominus Premonstratensis [71]).

Hispanie : Abbas de Retorta [72]) et de Caritate [73]) et uterque in solidum.

Bohemie, Moravie, Prepolenie [p]) (!), Tuscie, Calabrie, Dacie, Norgvegie et Terre Iherosolimitane : Abbas Teplensis [74]) ad triennium, cum potestate substituendi.

Westphalie : Abbas Steynveldensis [75]) ad quadriennium.

G[erardus J]ardel m[anu] p[ropria] [76]).

[Addit Gregorius du Crocq in fine copiae suae (ms. Laon 538, p. 210) : Et haec ultimo decembris 1661 haec copia facta concordat cum originali quod Premonstrati servatur. Et in finem subscribo :

fr. Gregorius du Crocq, praedictus secretarius [77]).]

[o]) « Capellensis » correctum per superscriptum « Ca » et deleto « Te » ex « Teplensis ».

[p]) Sic in orig., loco « Polonie », per errorem scribae.

[63]) Nicolaus Schnell.

[64]) Henricus Stott. Cfr. supra, p. 93, n. 75.

[65]) Leonardus Dürr. Cfr. supra, p. 77, n. 96.

[66]) Udalricus Griespeitel.

[67]) Nicolaus Berg. Cfr. supra, p. 289, n. 39.

[68]) Ioh. Duveland. Cfr. supra, p. 290, n. 46. Dicitur enim : Ioh. *quondam* abbas in in Lidlum.

[69]) Franciscus Fegyverneky. Cfr. supra, p. 91, n. 59.

[70]) Gavinus Dunbar. Cfr. supra, p. 264, n. 113.

[71]) Iac. de Bachimont.

[72]) Ich. de Rosales. Cfr. supra p. 264, n. 115.

[73]) Ferdinandus de Baltanas. Cfr. supra, p. 227, n. 56.

[74]) Petrus. Cfr. supra, p. 267, n. 41.

[75]) Ioh. von Ahrweiler.

[76]) Cfr. supra, p. 176.

[77]) Cfr. supra, p. 13, n. 89

22

1522

(Ms. Strahov, 20, fol. 92r-96v) (= fol. 155r-159v foliationis veteris)

(fol. 92r). Acta et diffinitiones capituli generalis ordinis Premonstratensis in monasterio sancti Evodii de Brana eiusdem ordinis anno domini millesimo quingentesimo vigesimo secundo mensis vero maii die decima octava et sequentibus diebus celebrati [a]).

Nomina prelatorum in dicto capitulo personaliter comparentium :

Dominus Iacobus de Bachimont sacre theologie professor, Premonstratensis et eiusdem ecclesie sancti Evodii abbas [1]).

Cussiacensis [2]).
Camere Fontis, sacre theologie professor [3]).
Hermeriarum [4]).
Sancti Iusti Belvacensis [5]).
Vallis Secrete [6]).
Vallis Christiane [7]).
De Longo Vado [8]).
Insule Dei [9]).
Bucilliensis [10]).
Thenoliensis [11]).
Calvi Montis [12]).

[a]) In margine sinistro manu saec. XVII scriptum « Branae 1522 ».

[1]) Iacobus de Bachimont. Cfr. supra, p. 6, n. 33. Abbas generalis inde ab a. 1513.

[2]) Guichardus. Cfr. supra, p. 265, n. 3.

[3]) Amatus de Fonte. Cfr. supra, 208, n. 12.

[4]) Annis 1521-1533, Iohannes du Saussay abbas fuit Hermeriarum = Hermières, in dioecesi, olim Parisiensi, nunc Meldensi = Meaux. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 508. Praedecessor eius, abbas annis 1506-1521, eodem nomine vocabatur.

[5]) Iohannes de la Morlière. Cfr. supra, p. 174, n. 18.

[6]) Benedictus de Corbie. Cfr. supra, p. 194, n. 5.

[7]) Nomen ignoratur.

[8]) Nomen ignoratur.

[9]) Iohannes de Carouge. Cfr. supra, p. 248, n. 28.

[10]) Nomen ignoratur.

[11]) Gobertus Aleaume. Cfr. supra, p. 161, n. 19.

[12]) Gobertus Cousin. Cfr. supra, p. 285, n. 11.

De Genlyaco [13]). Loci Restaurati [15]).
De Carthovoro [14]). Sancte Marie in Nemore [16]).

Subscripti prestiterunt obedientiam :
Hermeriarum [17]) Calvi Montis [18]).

(fol. 92v). Imprimis ordinatum est, quod omnes prelati hoc anno propter eorum paucitatem erunt diffinitores.

Item, excusationes prelatorum in ipso capitulo personaliter non comparentium recipient Camere Fontis sacre theologie professor [19]) et Carthovorensis [20]) abbates.

Item, talliarum collectores erunt Thenoliensis [21]) abbas et prior scholarium [22]).

Item, missas celebrari consuetas primam Hermeriarum [23]), secundam Calvi Montis [24]), tertiam Insule Dei [25]) monasteriorum abbates celebrabunt.

Item, capitulum attestatur statutorum ipsius ordinis seriem et tenorem insequendo reverendissimum patrem Premonstratensem subici ipsi capitulo generali sic quod appellaciones interiecte ab ipso reverendissimo patre secundum primevam ipsius ordinis institutionem sive in concernentibus disciplinam regularem sive in his que sunt iurisdictionis prima instantia tractande sunt in ipso capitulo generali prout a tempore immemoriali et hactenus observatum est.

Consimiliter attestatur quod translationes et receptiones fratrum ipsius ordinis debent fieri de consensu sanioris partis conventus ad quem translatio fit, verumtamen ipsi fratres non debent absolvi a prima obedientia quantumcumque sint importuni et inhabiles nisi prius suo superiori prelato (fol. 93r) de gratioso receptore tam ab abbate quam a conventu veraciter constiterit, ne videlicet in non

13) Iacobus le Pelletier. Cfr. supra, p. 21, n. 46.
14) Antonius Parent. Cfr. supra, p. 222, n. 10.
15) Petrus de Haultdecœur. Cfr. supra, p. 6, n. 38.
16) Dominicus Thuilier. Cfr. supra, p. 70, n. 33.
17) Iohannes du Saussay.
18) Gobertus Cousin.
19) Amatus de Fonte.
20) Antonius Parent.
21) Gobertus Aleaume.
22) Mathurinus Dandelle. Cfr. supra, p. 226, n. 52.
23) Ioh. du Saussay.
24) Gobertus Cousin.
25) Ioh. de Carouge.

minimum ipsius ordinis dedecus et vituperium vagandi materia eisdem tribuatur.

Item, viso processu inquisitionis facte super vita et moribus fratris Iohannis Rouveroy(?) religiosi monasterii de Rossonio quo processu nobis luce clarius constitit ipsum multis sceleribus irretitum et potissimum apostasia ita quod iam bis apostatavit habitum religionis dimittendo, habitum videlicet secularem accipiendo et sic excommunicationis et irregularitatis notam incurrendo in non minimum ipsius ordinis dedecus et scandalum, capitulum itaque ipsius maliciis huiusmodi obviare et ut pena ipsius cedat ceteris in exemplum decrevit et duxit hinc ad triennium ipsum ad monasterium de Capella [b]) iuxta civitatem Tholozonam emittendum eumdem insuper voce, stallo et obedientia nominata suis exigentibus demeritis iuridice privando.

Item, quia consimiliter quarumdam informationum tenore per venerabilem confratrem nostrum abbatem beate Elizabeth de Genliaco [26]) nobis sufficienter innotuit fratrem Michaelem Gobant eiusdem monasterii religiosum expresse professum ac priorem claustralem multis delictis et excessibus labefactum in ipsis informationibus insertis et precipue apostasie ac proprietatis viciis, capitulum, ne facilitas venie incentivum prebeat delinquendi viso quod proprium prelatum inique diffamaverit et in eumdem palam et publice coram omnibus fratribus eiusdem monasterii capitulariter iniicere attentaverit, consideratis considerandis ipsum pariformiter ad monasterium de (fol. 93v) Seriaco in pratis hinc ad biennium emittit ibidem videlicet quadraginta dies gravioris culpe peracturum.

Item, quia ex vivaci confessione fratris Nicolai le Lorgne [c]) prefati monasterii religiosi expresse professi didicimus eumdem fratrem quamdam mulierem infra dormitorium eiusdem cenobii introduxisse et tunc cum ipsa letiferum adulterii peccatum commississe, capitulum misericordiam iusticie rigori preferendo volens cum ipso mitissime agere eo quod iustus in principio sit accusator sui ipsius eumdem hinc ad triennium ad monasterium Hermeriarum duxit emittendum sic quod in ipso monasterio ad quod emittitur viginti dies gravioris culpe erit peracturus.

Item, capitulum attestatur quod monasterium sancti Martini Laudunensis est filialis ecclesia Premonstratensis, que viduata

[b]) Post « Capella » deletum « ad ».

[c]) « Lorgne » potest etiam legi « Lorgue ».

[26]) Iac. le Pelletier.

pastore, electus in abbatem ipsius monasterii usque in hodiernum diem ab ipso abbate Premonstratensi tamquam a suo immediato superiore consuevit confirmari.

Item, attenta perfidia et iniqua presumptione seu malicia fratrum Iohannis Percecueur(?) et Petri Petit religiosorum monasterii Insule Dei nostri ordinis, qui ausu temerario nescimus quo spiritu ducti de facto falso proprium prelatum de concubinatu et de dilapidatione accusaverunt et in eumdem conspiraverunt ac ipsum multis verbis contumeliosis vituperaverunt velut in informationibus desuper confectis latius continetur. Qui quidem prelatus [27]) ab omni lascivia et ceteris viciis premissis immunis erat, prout (fol. 94r) nobis occulariter constitit per informationes per venerabilem confratrem nostrum abbatem Camere Fontis [28]), sacre theologie professorem, in cursu visitationis sue in prefato monasterio factas coram quo se ipsum legitime purgavit, capitulum itaque in hoc actu nefandissimo iuridice procedere cupiens ordinat eosdem ad rigorem pena statutorum esse puniendos, videlicet hinc ad decennium ad monasteria Montis Dei et sancti Petri Selincurtis (prout iam sunt) esse emittendos cum perpetua privatione vocis, stalli et obedientie nominate salva tamen in his omnibus gratia capituli generalis.

Item, visis et per nos diligenter intellectis informationibus factis per reverendum patrem Montis Dei [29]) nostri ordinis vicarii in hac parte reverendissimi patris Premonstratensis deputati super iniquo et scandaloso regimine fratris Dyonisii Le Moyne religiosi monasterii de Lucerna nostri antedicti ordinis assumpto secum priore claustrali eiusdem monasterii quibus nobis luce clarius constitit multos excessus in ipsis informationibus insertos in maximum ipsius monasterii et ordinis vituperium commisisse, capitulum pariformiter ut pena ipsius cedat ceteris in exemplum ordinat et condempnat eumdem per triennium ad arctissimos carceres etiam in monasterio sancti Martini Laudunensis in carceribus ordinis si apprehendi [d]) (fol. 94v) et id fieri possit expensis proprii monasterii esse recludendum cum perpetua privatione vocis, stalli et obedientie nominate invocato ad hoc etiam si opus fuerit brachii secularis auxilio.

[d]) Post « apprehendi » deletum « possit ».

[27]) Ioh. de Carouge.
[28]) Amatus de Fonte.
[29]) Ioh. Ferey. Cfr. supra, p. 169, n. 84.

Item, capitulum cupiens consulere saluti fratris Ludovici Levesque religiosi monasterii sancti Martini Laudunensis expresse professi, cuius vita multis excessibus gravissimis existit contaminata et quasi [e]) incorrigibilis, eumdem (modo quo supra) ad monasterium Case Dei hinc ad triennium duxit emittendum cum persolutione ibidem pene decem dierum gravioris culpae tenore presentium videlicet ipsum de carceribus ordinis, in quibus detinetur, protunc prout exnunc educendo et liberando.

Item, capitulum acceptat in syndicos negociorum ordinis reverendum patrem de Genlyaco [30]) et priorem Premonstratensem qui annuatim usque ad revocationem habebunt recipere tallias ordinarias et extraordinarias et omnes pecunias ordini debitas cum plenitudine etiam potestatis auctoritate dicti capituli cogendi et compellendi si opus fuerit per censuram ecclesiasticam recusantes ipsas pecunias solvere sic videlicet, quod de premissis pecuniis receptis et recipiendis fidem et [f]) compotum legalem prefato capitulo annuatim facere et cum consilio eiusdem capituli de ipsis disponere tenebuntur.

Item, et pro causis noviter emergentibus, que capitulum generale forsan expectare non possent, capitulum ordinat reverendos patres abbates vocatis secum nonnullis vicinioribus prelatis quibus dat auctoritatem ordinandi, diffiniendi et statuendi que necessaria et opportuna (fol. 95r) videbuntur et ea sigillo capituli generalis sigillandi.

Item, capitulum annuit fratri Iohanni Brutel, monasterii sancti Evodii de Brana religioso expresse professo, in sacra pagina licentiato, litteras gratiosas ad prelatos et curatos nostri ordinis ad requirendum gratiosum et charitativum subsidium pro suo magisterio theologie adipiscendo videlicet a quolibet prelato duos florenos et a quolibet curato dimidium aut alias prout melius fieri poterit, secundum monasteriorum et beneficiorum facultates.

Item, capitulum annuit litteras orationum fieri pro nobili domino Iacobo de Bourbon, Gastardo(?) de Vendosme(?) et Iohanna eius conthorali in amplissima forma cum clausula Adiicientes.

Item, practicetur illa decisio ordinarii nostri in capitulo : Quantum debeat fieri pro defunctis et benefactoribus ecclesie, in omnibus et per omnia modo et forma in ipso ordinario contentis.

Item, annuendo supplicationi fratris Iohannis de [g]) Lattre, religioso monasterii Montis sancti Martini, capitulum attento quod cum omni

[e]) Post « quasi » deletum « ferme ».

[f]) « et » scriptum supra lineam.

[g]) « de » scriptum supra lineam.

[30]) Iacobus le Pelletier.

humilitate preceptum [h]) reverendi patris sancti Martini Laudunensis a paucis diebus citra rebus humanis [i]) exempti adimpleverit et in hoc obediens fuerit, remittit ad proprium monasterium eo tenore, quod si proprius prelatus velit in et contra eumdem aliquid [l]) proponere, ad patres abbates recursum habere poterit, in hoc plenariam potestatem habentes.

(fol. 95v). Item, fiat commissio specialis fratri Virgilio de Lymoge [31]) monasterii Insule Dei religioso expresse professo, in sacra pagina bacchalaurio(!) formato, ad cogendum auctoritate capituli generalis omnes et singulos prelatos ordinis nostri in circaria Normanie constitutos ad solvendum suas tallias ordinarias ordini debitas necnon contributionem suorum curatorum et beneficiatorum, prout in capitulo generali anno domini millesimo quingentesimo vicesimo ordinatum fuit [m]) et hoc sub penis et censuris ordinis.

Item, fiant littere missive nomine capituli generalis serenissimo regi Francorum [32]) et illustrissime domine ducisse de Alenconio cum gratiarum actione de beneficiis ordini hactenus prestitis et impensis et cum assertione, quod reverendus pater Camere Fontis [33]), sacre theologie professor, a revolutione octo annorum semper viriliter operam dedit et laboravit pro reformatione et edificatione spirituali ordinis et in hoc iuridice et iuste functus est officio suo, cuius rei gratia sua benevolentia et mansuetudine dignemur ipsum in omnibus suis agendis recommissum habere.

Item, fiant littere missive prestantissimis et iurisconsultis viris dominis curie parlamenti Parisiensis, eisdem intimando quod capitulum generale dicti ordinis quolibet anno celebratur, in quo conveniunt abbates in numero sufficienti tam de regno quam extra regnum ad corrigendum omnes et singulos defectus tam prelatorum quam religiosorum. Et quia vagandi materia debet omnino precludi viris religiosis, dignentur in causa sancti Martini Laudunensis nunc coram ipsis evocata supportare et conservare iurisdictionem reveren-

[h]) « preceptum » scriptum supra lineam loco deleti « penam(?) eidem olim ».

[i]) « rebus humanis » sriptum in margine sinistro.

[l]) « aliquid », scriptum in margine sinistro.

[m]) « fuit », scriptum post deletum « fuerit ».

[31]) Virgilius de Limoges, doctor in s. theologia, annis 1525-1531, abbas est Insulae Dei; deinde, inde ab a. 1531, abbas Praemonstrati et dominus Praemonstratensis. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 45; II, p. 529. — De talliis colligendis, cfr. supra, p. 268.

[32]) Annis 1515-1547, Franciscus I rex fuit Franciae.

[33]) Amatus de Fonte.

dissimi patris Premonstratensis, cuius excessus sunt in ipso capitulo punibiles, qui ordinem hactenus sine suspitione sinistra et cum zelo ferventi rexit.

(fol. 96r). Item, quia annuatim omnes prelati ordinis personaliter, si commode fieri possit, aut alias per procuratorem de impedimento legitimo pro ipsis firmissimam fidem facientem, in capitulo comparere tenentur, attamen nulli [n]) de circariis Burgundie, et Vasconie necnon monasterii sancti Iohannis de Fallesia, de Bella Stella [o]) et de Silleyo abbates comparuere, qua de re capitulum ipsos omnes statutorum ordinis sentencie adherendo, tenore presentium declarat contumaces.

Item, quia misericordia Dei plena est terra, capitulum generalis cetus huius rei gracia Petri Cornet, monasterii sancti Martini Laudunensis religiosi expresse professi misertus, eumdem de carceribus ordinis, in quibus nunc detinetur [34]) misericorditer duxit eruendum; sperans quod ubi abundavit delictum superabundavit et gracia. Attamen si contingat temporibus futuris denuo in circuitu viciorum ambulare, capitulum protunc prout ut (!) nunc ordinat ipsum in ergastulo esse recludendum [p]).

(fol. 96v). Visitatores anni presentis ordinati sunt ut in anno precedenti.

G[erardus J]ardel m[anu] p[ropria]
ordinis notarius [q]).

[Addit Gregorius du Crocq in fine copiae suae (p. 215) :

Et hic finis primi codicis Capitulorum generalium, quae hac die ultima decembris anni millesimi sexcentesimi sexagesimi primi adhuc servantur Praemonstrati; cetera anteriora dicuntur in bellis ab haereticis excitatis periisse cum aliis multis libris et monumentis. Et haec copia sicut et aliae priores concordant sic, quod noluerim menda corrigere, ut lector has habens copias, possit gaudere se nudam veritatem adeptum esse. Et in fidem subscribo, petens iuvari precibus lectoris. frater Gregorius du Crocq, secretarius] [35]).

[n]) « nulli », correctum ex « nonnulli » deleto « non ».

[o]) Post « de Bella Stella » sequitur per errorem scribae « abbates » et demum « et de Silleyo », quod scriba corrigere conatus est per « et de Sylleyo(!) » in margine dextro scriptum et postea deletum et ordine per duas parvas regulas suis in locis appositis correcto.

[p]) Dimidia pars fol. 96r vacua manet.

[q]) Tres quartae partes fol. 96v et integra folia 97r-107v vacuae manent. In fine libri duo certe vacua folia quondam excisa fuerunt.

Explicit editio secundum ms. Strahov 20, in quo continentur Acta Cap. gen. annorum 1511-1522.

[34]) Cfr. supra, p. 292.

[35]) Cfr. supra, p. 13, n. 89.

23

1523

(Ms. Laon, 538, pp. 215-219 [a])

Acta et Diffinitiones Capituli Generalis, Ordinis Praemonstratensis, anno Domini millesimo quingentesimo vicesimo tertio, mensis vero Maii, die tertia et sequentibus diebus in monasterio Sancti Evodii de Brana, praefati Ordinis celebrati.

Nomina Praelatorum in dicto Capitulo comparentium :

Dominus Iacobus, sacrae Theologiae professor, Praemonstratensis et Branae monasteriorum Abbas [1]).

Cuissiacensis [2]).

Camerae Fontis, sacrae Theologiae professor [3]).

Gaudii Vallis, sacrae Theologiae professor [4]).

Hermeriarum [5]).

Montis Sancti Martini [6]).

Viromandensis [7]).

de Longo Vado [8]).

Calvi-Montis [9]).

Bucilliensis [10]).

Thenoliensis [11]).

[a]) Textum Actorum huius Capituli referimus iuxta textum ms. Laon 538. — Excerpta nonnulla Actorum habentur etiam in codice Curiae generalitiae, et in codice Nancy 994 (1767), fol. 16 b.

[1]) Iacobus de Bachimont. Cfr. supra, p. 6, n. 33. Abbas generalis inde ab anno 1513.

[2]) Guichardus. Cfr. supra, p. 265, n. 3.

[3]) Amatus de Fonte. Cfr. supra, p. 169. , n. 87.

[4]) Iohannes Brutel, de quo iam in Capitulo generali praecedenti (cfr. p. 299), fuit annis 1521-1525 abbas Gaudii Vallis = Joyenval. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 556. — Postea, aa. 1530-1534, abbas est Cuissiacensis. Obiit 1 aprilis 1534. Cfr. E. Brouette, *Obituaire de l'abbaye Saint-Yved de Braine*, in *Anal. Praem.*, XXXIV, 1958, p. 291.

[5]) Ioh. de Saussay. Cfr. supra, p. 295, n. 4.

[6]) Thomas de l'Escluse. Cfr. supra, p. 4, n. 13.

[7]) Nomen ignoratur.

[8]) Antonius Charlier. Cfr. supra, p. 7, n. 45.

[9]) Gobertus Cousin. Cfr. supra, p. 285, n. 11.

[10]) Nomen ignoratur.

[11]) Annis 1522-1538, Radulphus Amiable abbas fuit Thenoliensis. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 402.

Casae Dei [12]).
de Genlyaco [13]).
Carthovorensis [14]).
Clari Fontis [15]).
Septem Fontium in Therascia [16]).

Subscripti praestiterunt obedientiam :

Gaudii Vallis [17]); Thenoliensis [18]); Clari Fontis [19]); Septem Fontium [20]).

Imprimis ordinatum est quod omnes Praelati propter eorum paucitatem erunt diffinitores.

Item, Missas celebrari consuetas, primam Gaudii Vallis [21]); 2am Clarifontis [22]); 3am Thenoliensis [23]) monasteriorum Abbates celebrabunt.

Item, excusationes Praelatorum recipient Camerae Fontis [24]) et Carthovorensis [25]) monasteriorum Abbates.

Item, talliarum receptores erunt Abbas de Genliaco [26]) et Prior Scholarium [27]).

Item, litteras in Capitulo expediendas Cuissiacensis [28]) et Camerae Fontis [29]) monasteriorum Abbates examinabunt et sigillo Capituli Generalis sigil[216]labunt.

Item, compotorum Auditores erunt Patres Abbates et caeteri Praelati qui eisdem interesse voluerint.

12) Ioh. de Montaigut. Cfr. supra, p. 248, n. 19.

13) Iacobus le Pelletier. Cfr. supra, p. 21, n. 46.

14) Antonius Parent. Cfr. supra, p. 222, n. 10.

15) Annis 1521-1530, Amatus de Fonte abbas fuit Clari Fontis = Claire-Fontaine, in dioecesi, olim Laudunensi, nunc Suessionensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 372. Alibi, l.c., p. 489, de Fonte abbas dicitur Camerae Fontis usque ad a. 1524.

16) Nomen ignoratur.

17) Ioh. Brutel.

18) Rad. Amiable.

19) Amatus de Fonte.

20) Ignoratur.

21) Ioh. Brutel.

22) Amatus de Fonte.

23) Rad. Amiable.

24) Amatus de Fonte.

25) Antonius Parent.

26) Iac. le Pelletier.

27) Mathurinus Dandelle. Cfr. supra, p. 226, n. 52

28) Guichardus.

29) Amatus de Fonte.

Item, fiant missivae ad Praelatos monasteriorum de Moncellis [30]) et de Capella ad Plancas [31]), quatenus de caetero permittant fratrem Antonium Canelle, Religiosum monasterii de Ressonio ad praefatum monasterium de Capella ad Plancas emissum, fungi officio Provisoris Externorum, nec nisi cum Conventu monasterium exiturum, prout cavetur in Statutis de cap. de fratribus emittendis. Quod quidem capitulum ordinat et decernit Capitulum Generale ad unguem practicari, eo quod propter transgressionem praedicti Confratris nostri eiusdem monasterii Abbatis, citetur isdem Confrater noster ad proximum Capitulum nostrum Generale.

Item, Capitulum delegat Rdos Patres Sancti Martini Laudunensis [32]) et Cuissiacensem [33]) et quemlibet eorum in solidum, ad cognoscendum plenarie, etiam usque ad sententiam diffinitivam inclusive, de regimine et modo vivendi fratris Iohannis de Hem, Religiosi monasterii Sancti Martini, attento quod pervenit ad aures praefati Capituli, praedictum fratrem multis sceleribus irretitum esse, quem si correctione et punitione condignum repererint, eumdem poena canonica et regulari arcebunt.

Item, Capitulum ordinat quod inseratur clausula in commissione Rdi Patris Casae Dei [34]), Visitatoris Circariae Vasconiae, quatenus habeat, authoritate Ordinis, cogere Praelatos monasteriorum de Combelunga, de Villa Dei, de Hontia et de Arthusio, quatenus de caetero faciant Religiosos suos tam in Refectione, in Dormitione et caeteris Ordinis actibus communiter vivere, prout fundamentum regularis disciplinae exigit. Et hoc sub poena et censuris Ordinis.

Item, fiat commissio triennalis praefato Rdo Confratri in amplissima forma, in qua pariformiter inseratur quatenus possit compellere Rdum Patrem monasterii Sancti Iohannis de Castella [35]) et eius Conventum ad producendum coram ipso cartam fundationis beneficii seu grangiae de Mesy, membri a iam dicto monasterio dependentis; qua visa et perlecta, si repererit, attento tenore primaevae fundationis

30) Petrus Adeline. Cfr. supra, p. 211, n. 42.

31) Annis 1518-1528, abbas Capellae ad Plancas = Chapelle-aux-Planches, in dioecesi, olim Trecensi, nunc Lingonensi = Langres, erat Iohannes Vauthier. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 492.

32) Ioh. Boucquet.

33) Guichardus.

34) Ioh. de Montaigut.

35) Anno 1523, Iacobus de Foix erat abbas S. Ioh. de Castella, in dioecesi, olim Aturicensi = Aire, nunc Aquensi = Dax. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 196.

ipsius grangiae, eandem multis Religiosis debere dotari, iuxta et secundum quantitatem et valorem fructuum eiusdem Beneficii, Religiosos in ipso beneficio instituet quibus institutis ad praelibatam institutionem suam corroborandam ipsum Rdum Patrem eius Conventum, eiusdemque beneficii possessorem, etiam sub poenis et censuris Ordinis districte compellet.

Item, Capitulum confirmat pensionem assignatam fratri Petro Vignet, Religioso expresse professo monasterii Thenoliensis de summa centum et quinquaginta librarum Turonensium super fructibus et redditibus annuatim accipiendorum, iuxta et secundum tenorem litterarum desuper confectarum, quibus nostrae praesentes annectuntur. Quam quidem summam si Rdus Confrater noster eiusdem monasterii Abbas [36]) et eius successores persolvere renuerint, per censuram Ordinis compelli poterunt. Et hoc de consensu ipsius Confratris nostri in [217] praesentia nostra personaliter existentis.

Pariformiter, Capitulum confirmat pensionem assignatam Rdo Confratri nostro Abbati monasterii Camerae Fontis [37]), sacrae Theologiae Professori, super monasterio Sancti Martini Laudunensis, de summa trecentarum et quinquaginta librarum Turonensium super fructibus et redditibus eiusdem monasterii annuatim recipiendarum modo et forma praemissis; et hoc ad intercessionem partium.

Item, Capitulum praecipit Visitatoribus, quatenus de caetero in suis visitationibus omnes et singulos Ordinis nostri Beneficiatos compellant ut secum unum Ordinis Religiosum pro socio habeant; attento quod qui solus est, si ceciderit, non est qui eum resurbat (bon latin !) [38]). Et hoc, si fructus Beneficiorum id commode pati valeat.

Item, Capitulum ordinat quod vacantibus Ecclesiis nostri Ordinis, Patres-Abbates earumdem Ecclesiarum, et non Capitula seu Priores earumdem habeant omnimodam administrationem tam in spiritualibus quam in temporalibus, dempto Priore Praemonstratensi sufficienti possessione et debito privilegio fundato; praecipiens Visitatoribus ut in suis visitationibus hoc decretum publicent, quatenus si Capitulo aliquid in contrarium proponere velint, infra annum proponere nitantur sive procurent.

Item, fiat commissio triennalis in amplissima forma Rdo Patri Camerae Fontis [39]), ad visitandum Circariam Normanniae, in qua

[36]) Radulphus Amiable.

[37]) Amatus de Fonte.

[38]) Nota personalis scribae huius manuscripti, du Crocq.

[39]) Amatus de Fonte.

inseratur clausula specialis, quatenus possit diligenter inquirere et examinare singulos Religiosos monasterii de Bella Stella, eiusdem Circariae et caeteros alios testes saeculares aut regulares, an videlicet electio Abbatis nunc ibidem existentis [40]) fuerit iuridice facta, et tunc isdem ipse confrater noster super facto eiusdem Electionis rite, iuridice et debite concludere et disponere valeat.

Item, attenta maxima vexatione et tenuitate reddituum monasterii Gaudii Vallis, quod quidem monasterium a multis annis citra semper litium contractibus Prothonotariorum illatis irretitum fuit, Capitulum remittit Confratri nostro eiusdem monasterii Abbati [41]) omnes tallias ordinarias usque in hodiernum diem inclusive Ordini debitas, cum omnimoda etiam remissione pecuniarum pro defensione eiusdem monasterii per Ordinem concessarum.

Item, fiant litterae missivae Illustrissimo Duci Albaniae, quatenus sua benigna gratia dignetur Ordinem nostrum in partibus Scotiae in suis Privilegiis et libertatibus omnimode tueri. Et ne pariformiter de caetero monasteria et beneficia nostri Ordinis saecularibus conferre attentet. Quod faciendo Ordo sibiipsi plurimum et peramplius reddet obnoxium, eo quod in bove et asino minime arandum sit.

Item fiat commissio Abbati Sacri-Nemoris [42]), ad visitandum et reformandum omnia et singula monasteria Ordinis nostri in partibus Scotiae existentia et praecipue monasterium Thungland [43]). In qua commissione inseratur clausula quod possit cogere omnes et singulos Abbates eiusdem [218] Circariae ad solvendas tallias ordinarias Ordini debitas, et hoc sub poenis et censuris Ordinis; qui quidem Abbas habebit docere et referre de sua diligentia et visitatione facta, ut noster regularis disciplinae status in suis salutaribus terminis subsistere queat et possit.

Pariformiter, fiant litterae missivae Procuratori in Urbe [44]) ad com-

[40]) Iuxta N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 38, Ioh. le Prince abbas erat huius monasterii; et remansit usque ad a. 1540. In nota vero 18, p. 38, addit : « Item : Godefridus Gueroult ». Quo anno aut quibus annis et quo sensu iste fuerit legitimus abbas necne, non indicatur.

[41]) Ioh. Brutel.

[42]) Agitur de Abbatia Holywood, seu Sacrobosco, in Scotia, in dioecesi Glasguensi. Iuxta N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 108, annis 1505-1523, Iohannes Welch abbas erat. Novus abbas, Iohannes Maxwell, venit a. 1523, eodem vero anno iam resignavit et William Kennedy ipsi successit.

[43]) Abbatia Thungland, seu Tongland, sita erat in Scotia, in dioecesi Gallovidianensi. His annis (1508-1525) deesse videtur abbas regularis. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 113.

[44]) Quintinus Hennocque. Cfr. supra, p. 263, n. 103

pellendum eumdem et caeteros Circariae Hispaniae Praelatos ad praefatas tallias ordinarias Ordini debitas solvendas, in qua inseratur clausula specialis, quatenus diligenter defendere, tueri et impugnare attentet exemptionem a paucis diebus per Anglos in Urbe in ignominian et non minimum Ordinis scandalum et schisma impetratum.

Item, fiat commissio specialis Abbati Sanctae Mariae in Nemore [45]), ad cogendum omnes et singulos Rdos Confratres in Circaria Lotharingiae constitutos ad solvendum contributionem suorum Beneficiorum Ordini debitam. Et hoc sub censuris et poenis ipius Ordinis.

Item, fiant litterae missivae ad Senatum Rothomagensem, quatenus dignetur intuitione et manutentione Iurium et Privilegiorum Ordinis manus porrigere adiutrices; eidem insuper inthimando quatenus in causa fratris Petri Petit, Religiosi monasterii Insulae-Dei coram eo agitata [46]), insequendo tenorem Arresti dati et ab ipso prolati, Capitulum remittit eidem Informationes super vita et moribus praefati fratris factas eiusdem Capituli sigillo sigillatas.

Item, ad nominationem Revmi Patris Praemonstratensis [47]), Capitulum acceptat fratrem Petrum le Vasseur, Religiosum monasterii Praemonstratensis, in Priorem Scholarium Parisiensium, cum honore, et stipendiis assuetis.

Item, quia virtute cuiusdam Citationis a Revmo P. Praemonstratensi emanatae, nobis innotuit dilectum nostrum in Christo filium fratrem Iohannem Pondrac, Religiosum monasterii Gaudii Vallis, coram nobis Patribus Capitulantibus fuisse legitime et sufficienter ad requestam Rdi Patris Gaudii Vallis [48]) citatum : qui quidem frater nec per se, nec per Procuratorem minime comparuit; Capitulum attenta eiusdem fratris absentia, declarat eumdem contumacem, attamen eo tenore quod tota dies (?) cedit eidem.

Item, Capitulum delegat Patres-Abbates ad tractandum inter se de reaedificatione Collegii Parisiensis [49]), et quod iustum fuerit, concludendum et disponendum.

Item, inhaerendo tenori supplicationis Scholarium Parisiis studentium Patribus Capitulantibus exhibitae, Capitulum donat eisdem

45) D. Thuilier. Cfr. supra, p. 70, n. 39.

46) Iam in Capitulo generali praecedenti de hac re actum fuerat. Cfr. supra, p. 298.

47) Iac. de Bachimont.

48) Ioh. Brutel.

49) Cfr. P. E. Valvekens, *Le Collège des Prémontrés à Paris* in *Anal. Praem.*, XVI, 1940, pp. 5-40.

annuatim summam duodecim librarum Turonensium pro lignis emendis, ad consolationem et sublevamen inopiae eorumdem.

Item, ad intercessionem Venerabilis Confratris nostri Montis Sancti Martini [50]), Capitulum restituit fratrem Quintinum Hennocque [51]), eiusdem monasterii Religiosum ad vocem, stallum et ad caeteros alios Ordinis honores, quibus antehac certis de causis fuerat rite et legitime privatus; praefato videlicet fratri inhibendo ne ipsum monasterium visitet nec ad partes monasterio propinquas nisi de licentia Capituli Generalis sui Revmi Patris Praemonstratensis transeat inhibendo.

[219] Item, et pro causis noviter emergentibus, quae Capitulum exspectare non possunt Capitulum delegat Patres-Abbates cum plenitudine potestatis [52]), modo et forma assuetis.

Item, Capitulum concedit fratri Iohanni Sollier, Religioso monasterii de Ressonio, Procuratori Ordinis Parisiis, decem libras Turonenses super monasterio de Lucerna accipiendas; et hoc attentis laboribus in recuperatione fratris Iohannis Allebout, eiusdem monasterii de Lucerna Religiosi acceptis et assumptis.

Item, comparente coram nobis Rdo fratre nostro Abbate monasterii Montis Sancti Martini [53]) et Viromandensis [54]), et honesto viro Matthaeo Anestorin, laico, quandam controversiam inter se habentibus; super qua controversia adversum praedictum Abbatem non extiterint facta ex parte iam dicti Anestorin; quare, ipsam controversiam pro praesenti diffinire et de ea nihil determinare possumus; Capitulum delegat Patres-Abbates et quemlibet eorum in solidum ad cognoscendum de praefata controversia plenarie usque ad sententiam diffinitivam inclusive, eo videlicet tenore quod praesens decisio praenominato Anestorin definitive inthimabitur et notificabitur.

Item, fiat commissio Priori Scholarium Parisiensi [55]), ad compellendum sub poenis et censuris Ordinis Venerabiles Confratres nostros

[50]) Thomas de l'Escluse.

[51]) De ipso tractatum fuit in Capitulis generalibus praecedentibus; in Capitulo generali anni 1519, procurator Ordinis in Urbe designatus fuit : cfr. supra, p. 263.

[52]) Patres Abbates, de quibus hic agitur, sunt 4 sic dicti Patres Ordinis : abbates Praemonstratensis, S. Martini Laudunensis, Floreffiensis, Cuissiacensis.

[53]) Thomas de l'Escluse.

[54]) Nomen ignotum.

[55]) Petrus le Vasseur ad hoc munus designatus fuit ab isto Capitulo generali. Cfr. supra, p. 307.

Sancti Mariani [56]), Hermeriarum [57]), Dei-Loci [58]), et Sancti Pauli Senonensis [59]) monasteriorum Abbates ad satisfaciendum tam pro praesenti anno quam pro retroactis annis de contributione Beneficiatorum suorum, et hoc sub poenis et censuris praedicti Ordinis.

Item, fiat commissio Abbati praedicto Sti Mariani [60]), ad visitandum et reformandum singula monasteria in Circariis Burgundiae et Alverniae constituta pro hoc anno dumtaxat et in communi forma.

Visitatores anni praesentis et deputantur prout in anno praecedenti, demptis sequentibus :

Normanniae : Abbas Camerae Fontis [61]).

Vasconiae : Casae Dei [62]), ad triennium.

Scotiae : Abbas Sacri-(nemoris debet esse) numeri [63]).

Burgundiae et Alverniae : Abbas Sancti Mariani [64]), hoc anno dumtaxat.

Sic signatum. Ita est : fr. N. de Herissart, Ordinis scriba consistorialis, cum parafo.

Hac prima die anni millesimi sexcentesimi sexagesimi secundi, praesentem copiam Originali, quod Praemonstrati extat, lectori in honorificum munus cum salutis apprecatione communico.

frater Gregorius du Crocq, Secretarius Praemonstratensis [65]).

[56]) Nicolaus Joannis. Cfr. supra, p .20, n. 35.

[57]) Ioh. du Saussey.

[58]) Iuxta N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 500, Iohannes Boyau abbas fuit Dei Loci annis 1509-1516; anno vero 1525, abbatia dominabatur ab abbate commendatario, Stephano Parigot. Quisnam abbas fuerit anno 1523, non constat.

[59]) Annis 1513-1531, Stephanus du Meez abbas fuit S. Pauli Senonensis. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 532.

[60]) Nicolaus Joannis.

[61]) Amatus de Fonte.

[62]) Ioh. de Montaigut.

[63]) Ioh. Welch. Cfr. supra, p. 306, n. 42.

[64]) Nicolaus Joannis.

[65]) Cfr. supra, p. 13, n. 89.

1524

(Ms. Laon, 538, pp. 220-225)

[220] Acta et Doffinitiones Capituli Generalis, Ordinis Praemonstratensis, in monasterio Sti Evodii de Brana celebrati, anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quarto mensis Aprilis die vigesima quarta sequentibusque diebus.

Nomina Praelatorum in ipso Capitulo comparentium :

Dominus Iacobus de Bachimonte, sacrae Theologiae professor, Praemonstratensis et Branensis monasteriorum Abbas [1]).

Sancti Martini Laudunensis [2]).
Camerae Fontis, sacrae Theologiae professor [3]).
Gaudii Vallis, sacrae Theologiae professor [4]).
de Seriaco in pratis [5]).
Buciliensis [6]).
de Moncellis [7]).
Sanctae Mariae in Nemore [8]).
Albae Curiae [9]).
Carthovorensis [10]).
Vallis secretae [11]).

Subscripti praestiterunt obedientiam :

Dominus Sancti Martini Laudunensis [12]); de Seriaco in pratis [13]).

[1]) Iacobus de Bachimont. Cfr. supra, p. 6, n. 33. Abbas generalis inde ab anno 1513.

[2]) Annis 1523-1526, Iohannes Boucquet abbas fuit S. Martini Laudunensis. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 512.

[3]) Amatus de Fonte. Cfr. supra, p. 208, n. 12.

[4]) Ioh. Brutel. Cfr. supra, p. 302, n. 4.

[5]) Annis 1520-1533, Iohannes Gambier abbas fuit Seriaci in pratis = Séry, in dioecesi Ambianensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 571.

[6]) Nomen ignoratur.

[7]) Petrus Adeline. Cfr. supra, p. 211, n. 42.

[8]) Dominicus Thuilier. Cfr. supra, p. 70, n. 33.

[9]) Petrus le Courtiller. Cfr. supra, p. 265, n. 8.

[10]) Antonius Parent. Cfr. supra, p. 222, n. 10.

[11]) Benedictus de Corbie. Cfr. supra, p. 194, n. 5.

[12]) Ioh. Boucquet.

[13]) Ioh. Cambier.

Imprimis ordinatum est quod omnes Praelati propter eorum paucitatem erunt diffinitores.

Item, Missas celebrari consuetas, primam de Seriaco in pratis [14]); 2am Sanctae Mariae in Nemore [15]); 3am Albae Curiae [16]) monasteriorum Abbates, celebrabunt.

Item, excusationes Praelatorum recipient Camerae Fontis [17]) et Carthovorensis [18]) monasteriorum Abbates.

Item, talliarum receptores erunt Prior Praemonstratensis et Prior Scholarium [19]).

Item, litteras sigillo Capituli Generalis sigillandas examinabunt et sigillabunt Patres Abbates et illi quos secum duxerint appellandos.

Item, compotorum auditores erunt Patres-Abbates et caeteri Prelati qui eisdem interesse voluerint.

Item, Capitulum delegat Rdos Patres Gaudii Vallis [20]) et Albae Curiae [21]) ad iterum visitandum monasterium Grandis Campi tam in capite quam in membris, et tam in spiritualibus quam in temporalibus, et potissimum ad se informandum super rebellione per Abbatem ipsius monasterii [22]) Venerabili Confratri nostro Abbati Camerae Fontis [23]), Vicarii nostri in discursu suae visitationis suae factae necnon super quibusdam informationibus per quemdam Iudicem saecularem super vita et moribus quorumdam Religiosorum factis; qui quidem Patres quae reformatione et correctione digna [221] in ipso repererint, authoritate Capituli Generalis fine debito terminabunt.

Item, Capitulum inhibet Rdo Patri monasterii Sti Petri Selincurtensis [24]), ne de caetero imponat Religiosis suis onera nova, et non assueta, tam in censuris infligendis, ieiuniis et servitio divino, caeterisque aliis actibus Regularibus, sed in his omnibus insequatur tenorem Statuto-

[14]) Idem.

[15]) Dominicus Thuilier.

[16]) Petrus le Courtiller.

[17]) Amatus de Fonte.

[18]) Antonius Parent.

[19]) Petrus le Vasseur. Cfr. supra, p. 307.

[20]) Ioh. Brutel.

[21]) Petrus le Courtiller.

[22]) Annis 1523-1528, Iohannes Landry abbas fuit Grandis Campi, in dioecesi olim Carnutensi, nunc Versailensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 553. Antecessor eius fuit Ioh. Tully-Lefèvre (1513-1523).

[23]) Amatus de Fonte.

[24]) Ioh. Fretel. Cfr. supra, p. 5, n. 17.

rum nostrorum, ne iugum grave quod non imposuerunt Patres nostri, potius videlicet scandalosum quam meritorium imponere conspiciatur.

Item, Capitulum ordinat quod fiat commissio Rdis Patribus de Silleyo et Sti Iohannis de Falesia [25]), ad iterum visitandum et reformandum monasterium de Ardena, et potissimum ad prosequendum expensis Ordinis processum in oppido Cadoniensi in causa novitatis contra Rdum Patrem Camerae Fontis [26]), per personam Abbatis ipsius monasterii inobedientis, contributionesque per nos ordinatas persolvere recusantis.

Item, Capitulum annuit fratrem Bertrandum de Gugny recipi in Religiosum monasterii Gaudii Vallis, et hoc interveniente consensu Religiosorum ipsius monasterii, et quod retroactis temporibus intervenit consensus eiusdem et quod semel placuit, amplius displicere non potest; et quod ab obedientia monasterii sancti Martini Laudunensis absolutus fuit; attamen si in hoc actu et negotio litigium et quid dubii intervenerit, id per deputatos Ordinis rite et iuridice discutietur.

Item, visis informationibus per Rdum Patrem Sanctae Mariae in Nemore [27]), Capitulo Generali praesenti et exhibitis super vita et moribus fratris Georgii Nemery, monasterii Sanctae Crucis Metensis, rite, iuridice et canonice factis, qui satanico ausu abusus est, eo quod presbiterii ordine minime decoratur, Missarum solemnia pluries celebrare et exercere attentavit, in non minimum ipsius Ecclesiae et Ordinis nostri dedecus, scandalum et populi deceptionem, monasterium videlicet proprium deserendo et sic excommunicationem et irregularitatem incurrendo, Capitulum volens maliciis hominum obviare, ut poena cedat caeteris in exemplum, attento quod pluribus aliis criminibus irretitus est, decernit quod citius quam fieri poterit, ad monasterium Sti Martini Laudunensis adducatur, etiam invocato ad hoc, si opus fuerit, brachii saecularis auxilio, ibidem videlicet per triennium carceribus mancipandus, et ter in septimana pane et aqua victurus; quo triennio elapso, visa eius poenitentia et patientia, Capitulum cum ipso (prout visum fuerit) misericorditer dispensare poterit.

Item, Capitulum annuit supplicationi Rdi Patris de Blanchalanda [28]) et eius Conventus, requirentium, quod attento prospero regimine ipsius

[25]) Guil. Paris. Cfr. supra, p. 248, n. 24. Annis 1521-1540, Iohannes de Glatigny abbas fuit S. Iohannis de Falesia, in dioecesi, olim Sagiensi, nunc Baiocensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 43.

[26]) Amatus de Fonte.

[27]) Dom. Thuilier.

[28]) Annis 1514-1527, L. Mulot. Cfr. supra, p. 102, n. 14.

Abbatis, et quod fere laudabili industria plura bona mobilia et immobilia ipsi monasterio comparatis, annuatim pro salubri remedio animae suae amicorumque suorum ac [222] benefactorum ipsius Ecclesiae, duo obitus solemnes celebrentur, prout in litteris nobis exhibitis plenissime continetur.

Item, ratificat contractum amicabilem initum inter nobilem virum Franciscum de Beler, dominum temporalem de Beynez et Abbatem et Conventum Beatae Mariae Loci-Restaurati [29]), ratione bonorum quae ad ipsum monasterium iure successionis parentum fratris Bartholomaei de Beynez, eiusdem Monasterii Religiosi, pertinere possunt. Et hoc iuxta secundum tenorem litterarum desuper confectarum, quibus nostrae litterae affiguntur.

Item, visis informationibus per Rdos Patres monasteriorum Belli-Loci [30]) et de Moncellis [31]) factis super vita et moribus fratris Guydonis Adzet, Bassi-Fontis Supprioris, quibus nobis eumden crimine ebrietatis assidue contaminari constitit sufficienter, et quod sua levitate et negligentia aliqua, Eucharistia super terram quadam die cecidit; Capitulum consideratis considerandis, suae ebrietatis praetextu eumdem officio Supprioris claustralis quo decorabatur reddit privatum, et ipso facto ab officio absolvit. Quo vero ad negligentiam casus ipsius Eucharistiae, remittit ipsum ad proprium monasterium poena in Statutis decisa puniendum.

Item, Capitulum delegat praedictum Patrem de Moncellis [32]) ad onstituendum qumdam Religiosi (sic !) praefati monasterii in Priorem laustralem eiusdem monasterii, ipsum, qui nunc est, ab officio certis de causis et rationabilibus absolvendo.

Item, super supplicatione facta per Rdum Patrem de Silleyo [33]), requirentem fratrem Antonium Brossart, Religiosum monasterii de Lucerna per nos ad monasterium suum emissum ad aliquod aliud Ordinis nostri monasterium emitti; Capitulum certis de causis consideratis, ad monasterium Sti Iohannis de Falesia eumdem usque ad revocationem duxit emittendum, ibidem regulariter victurum.

Item, annuit Capitulum quod fiant litterae orationum pro generoso

29) Petrus de Haultdecœur. Cfr. supra, p. 6, n. 38.

30) Annis 1514-1527, Iohannes Huchier abbas fuit Belli Loci = Beaulieu, in dioecesi Trecensi = Troyes. Cfr. N. Bachmund, *Monasticon*, II, p. 483.

31) Petrus Adeline. Cfr. supra, p. 211, n. 42.

32) Idem.

33) Gulielmus Paris. Cfr. supra, p. 248, n. 24.

et nobili viro Amato de Sarrebrouch Braniensi et Rocey, eiusque conthorali. Pariformiter pro generosa et nobili domina de Montbazon, in ampla videlicet et bona forma, etiam cum clausula Adiicientes.

Item, Capitulum decrevit quod reformetur et corrigatur decretum Capituli Generalis priscis temporibus decisum, tamquam male in scriptura narratum et vitiosum, super quibusdam pecuniis per Rdum Patrem piae memoriae Abbatem Sti Martini Laudunensis [34]), nuper defunctum, Ordinis praetextu redditus redibilis datis; quod decretum describetur in bona forma et stilo debito.

Item, intellecta supplicatione nobis per fratrem Bertrandum de Gugny [35]) facta, requirentem R. Patrem monasterii Gaudii Vallis [36]) per nos moneri ad certam pecuniae summam eidem persolvendam; Capitulum, attento quod pacta sunt servanda, decidit et praecipit iam dicto Rdo Patri ipsam summam praedicto fratri persolvere [223], prout in obligatione cuiusdam cedulae apostolicae persolvere fideliter promisit.

Item, supplicatio Capitulo Generali ex parte Electi monasterii Cuissiacensis [37]) Conventus eiusdem exhibita continebat, quatenus paupertate, anfracta litium, et multis debitis attentis quibus nunc agitatur et gravatur, ipsum monasterium pro hoc anno eisdem remitteretur tallia ordinaria Ordini debita cum adiunctione Procuratioris Ordinis ad manutenendum processum ad suppremum Senatum regium, evocatum in personam Revmi Patris Praemonstratensis [38]), super materia electionis ipsius monasterii. Insuper quod per ipsum Capitulum duo aut tres Praelati Ordinis delegarentur cum quibusdam aliis secularibus Iudicibus Assessoribus ad cognoscendum de confirmatione electionis de persona fratris Balduini Hardy, eiusdem monasterii Religiosi expresse factae. Capitulum itaque supplicationi praefatorum satisfacere cupiens, cuilibet articulo eorumdem sigillatim sic duxit respondendum.

Imprimis, quantum ad remissionem talliae ordinariae, diffinit quod pro nunc Ordo prostergatur et gravatur in multis, et ideo petitioni ipsorum annuit minime. Quod vero ad adiunctionem Procurationis

[34]) Ioh. Boucquet.

[35]) Bertrandus de Gugny, abbas electus Gaudii Vallis, nunquam abbatiam suam rexit. Electus a. 1505; annis autem 1505-1509, abbatia possidebatur ab abbate commendatario, Bernardo de la Vernade. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 556.

[36]) Ioh. Brutel.

[37]) Anno 1524, Amatus de Fonte, iam abbas Camerae Fontis, electus erat abbas Cuissiacensis. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 498.

[38]) Iac. de Bachimont.

Ordinis in manutentione processus ad supremum Senatum evocati, ordinat quod fiant litterae missivae ad praestantissimum Dominum Cancellarium et ad ipsum aequissimum et honorandum Senatum, quatenus dignentur remittere partes ad Iudices Ordinis, insequendo Privilegia ipsius Ordinis, quarum litterarum expeditionem Procurator Ordinis sollicitabit cum exhibitione Privilegiorum ipsius Ordinis.

Quantum denique ad delegationem Praelatorum qui habeant, authoritate Capituli, cognoscere de confirmatione aut informatione electionis ipsius monasterii; decidit quod primitus et ante omnia videantur et audiantur causae recusationis, quia Rmus Pater Praemonstratensis se submittit iudicio Capituli Generalis aut Iudicibus per ipsum Capitulum delegatis, si dictus Electus et Conventus ipsius monasterii Cuissiacensis velint abrenuntiare appellationi per ipsos interiectae ad Curiam Parlamenti contra privilegia ipsius Ordinis.

Item, et pro causis noviter emergentibus quae Capitulum expectare non possunt, Capitulum ordinat Patres-Abbates, convocatis secum nonnullis vicinioribus Praelatis, quibus dat authoritatem ordinandi, diffiniendi, et statuendi quae necessaria et opportuna videbuntur, et ea sigillo Capituli Generalis sigillandi.

Item, Capitulum ordinat quod in curte des Rendes, ad monasterium de Seriaco spectante, de caetero quidam Religiosus eiusdem monasterii pro servitio divino celebrando ad nutum proprii Praelati sui revocabilis deputetur; et ille qui nunc in ipsa curte est, videlicet frater Iacobus le Faye, ad monasterium ipsum revocetur, ibidem ea quae per Visitatorem a paucis diebus citra ordinata sunt, opere completurus; nec curtes seu firmae Ordinis in futurum in titulum conferantur, ac [224] titularia reputentur. Attamen si hac in materia aliquod dubium intervenerit, Capitulum delegat Rdum Camerae-Fontis [39]), qui omnia authoritate Capituli tractare et diffinire poterit.

Item, Capitulum delegat R. Patrem Vallis secretae [40]), ad se informandum super commodo aut incommodo cuiusdam Tractatus initi inter Abbatem et Conventum monasterii Vallis- serenae [41]), et praedictos Abbatem et Conventum Loci-Restaurati [42]), de permutatione et

[39]) Amatus de Fonte.

[40]) Benedictus de Corbie.

[41]) Quisnam abbas fuerit abbas Vallis serenae hoc anno non constat. Nicolaus de Maucrois abbas dicitur usque ad a. 1521; inde vero ab a. 1538, Athiotus Bonnard abbas est. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 539.

[42]) Petrus de Haultdecœur

commutatione decimarum in terris de Bonneil, ad praefatos Abbatem et Conventum Vallis-serenae spectantium pro Curte seu Firma des Essars, ad ipsum Abbatem et Conventum Loci Restaurati spectante; cuius fideli audita relatione, Capitulum tandem ipsum Tractatum confirmare aut infirmare poterit.

Item, Capitulum ratificat resignationem factam per fratrem Iohannem de Crouchy, Religiosum monasterii de Ressonio expresse professum fratri Iohanni le Scellier, eiusdem monasterii Religioso, de beneficio de Boisenne, a praefato monasterio dependente, iuxta et secundum tenorem litterarum apostolicarum, et cum persolutione annuae pensionis octoginta librarum Turonensium per Sedem Apostolicam admissae; quam pensionem volumus ipsum Scellier eidem cedenti annuatim persolvere, et ad id astringi, et hoc sub poenis et censuris Ordinis.

Item, Capitulum delegat Rdos Patres Camerae Fontis [43]) et Gaudii Vallis [44]), et quemlibet eorum in solidum, ad cognoscendum plenarie etiam usque ad sententiam diffinitivam inclusive super controversia mota et existente inter ipsos fratres ne habeant de caetero praefatam controversiam coram Iudicibus saecularibus tractare, sed coram ipsis tamquam Vicariis deputatis, cogere poterunt; et hoc Statutorum nostrorum tenorem insequendo.

Item, ordinat Capitulum quod fiant litterae missivae ad Rdum Patrem de Ressonio [45]) destinandae, quatenus dignetur inducere praelibatos Religiosos ad praescriptam Ordinis decisionem exequendam cum commendatione praenominati le Scellier et Procuratoris Ordinis in Civitate Parisiensi.

Item, annuit Capitulum petitioni ipsius Rdi Patris de Ressonio [46]), supplicantis quatenus amodo futuris et perpetuis temporibus annuatim servitium solemne pro salutari remedio animae suae in ipso monasterio celebretur, vita videlicet ipsius comite cum decantatione Missae de Spiritu Sancto; et post obitum suum cum cantatione Missae de defunctis; et hoc attento prospero et laudabili regimine suo, et quod ipsum monasterium multis annuis pensionibus et aliis pluribus debitis exoneravit; attamen si interveniat consensus sui et sanioris partis Capituli et Conventus.

[43]) Amatus de Fonte.

[44]) Ioh. Brutel.

[45]) A. 1524, iuxta N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 561, Bernardinus de Vauldray erat abbas commendatarius Ressoniensis.

[46]) Idem.

Item, visis oppositionibus factis per Rdos Patres monasteriorum Sancti Martini Laudunensis [47]), Sancti Petri Selincurtensis [48]) et de Seriaco in pratis [49]) et per Conventus eorumdem, qui se directe opponunt decreto Capituli generalis anno elapso deciso [50]), volentes et contendentes quod vacantibus Ecclesiis nostri Ordinis, Patres-Abbates earumdem Ecclesiarum et non Capitula seu Priores [225] ipsarum habebunt et ordinabunt administrationem tam in spiritualibus quam in temporalibus; ..... Praemonstratensi possessione et debito privilegio ....., Capitulum diffinit, attento quod ..... insufficienter, non esse congregationem, et quod .....; ideo quod hoc decretum in futuro Capitulo remittetur mature decidendum.

Item, et in omnibus causis appellationis, quae a Revmo Patre Praemonstratensi interici poterunt, Capitulum delegat Patres-Abbates, vocatis una cum ipsis Reverendis Vallis-secretae [51]), Hermeriarum [52]) et Carthovorensis [53]) monasteriorum Abbatibus, qui commode authoritate ipsius, omnia et singula tractare, concludere et diffinire poterunt quae tractanda, concludenda et diffinienda iuridce videbuntur.

Item, attenta maxima charitate temporis nunc in multis locis instante, Capitulum remittit Antonium Carette, Religiosum monasterii de Ressonio ad proprium monasterium, sine restitutione tamen pristinorum honorum; eo tenore si Rdus Pater ipsius monasterii recipere voluerit; quod si non, Capitulum ordinat quod Altissimo famuletur usque ad revocationem et moram trahat in monasterio de Marchasio Radulphi, dummodo Abbatem ipsius monasterii [54]) gratiosum receptorem repererit. Quod si non, Capitulum remittit ipsum fratrem ad monasterium Capellae ad Plancas, ad quod nuper per Revmum Patrem Praemonstratensem emissus fuit.

Item, fiant litterae missivae ad Rdum Patrem monasterii de Ardena [55]), sibi notificando quod Capitulum aegre tulit suam rebellionem

[47]) Ioh. Boucquet.

[48]) Ioh. Fretel.

[49]) Ioh. Gambier.

[50]) Cfr. supra, p. 305.

[51]) Benedictus de Corbie.

[52]) Annis 1521-1533, Iohannes II du Saussey abbas fuit Hermeriarum, in dioecesi, olim Parisiensi, nunc Meldensi = Meaux. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 508.

[53]) Antonius Parent.

[54]) Bertinus Domin. Cfr. supra, p. 247, n. 10.

[55]) Annis 1524-1540, Thomas de Chauvay abbas commendatarius erat Ardenae, in dioecesi Baiocensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon, III*, p. 35.

in sollutione collectae noviter impositae Beneficiatis pro defensione Iurium et Privilegiorum Ordinis. Et ad prosecutionem processus et reformationem monasterii sui delegavit Rdos Patres de Silleyo [56]) et de Falesia [57]); nihilominus quia Capitulum posuit fines suos pacem, commisit Rdo Patri de Seriaco in pratis [58]) omnimodam potestatem componendi et transigendi cum persona sua, monendum dictum Rdum Patrem et exhortando ut non discedat ab unione Ordinis.

Visitatores anni praesentis continuati sunt in ipso officio, prout in anno praecedenti.

Sic signatum. Ita est fr. N. de Herissart, Ordinis scriba consistorialis, cum parafo.

Accipe etiam hanc cum originali, quod Praemonstrati extat, hac die 2a Ianuarii 1662, concordem copiam et pro me ora.

fr. Gregorius du Crocq, Secretarius [59]).

[56]) Guilelmus Paris.

[57]) Ioh. de Glatigny.

[58]) Ioh. Gambier.

[59]) Cfr. supra, p. 13, n. 89.

25

1525

(Ms. Laon, 538, pp. 226-228).

[226] Acta et Diffinitiones Capituli Generalis, Ordinis Praemonstratensis, anno Domini millesimo quingentesimo quinto, mense vero Maii, die decima quarta et sequentibus diebus, in monasterio Sancti Evodii de Brana, eiusdem Ordinis.

Nomina Praelatorum in praefato Capitulo comparentium :

Dominus Iacobus, sacrae Theologiae Professor, Praemonstratensis et Branensis monasteriorum Abbas [1]).

Sancti Martini Laudunensis [2]).
Cuissiacensis, sacrae Theologiae professor [3]).
Carthovorensis [4]).
Camerae Fontis [5]).
Vallis-Serenae [6]).
Dei-Loci [7]).

Subscripti praestiterunt obedientiam

Cuissiacensis [8]); Dei Loci [9]).

Imprimis ordinatum est quod omnes Praelati hoc anno propter eorum paucitatem erunt diffinitores.

Item, Missas celebrari consuetas, primam Dei-Loci [10]); 2am ..., 3am monasteriorum (sic !) Abbates celebrabunt.

[1]) Iac. de Bachimont. Cfr. supra, p. 6, n. 33. Abbas generalis inde ab anno 1513.

[2]) Ioh. Boucquet. Cfr. supra, p. 310, n. 2.

[3]) Amatus de Fonte, abbas Cuissiacensis anno 1524-1530. Cf. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 498.

[4]) Antonius Parent. Cfr. supra, p. 222, n. 10.

[5]) Annis 1524-1536, Aegidius le Tavernier abbas fuit Camerae-Fontis = Chambre-Fontaine, in dioecesi Meldensi. Cf. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 489.

[6]) Nomen huius abbatis ignoratur.

[7]) Stephanus Parigot. abbas fuit annis 1525-1536 in Dei Loco = Dilo, in dioecesi Senonensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 501.

[8]) Amatus de Fonte.

[9]) Stephanus Parigot.

[10]) Idem.

Item talliarum receptores erunt Prior Praemonstratensis et Prior Scholarium [11]).

Item, compotorum auditores erunt Patres-Abbates et caeteri alii Praelati qui eisdem interesse voluerint.

Item, Capitulum ratum gratumque habet contractum initum inter Rdum Patrem Sancti Martini Laudunensis [12]), Religiososque eiusdem monasterii ex una, et discretum virum Magistrum Petrum Lorisse, advocatum regium in civitate Laudunensi partibus ex alia, de quodam ligno Le Rond-Bois vulgariter nuncupato, iuxta videlicet curtem de Calvomonte situato. Et iuxta et secundum tenorem litterarum desuper confectarum quibus nostrae praesentes annectuntur.

Item, Capitulum ratificat collationem Capellae capellaniae de Curte de Chamoussy per praefatum Rdum Patrem et eius Conventum fratri Reginaldo Voisse, eiusdem monasterii Religioso expresse professo, propter merita eius factam. Consimiliter, etiam assignationem certorum reddituum super fructibus ipsius monasterii, vita comite ipsius percipiendorum in consignationem Regularis victus et vestitus per Rdos Abbatem et Conventum factam confirmando.

Item, annuendo supplicationi Rdi Patris Carthovorensis [13]), et eius Conventus, Capitulum confirmat quamdam amicabilem compositionem inter ipsos factam ex una, et generosum virum Nicolaum de Connam partibus ex altera, super exoneratione quorumdam Iurium super lignis et nemoribus ipsius monasterii ad iam dictum nobilem Nicolaum spectantium, et pro semper [227] facta, iuxta et secundum tenorem litterarum desuper confactarum.

Consimiliter, Capitulum annuit praefato nobili viro et eius conthorali litteras orationum etiam cum clausula Adicientes attenta videlicet benevola et pia affectione qua prosequitur Ordinem.

Item, de gratia speciali Capitulum admittit fratrem Petrum Senalle, Religiosum monasterii Cuissiacensis expresse professum in Vicarium perpetuum Ecclesiae parochialis de Disiaco [14]), sine tamen derogatione privilegiorum Apostolicorum eidem monasterio Cuissiacensi factorum, et hoc ad intercessionem Rdi Patris [15]) et Conventus eiusdem monasterii.

11) Petrus le Vasseur. Cfr. supra, p. 307.

12) Ioh. Boucquet.

13) Antonius Parent.

14) Le Gras-Dizy erat paroecia incorporata monasterio Cuissiacensi. Cfr. N. Backmund, Monasticon, II, p. 496.

15) Amatus de Fonte.

Item, Capitulum delegat Rdum Patrem Cuissiacensem ad exequendum cum effectu decisionem anno elapso capitulariter factam fratris Bertrandi de Gugny [16]), iure et forma quibus in hoc negotio melius agere poterit, etiam usque ad sententiam diffinitivam inclusive,

Item, attento laudabili regimine fratris Antonii Quermette, quo rexit se in monasterii Capellae ad plancas, ad quod per nos fuerat emissus, Capitulum remittit ipsum ad monasterium proprium de Ressonio, ibidem videlicet regulariter victurum, prout in anno praecedenti decisum fuerat iuridice decisum; etiam ipsum fratrem ad pristinos honores restituendo; attamen eo tenore quod frater Antonius Gentelot nunc in ipso monasterio de Ressonio moram trahens, ad praefatum monasterium suum nativum de Capella ad plancas regressum habebit.

Item, quia gloriosus Deus in Sanctis suis, Capitulum diffinit quod amodo annuatim futuris et perpetuis temporibus fiat duplex festum in toto Ordine de divo Ioseph, sponso intemeratae Virginis Mariae, sancto et nobili viro. Pariformiter, de Beata Virgine Barbara et Martyre, in diebus eorum pro festis in Calendario fixis. Ut eorumdem piis meritis et precibus semper apud ipsum Ordo ipse perpetuo protegatur.

Item, quia in anno praecedenti coram Capitulo Generali [17]), Rdus Pater Generalis promiserat se soluturum quamdam summam pecuniae fratri Bertrando de Gugny; de qua quidem summa nunc restant quadraginta libras. Ut itaque verba intelligantur cum effectu, Capitulum decernit ut isdem Rdus Pater praefato fratri Bertrando de antedicta summa infra festum divi Iohannis Baptistae proxime venturum satisfaciat et ad id cogatur sub poenis et censuris Ordinis.

Consimiliter, quoad plenariam cognitionem cuiusdam alterius controversiae inter ipsas partes existentis, Capitulum fines suos pacem ponere cupiens, delegat Rdos Patres Praemonstratensem [18]), et Sancti Martini Laudunensis [19]), et quemlibet eorum in solidum, advocantem secum Priorem Praemonstratensem, ad cognoscendum videlicet ad amussim de ipsa controversia etiam usque ad sententiam diffinitivam inclusive.

[228] Item, Capitulum annuit quod frater Balduinus Hardy, monaste-

16) Electus abbas Gaudii Vallis, anno 1505; nunquam abbatiam vere regere valuit; eo quod abbas commendatarius, de la Vernade, abbatiam occupabat. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 556. — Cfr. supra, p. 315.

17) Cfr. supra, p. 314.

18) Iac. de Bachimont.

19) Ioh. Boucquet.

rii Cuissiacensis Religiosis expresse professus, olim in Abbatem ipsius monasterii Cuissiacensis electum [20]), ita ipsius comite, primam sedem in Choro, nec non primam sedem et vocem post Abbatem obtineat. Et pariformiter, omnes electi Ordinis qui de consilio et assensu Revmi Patris Praemonstratensis aut Capituli Generalis Iuri suo libere cedent, ut in hoc honestati et honori videlicet eorumdem et Ordinis aliqualiter consulatur.

Insuper, assentit de consensu Rdi Patris Cuissiacensis [21]), et eius Conventus, quod detineat quamdam domum in civitate Laudunensi existentem ad ipsum monasterium spectantem, eo videlicet tenore quod in ipsa domo reservabitur quaedam camera et quoddam hospitium in qua iam dictus Abbas et Religiosi ipsius monasterii hospitari valebunt totiens quotiens ad ipsam civitatem Laudunensem conveniant.

Postremo, decident quod isdem Electus eximatur ab obedientia Rdorum Patrum Sancti Martini Laudunensis et Camerae Fontis [22]), quamvis de aliquibus beneficiis regularibus a praefatis monasteriis dependentibus praedictis, videlicet Patribus consentientibus, iuste canoniceque provisus fuerit.

Item, cupiens misericordiam iustitiae rigori praeferre, remittit Rolandum Le Moyne [23]) (antehac certis de causis ad monasteria Sancti Iohannis de Falesia et de Bellosanna missum) ad proprium videlicet monasterium suum de Lucerna, eo praetextu quod si Rdus Pater eiusdem monasterii [24]) difficultatem quamdam fecerit in sui receptione, providebit eumdem cum aliquo Beneficio praefati monasterii ut sibi invicem sublevamen et mutuum solatium conferre queant.

Item, et pro causis noviter emergentibus, Capitulum delegat Patres-Abbates, modo et forma prout in anno praedecenti.

Sic signatum : Ita est. Frater N. de Herissart, Ordinis scriba consistorialis cum parafo.

Et si lector nolit concordiam huius copiae cum originali suo credere nec videat syngrapham transsumentis, eam accipiat.

Hac die 3a Ianuarii 1662.

fr. Gregorius du Crocq, Ord. Secretarius [25]).

[20]) Anno 1524, Balduinus Hardy electus fuerat abbas Cuissiacensis; numquam vere, qua talis, confirmatus. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 498.

[21]) Amatus de Fonte.

[22]) Ioh. Boucquet; Aegidius le Tavernier.

[23]) De ipso actum erat in Capitulo generali a. 1522. Cfr. supra, p. 298.

[24]) Franciscus Caignon. Cfr. supra, p. 108, n. 83.

[25]) Cfr. supra, p. 13, n. 89.

1526

(Ms. Laon, 538, pp. 228-235)

[229] Acta et Diffinitiones Capituli Generalis, Ordinis Praemonstratensis, in praenominato monasterio Praemonstratensi celebrati, anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo sexto, mensis vero Aprilis die penultima diebusque sequentibus.

Nomina Praelatorum in praedicto Capitulo personaliter comparentium:

Dominus Iacobus de Bachimont, sacrae Theologiae Professor, monasteriorum Praemonstratensis et Branensis Abbas [1]).

Iohannes Sancti Martini Laudunensis et Viromandensis monasteriorum Abbas [2]).

Floreffiensis, sacrae Theologiae Professor [3]).
Cuissiacensis, sacrae Theologiae Professor [4]).
de Moncellis [5]).
Loci Restaurati [6]).
Grandis Campi [7]).
de Silleyo [8]).
de Carthovoro [9]).
Sti Iusti Bellovacensis [10]).
Viconiensis [11]).
Sancti Mariani Altissiodorensis [12]).
Bellae Vallis in Argona [13]).
Domni-Martini [14]).

1) Iacobus de Bachimont, Cfr. supra, p. 6, n. 33. Abbas generalis inde ab ano 1513.

2) Iohannes Boucquet. Cfr. supra, p. 310, n. 2.

3) Godefridus Martini. Cfr. supra, p. 222, n. 3.

4) Amatus de Fonte. Cfr. supra, p. 319, n. 3.

5) Petrus Adeline. Cfr. supra, p. 211, n. 42.

6) Annis 1525-1551, Antonius Claret abbas fuit loci Restaurati, in dioecesi, olim Suessionensis, nunc Belvacensis. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 515.

7) Iohannes Landry abbas fuit Grandis Compi (= Grandchamp) in dioccesi, olim Carnutensi (= Chartres), nunc Versaliensi. Cfr. N. Backmund, *Monastiron*, II, p. 553.

8) Gulielmus Paris. Cfr. supra, p. 248, n. 22.

9) Antonius Parent. Cfr. supra, p. 222, n. 10.

10) Annis 1522-1533, Nicolaus Boucher abbas fuit Sancti Iusti, in dioecesi Belvacensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 566.

11) Iohannes le Bracq. Cfr. supra, p. 195, n. 20.

12) Nicolaus Joannis. Cfr. supra, p. 20, n. 35.

13) Iohannes Collard. Cfr. supra, p. 57, n. 33.

14) Annis 1525-1540, Petrus du Bus abbas fuit Domni Martini, in dioecesi, olim Ambianensi, nunc Atrebatensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 551.

Calvi-Montis [15]).
de Ardena [16]).
Vallis Christianae [17]).
Insulae Dei, in sacra pagina licentiatus [18]).
de Seriaco in pratis [19]).
Sancti Foillani [20]).
Bona-Spei [21]).
Montis-Dei [22]).
Dei-Loci [23]).
de Bellosanna [24]).
Sanctae Mariae in Nemore [25])

Subscripti praestiterunt obedientiam :

Sancti Iusti [26]); Vallis Christianae [27]); Insulae Dei [28]); de Ardena [29]); Domni Martini [30]); de Bellosanna [31]); Loci Restaurati [32]); Sancti Foillani [33]).

Imprimis ordinatum est quod omnes Praelati hoc anno erunt diffinitores. Item, Missas celebrari consuetas, primam Domni-Martini [34]);

15) Gobertus Cousin. Cfr. supra, p. 285, n. 11.

16) Thomas de Chauvay abbas fuit Ardenae, in diociesi Baiocensi, annis 1523-1540. Cfr. N. Bavkmund, *Monasticon*, III, p. 35.

17) Inde ab anno 1525, Petrus Boschet abbas fuit Vallis Christianae, in dioecesi Suessionensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 534.

18) Anno 1525, Virgilius de Limoges abbas fit Insulae Dei, in dioecesi, olim Rothomagensi, nunc Ebroicensi. Anno 1531, fit abbas Praemonstratensis et Dominus Praemonstratensis. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 45.

19) Iohannes Gambier. Cfr. supra, p. 286, n. 20.

20) Annis 1521-1549, Petrus Maurage abbas fukit S. Foillani Rodiensis = St.-Feuillien-du-Rœulx, in dioecesi, olim Cameracensi, nunc Tornacensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 397. — Contra ipsum abbates circariae Brabantiae postea contestationes acres moverunt. Cfr. P. E. Valvekens, *Een Premonstratenzerabdij in het begin der Zestiende Eeuw* in *Anal. Praem.*, XII, 1936, pag. spec. p. 56, n. 16.

21) Iohannes Cornu. Cfr. supra, p. 5, n. 22.

22) Johannes Ferey. Cfr. supra, p. 174, n. 21.

23) Stephanus Parigot. Cfr. supra, p. 319, n. 7.

24) Annis 1522-1539, Michael Lelong abbas fuit Bellosannae, in dioecesi Rothomagensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 40.

25) Dominicus Thuilier. Cfr. supra, p. 70, n. 39.

26) Nicolaus Boucher.

27) Petrus Boschet.

28) Virgilius de Limoges.

29) Thomas de Chauvey.

30) Petrus du Bus.

31) Michael Lelong.

32) Antonius Claret.

33) Petrus Maurage.

34) Petrus du Bus.

2am Sancti Iusti prope Belvacum [35]); 3am Vallis Christianae [36]) monasteriorum Abbates celebrabunt.

Item, Capitulum delegat Priorem Praemonstratensem, assumpto secum Priore Scholarium [37]), ad tallias ordinarias recipiendum.

Item, excusationes Praelatorum in ipso Capitulo personaliter non comparentium recipient Sancti Mariani Altissiodorensis [38]) et Insulae Dei [39]), in sacra pagina licentiati, monasteriorum Abbates.

Item, compotorum Auditores erunt Patres-Abbates et caeteri alii Praelati qui eisdem interesse voluerint.

Item, audita relatione Revmi Patris Praemonstratensis [40]), et desuper quadam amicabili compositione facta per ipsum et eius Conventum, Sancti Evodii ex una, et Regulares viros et Conventum Sanctae Crucis Offemontensis, Ordinis Sancti Coelestini, partibus ex altera, super quadam videlicet relaxatione certae quantitatis granorum ipsis fratribus Sanctae Crucis per iam dictos Religiosos Sancti Evodii debitorum, Capitulum consideratis considerandis, attento quod isdem tractatus cedit in maximum commodum ipsius Ecclesiae Sancti Evodii, prout nobis litteraliter luce clarius constitit, confirmat et approbat eamdem amicabilem compositionem modo et forma, prout in litteris desuper confectis continetur.

Item, Capitulum annuit Rdo Patri Insulae Dei [41]), in sacra pagina licentiato, [230] litteras directas ad Praelatos et Beneficiatos nostri Ordinis ad requirendum gratificationem vel caritativum subsidium pro suo magisterio Theologiae adipscendo, eo videlicet tenore, prout quinquennio citra Patri Gaudii Vallis [42]) fuerat concessum.

Item, Capitulum saluti fratris Petri Berenger, Religiosi monasterii de Seriaco in pratis expresse professi consulere cupiens, attento homicidio voluntario antehac per ipsum perpetrato; in horrorem tanti criminis, ne facilitas veniae incentivum praebeat delinquendi, decidit eundem in proprio suo monasterio suo praedicto de caetero sub Regulari disciplina victurum; verumtamen quantum ad Sacerdotii executio-

35) Nicolaus Boucher.
36) Petrus Boschet.
37) Petrus le Vasseur. Cfr supra, p. 307.
38) Nicolaus Johannis.
39) Virgilius de Limoges.
40) Iac. de Bachimont.
41) Virg. de Limoges.
42) Ioh. Brutel. Cfr. supra, p. 299; 302, n. 4.

nem ad tempus reddendo suspensum, non obstantibus certis Bullis a Poenitentiario Lummi Pontificis super hoc in contrarium impetratis.

Item, pro manutentione et conservatione Iurisdictionis et Privilegiorum Ordinis, Capitulum delegat, creat et nominat usque ad revocationem Rdum Patrem Insulae-Dei [43]), in sacra pagina Licentiatum, Vicarium Ordinis in Circaria Normanniae, salvis tamen Iuribus in hac parte Patrum-Abbatum et Praelatorum. Cui dat authoritatem cognoscendi de causis et querimoniis tam Praelatorum quam Religiosorum. Et potissimum ad Curiam saecularem recursum habentium, et querimoniam eorumdem terminandi; necnon ipsos puniendi, seu incarcerandi, prout opus fuerit et ordo postulabit rationis.

Item, attenta salutari poenitentia, contritione et patientia fratris Gregorii Nemery, Religiosi monasterii Sancti Crucis Metensis [44]), qui anno Domini 1524, per nos ad triennium poena carceris Ordinis in monasterio Sancti Martini Laudunensis puniri fuerat condemnatus; Capitulum cum ipso volens misericorditer dispensare et agere, ad aliquod nostri Ordinis monasterium ad triennium, ex nunc prout ex tunc, eumdem duxit emittendum, eum insuper de carceribus Ordinis in quibus detinetur eiiciendo et liberando; per proprium tamen Abbatem Rdo Patri Sancti Martini [45]) prius solutis quadraginta librarum Turonensium factis in ipsis carceribus.

Item, Capitulum approbat donationem cuiusdam Feudi de la Varnette per Rdum Patrem Domni-Martini [46]), suo Conventui et Religiosis, ad augmentationem suorum vestiariorum factam, iuxta et secundum tenorem litterarum desuper confectarum, dummodo redditus et fructus praefati feudi inter ipsos Religiosos non dividantur particulariter.

Item, honestate, probitate et fidelitate Adriani Heuldeboth attentis, Capitulum acceptat in nuntium Ordinis cum stipendiis assuetis.

Item, visa inquisitione et intellecta relatione Rdi Relatoris Cuissiacensis, in hac parte Visitatoris deputati super vita et moribus fratris Blasii Jourdane, Religiosi expresse professi monasterii Grandis Campi, quibus nobis luce clarius constitit ipsum multis criminibus esse irretitum, et potissimum criminibus inobedientiae, incontinentiae, et blasphemiae, Capitulum praevidens quod isdem frater vivae vocis oraculo [231] sponte et voluntarie infirmitatem vitiorum suorum confessus est,

[43]) Virg. de Limoges.

[44]) Desiderius de St. Dié. Cfr. supra, p. 195, n. 27.

[45]) Ioh. Boucquet.

[46]) Petrus du Bus.

quod iam incarcerationem eidem datam et praeceptam per circulum septem hebdomadarum patienter passus est, speransque quod ubi abundavit delictum, superabundabit et gratia, absolvit ipsum carceribus in quibus detinetur; tamen in aliquo monasterio iam dicti Ordinis poena quindecim dierum gravioris culpae punietur; postremo eundem usque ad revocationem ad monasterium Sancti Petri Selincurtensis remittendum.

Consimiliter, intellecta incontinentia publica fratris Iohannis Piodrac, eiusdem monasterii Religiosi et Curati Sancti Proiecti, iam per praedictum Confratrem nostrum Cuissiacensem moniti; Capitulum secundario monet ipsum quatenus de caetero habeat caste et continenter vivere, alias si recidaverit, tunc Capitulum iuxta et secundum quantitatem sui excessus, condignam poenam eidem imponere conabitur.

Item, Capitulum inhibet omnibus et singulis Praelatis ne attentent dispensare cum Religiosis suis super esu carnium tempore Septuagesimae et Adventus, prout cavetur in Statutis nostris; et hoc non imminente necessitate aut Religiosorum debilitate seu infirmitate.

Pariformiter inhibet ne dispensent cum Religiosis super apostasia et restitutione pristinorum honorum, eo quod in casibus sint inhabiles et careant potestate et authoritate, sed eos ad Capitulum seu Visitatorem aut ad Revdum Patrem Praemonstratensem habeant remittere.

Item, praecipit sub poena inobedientiae omnibus et singulis Praelatis, ut in omnibus et per omnia habeant practicare capitulum de Provisore rerum exteriorum, in Statutis nostris contentum, prout antehac iam per Capitulum fuit decisum.

Item, visis et intellectis informationibus super vita et moribus fratris Petri Aubert, Religiosi monasterii de Silleyo factis, quibus nobis sufficienter innotuit ipsum multis delictis esse contaminatum et potissimum delictis blasphemiae, excommunicationis et periurii, ita quod vita ipsius cadit in opprobrium ipsius monasterii et totius Ordinis, Capitulum, ut poena ipsius cedat in caeteris in exemplum, delegat Rdum Patrem Insulae Dei [47]), in sacra pagina licentiatum, ad se penitus super regimine ipsius fratris informandum; sua informatione iuridice et sufficienter facta, si eundem punitione dignum repererit, ipsi poenam Statutorum, authoritate Capituli, infligere studebit.

Item, super supplicatione facta per Promotorem Ordinis requirentem quatenus Capitulum dignetur interpretari quosdam articulos super

[47]) Virg. de Limoges.

quibus fratres Ordinis nostri in Circariis Floreffiae constituti aliqualiter videntur dubitare; quantum ad primum articulum inquirentes, An proprietatis vitio careant, quod temporibus intuiti boni — ut arbitrabatur —; utpote, ad sedandum murmurationis malum, quibusdam Ordinis nostri Canonicis assignati fuerint certi redditus annui, ex et de [232] quibus ipsis Canonicis coniunctim uberior Pitanciarum victus aut certa pitantiae portio quovis titulo singulis divisim ministretur; qua pecunia et se commodius vestirent, aut suis usibus necessariis subvenirent; Capitulum diffinit, quod in hoc est abusus et corruptela, et quod de caetero hoc minime est tolerandum [48]).

Item, quod quilibet hebdomadatim habeat quinque aut sex poculos vini, quos quando placet pro suo arbitrio, vel bibit vespere; Capitulum annuit quod tempore Refectionis fratres competentem habeant vini portionem, aut si aliqua portio pro suis recreationibus agendis, quod communiter et non particulariter bibant, et sic quod residuum fuerit, pauperibus aut debilibus seu infirmis erogetur.

Quantum ad secundum articulum de Collatione altarium seu Capellaniarum existentium in Ecclesiis Parochialibus spectantium ad collationem Praelatorum nostri Ordinis. Capitulum ordinat quod futuris temporibus ipsi Praelati et non Religiosi Beneficiati ipsa altaria seu Capellanias conferent, intellecto quod accessorius sequatur naturam sui principalis; attamen si Religiosi Beneficiati aliquid in contrarium huius constitutionis proponere voluerint, anno futuro ad Capitulum Generale per se vel per Procuratorem recursum habebunt, et tunc Capitulum maturo consilio quod iustum et iuridicum fuerit, decidere attentabit.

Ad 3um articulum videlicet an fratres Ordinis nostri obligantur singulis diebus legere Vigilias, et an certis diebus cum tribus lectionibus. Capitulum decidit quod certis temporibus in Ordinario descriptis quod tunc fratres cum novem lectionibus legere tenebuntur; caeteris vero omnibus aliis diebus quoad lecturam ipsarum vigiliarum conformabunt se Ecclesiae Praemonstratensi, omnium Ecclesiarum Ordinis nostri matrici praecipuae.

[48]) In Capitulo generali a. 1517 evulgatum fuit, inter alia, decretum: Vineam Sabaoth. In quo speciatim vita vere communis servanda premitur. Cfr. supra, p. 228. In visitationibus speciali modo de observatine huius decreti indigandum esse decrevit Abbas generalis. Cfr. P. E. Valvekens, *Een Premonstratenzerabdij in het begin der Zestiende Eeuw* in *Anal. Praem.* XII-XIII, 1936-1937, pag. spec. pp. 196-201.

Ad 4um articulum, an parvae Horae Beatae Mariae Virginis sint legendae a quolibet per se infra Octavas alicuius festi solemnis eiusdem Virginis si illis diebus infra dictas Octavas occurrit aliquod festum de quo fuerint horae. Videlicet infra Octavas Nativitatis eiusdem Virginis occurrit Exaltatio Sanctae Crucis; an teneantur legere fratres parvas horas eiusdem Virginis, et sic persolvere lecturam primarum horarum Canonicarum. Capitulum diffinit quod relinquit hoc devotioni fratrum Ordinis.

Ad 5um articulum, an fratres Ordinis nostri teneantur dormire cum parvis caligis, vel non, eo quod non habeatur expresse in Statutis. Determinat Capitulum, quod sic intellecto quod ab initio Ordinis sic observatum fuisse tradat antiquitas.

Ad 6um articulum: an tempore Minutionum possint fratres licite vesci carnibus omnibus quartis feriis, aut non. Capitulum iubet quod non, tempore minutionum generalium Ordinis aut voluntariarum; attamen tempore minutionum quae fiunt necessitatis causa, relinquit Praelatorum discretioni. Postremo, quantum ad modum profitendi in monasterio Cuissiacensi, in quo fratres legunt in sua Professione : Promitto perfectam in Christo, tibi Pater N. secundum Evangelium Christi, Regulam beati Augustini et Statuta Ordinis Praemonstratensis. Capitulum inquit particulam illam « et Statuta Ordinis Praemonstratensis » omnino esse abradendam, ut modum Professionis fratrum in Ordine sit uniformis et conscientiis timoratis consulatur.

Item, fiat commissio specialis pro Rdis Patribus Iustimontis [49]) et Mirae-Vallis [50]), et cuilibet eorum in solidum, ad monendum omnes et singulos Praelatos Ordinis nostri in Circariis Lotharingiae constitutos, quatenus habeant satisfacere pro talliis huius praesentis Capituli et de arreragiis ipsarum talliarum ordinariarum et contributionum Ordini debitarum; et hoc sub poenis et censuris Ordinis.

Item, viso certo appunctamento inito inter Rdum Patrem monasterii Gaudii Vallis [51]) [233], sacrae Theologiae professorem et dilectum nostrum filium fratrem Bertrandum de Gugny [52]), super certa summa pecuniae praetextu annuae pensionis annorum elapsorum eidem fratri super fructribus eiusdem monasterii debita; Capitulum ratificat eum-

[49]) Annis 1521-1541, Iohannes de Hamelcourt abbas fuit Iustimontis, in dioecesi Metensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 84.

[50]) Nicolaus Morizot. Cfr. supra, p. 5, n. 24.

[51]) Michael Coupson, abbas annis 1528-1531. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 556.

[52]) Cfr. supra, p. 314.

dem tractatum modo et forma in ipsis litteris desuper confectis contentis.

Item, fiant litterae orationum pro generosis et nobilibus viris cum suis conthoralibus Philippo de Longueval, domino temporali de Harancourt, et Anthonio de Lameth, consiliario Regio, necnon domino temporali de Pleissier, cum clausula Adiicientes, et hoc ad intercessionem Revmi Patris Praemonstratensis, pariformiter et Rdi Patris Sti Martini Laudunensis [53]).

Item, quia de vivaci confessione coram nobis per fratrem Iohannem de Lannoy, Religiosum monasterii Bonae Spei, factae, didicimus eumdem fratrem tempore insultus guerrarum, proprium habitum dimisisse, et a proprio monasterio et Ordinis nostri dedecus et scandalum; Considerantes itaque quod eodem conflictu instante multa homicidia et innumerabilia mala et crimina commissa fuere, et quod multotiens in eodem statu celebravit; ut poena ipsius cedat caeteris in exemplum, condemnat ipsum ad annum in monasterio Sancti Martini Laudunensis, in carceribus Ordinis esse recludendum, nec non tunc bis in hebdomada pane et aqua victurum.

Item, Capitulum annuit quod de caetero annuis et perpetuis temporibus celebretur in toto Ordine quinta die Maii festum Beatae Monicae matris sanctissimi Patris nostri Augustini: et hoc cum officio unius Electae, et cum novem lectionibus.

Item, Capitulum praecipit fratri Bertrando de Gugny [54]), quatenus infra festum Pentecostes, se transferat ad monasterium Gaudii Vallis, [234] ibidem regulariter victurum, aut ad aliquod aliud monasterium seu beneficium Ordinis, ubi gratiosum receptorem repererit; et hoc, insequendo accordum amicabile a paucis diebus citra inter ipsum Rdum Patrem Gaudii Vallis [55]) et iam dictum fr. Bertrandum factum.

Item, super supplicatione facta per Rdum Patrem Sancti Petri Selincurtensis [56]), facta ad certa facta aliquorum Sanctorum, videlicet Firmini episcopi et martyris, Honorati confessoris et nonnullorum aliorum in suo monasterio celebranda; Capitulum diffinit quod in hoc se conformet suae matrici Ecclesiae Domni- Martini; quod vero ad ipsorum Sanctorum Vigilias ieiunandum, Capitulum dixit Religiosos

[53]) Ioh. Boucquet.

[54]) Cfr. supra, p. 315.

[55]) Mich. Coupson,

[56]) Annis 1524-1544, Iohannes Fretel II abbas fuit S. Petri Selincurtensis, in dioecesi Ambianensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 569.

suos non teneri, et ad eosdem obligare intendit minime. Quod vero in festivitatibus seu Missis illibatae Virginis Mariae ad laudem Angelicam ampliandam, Capitulum relinquit arbitrio suo seu devotioni ipsius et Religiosorum suorum.

Item, in causis noviter emergentibus, quae Capitulum forsan exspectare non possent, Capitulum delegat Patres-Abbates, modo et forma quibus delegavit praeteritis annis.

Item, attenta perfidia et inobedientia fratris Iacobi du Fez, in Curte des Rendus commorantis [57]), quo ad monitum Rdi Patris Cuissiacensis [58]), in hoc actu delegati ad proprium monasterium de Seriaco in pratis redire noluit; Capitulum diffinit quod si apprehendi corporaliter possit, quod ad carceres Ordinis expensis proprii monasterii conducatur.

Item, Capitulum ratum gratumque habet tractatum initum inter dilectos nostros in Christo filios, Thomam Chauney, Religiosum de Ardena et Bertrandum Iohannis, Religiosum Montis Dei, super Iura Patronatus per ipsos in praefato monasterio de Ardena praetensa, sub videlicet beneplacito Sanctissimi Domini nostri Papae facto, modo insuper et tenore in Instrumento publico desuper confecto insertis.

Item, Capitulum delegat Rdos Patres Vallis- Secretae [59]) et Gaudii Vallis [60]), et eorem quemlibet in solidum, ad informandum de quodam tractatu inter Abbatem [61]) et Conventum Camerae Fontis et nobilem virum Franciscum Dominum de Cuissy inito, si huiusmodi tractatus fuerit factus in utilitatem Ecclesiae et dummodo approbetur; Quia, inquisitione facta in tractatum, reperiatur et probetur fuisse in utilitatem dicti monasterii, commitit authoritatem Revmo Patri Praemonstratensi, necnon Rdo Patri Sancti Martini Laudunensis [62]) praedicti Ordinis; authoritate huiusmodi Contractus prout in litteris super dicto contractu confectis continetur confirmandi et authorisandi.

Fiat commissio triennalis pro Abbate Capellensi [63]), ad visitandum

[57]) Abbatia Seriaci possidebat curiam in « Les Rendus » prope civitatem Dieppe. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 569.

[58]) Amatus de Fonte.

[59]) Ignoratur.

[60]) Mich. Coupson.

[61]) Aegidius le Tavernier. Cfr. supra p. 319, n. 5.

[62]) Ioh. Boucquet.

[63]) Annis 1520-1527, Nicolaus Berg fuit abbas Capellae = Spieskappel, in dioecesi, olim Moguntinensi, nunc Fuldensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 135.

et reformandum omnia et singula monasteria Ordinis in Circariis Iveldiae et Wadegotiae constituta, assumpto secum uno Praelato vel Canonico litterato.

Item, fiant litterae missivae ad Senatum Curiae Parlamenti Rothomagensis, eidem inthimando quod Capitulum constituit [235] R. Patrem Insulae Dei [64]), ad monendum sub poenis et censuris Ordinis Abbatem Sancti Iohannis prope Falesiam [65]), quatenus citius quam fieri potuerit, habeat se transferre ad monasterium Praemonstratense ad praestandum et faciendum obedientiam Revmo Patri Praemonstratensi, cui Capitulum commissit potestatem et authoritatem Ordinis dictam obedientiam recipiendi.

Visitatores huiusce praesentis anni illi sunt quingentesimi vigesimi Iveldiae et Vadegotiae : Dominus Capellensis [66]), ad triennium.

Sic signatum : Ita est. fr. N. de Herissart, Ordinis scriba consistorialis cum parapho.

Haec vero copia ex originali hac die quarta Ianuarii anni millesimi sexcentesimi sexagesimi secundi facta, cum eo omnino concordat. Et in fidem sub scribo : frater Gregorius du Crocq, Secretarius [67]).

[64]) Virg. de Limoges.

[65]) Ioh. de Glatigny abbas fuit Falesiae, in dioecesi olim Sagiensi, nunc Boiocensi, annis 1521-1540. Cf. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 43.

[66]) Nicolaus Berg.

[67]) Cfr. supra, p. 13, n. 89.

27

1527

(Ms. Laon, 538, pp. 235-244)

Acta et Diffinitiones Capituli Generalis Ordinis Praemonstratensis, Praemonstrati celebrati anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo septimo, mensis Maii die decimo nona, diebusque sequentibus.

Nomina Praelatorum in praefato Capitulo personaliter comparentium:

Dominus Iacobus de Bachimont, sacrae Theologiae Professor, Praemonstrati et Branensis monasteriorum Abbas [1]).

Sancti Martini Laudunensis [2]).
Cuissiacensis, sacrae Theologiae professor [3]).
Gaudii Vallis, sacrae Theologiae professor [4]).
Septem Fontium in Therascia [5]).
Blancalanda [6]).
Sancti Iohannis iuxta Falesiam [7])
Vallis serenae [8]).
Sancti Pauli Virdunensis [9]).
Buciliensis [10]).
Clari Fontis [11]).
Albae Curiae [12]).
Lisquensis [13]).
Bellae Vallis [14]).
de Longo Vado [15]).

[1]) Iac. de Bachimont. Cfr. p. 6, n. 33. Abbas generalis inde ab a. 1513.

[2]) Annis 1527-1530, Adrianus Pelletier abbas fuit S. Martini Laudunensis. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 512.

[3]) Amatus de Fonte? Cfr. supra, p. 319, n. 3.

[4]) Annis 1525-1531. Michael Coupson, abbas fuit Gaudii Vallis = Joyenval in dioecesi, olim Carnutensi, nune Varsaliensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 556.

[5]) Gerardus? Cfr. supra, p. 254, n. 69.

[6]) Laurentius Mulot. Cfr. supra, p. 102, n. 14.

[7]) Iohannes de Glatigny. Cfr. supra, p. 332, n. 65.

[8]) Nomen abbatis istius ignoratur.

[9]) Franciscus Pseaume. Cfr. supra, p. 266, n. 22.

[10]) Nomen ignoratur.

[11]) Amatus de Fonte.

[12]) Petrus le Courtiller. Cfr. supra, p. 265, n. 3.

[13]) Dominicus Carnisien. Cfr. supra, p. 88, n. 24.

[14]) Iohannes Collard. Cfr. p. 57, n. 33.

[15]) Nomen ignoratur.

de Doa [16]).
Insulae Dei, sacrae Theologiae Professor [17]).
de Seriaco in pratis [18]).
Sancti Iusti Belvacensis [18]).
Vallis secretae [20]).
Flabonis Montis [21]).
Sanctae Mariae in Nemore [22]).
de Marchasio Radulphi [23]).
de Genliaco [24]).
Viromandensis [25]).
Thenoliensis [26]).
Sanctae Andreae in Nemore [27]).

Subscripti praestiterunt obedientiam :

Sancti Martini Laudunensis [28]); de Blancalanda [29]); Flabonis Montis [30]); Abbas de Doa [31]); Sancti Andreae in Nemore [32]); Sti Iohannis iuxta Falesiam [33]); de Longo Vado [34]).

Imprimis ordinatum est quod omnes Praelati hoc anno erunt diffinitores. Item, Missas celebrari consuetas, primam Vallis Serenae [35]) 2am [236] de Blancalanda [36]); et 3am Sti Iohannis iuxta Falesiam [37]) monasteriorum Abbates celebrabunt.

16) Annis 1493-1529, Claudius de Burianne abbas fuit Doae = Doue, in dioecesi Podiensi = Le Puy. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 150.

17) Virgilius de Limoges. Cfr. supra, p. 324, n. 18.

18) Iohannes Gambier. Cfr. supra, p. 286, n. 20.

19) Nicolaus Boucher. Cfr. supra, p. 323, n. 10.

20) Nomen ignoratur.

21) Iohannes Pasel. Cfr. supra, p. 5, n. 23. Anno 1526, intrusus abbas commendatarius, Annas du Chastelet, confirmationem regalem obtinere potuit mortuo Pasel, seu anno 1539. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 73.

22) Dominicus Thuilier. Cfr. supra, p. 70, n. 39.

23) Bertinus Domin. Cfr. supra, p. 247, n. 10.

24) Ignoratur.

25) Ignoratur.

26) Radulphus Amiable. Cfr. supra, p. 302, n. 11.

27) Annis 1521-1557, Ioh. Pinte abbas fuit S. Andreae in Nemore, in dioecesi Ambianensi, nunc Atrebatensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 564.

28) Adrianus Pelletier.

29) Laurentius Mulot.

30) Ioh. Pasel.

31) Claudius de Burianne.

32) Ioh. Pinte.

33) Ioh. de Glatigny.

34) Ignoratur.

35) Nomen nobis ignotum est.

36) Laur. Mulot.

37) Ioh. de Glatigny.

Item, Capitulum delegat R. Patrem de Genliaco [38]), assumpto secum Priore Praemonstratensi, ad tallias ordinarias recipiendas.

Item, excusationes Praelatorum in ipso Capitulo personaliter non comparetium, recipient Gaudii Vallis [39]) et Insulae Dei [40]) monateriorum Abbates, sacrae Theologiae Professores.

Item, in auditorio et redditione Compotorum erunt Patres-Abbates et caeteri alii Praelati qui eisdem interesse voluerint, ut omnis sinistra suspicio et murmuratio omnino et passim tollatur.

Item, pro conservatione Ordinis nostri et ut cultus divinus possit ampliari et non minui, Capitulum ordinat quod de caetero in omnibus et singulis monasteriis Ordinis, Missa prima (demptis diebus in Statutis contentis) etiam cum nota collegialiter celebretur; et pariformiter Missa intemeratae Virginis Mariae per Novitios, prout cavetur in Statutis, cap. de Prima et Missis post Primam; praecipiendo videlicet Visitatoribus et Patribus-Abbatibus ut id in suis visitationibus seu filiabus-Ecclesiis faciant et praecipiant observari.

Item, Capitulum cupiens ecclesias hactenus ... semper in suis ... terminis et privilegiis revertantur, postposita Ordinis iurisdictione, in utilitatem saecularium resignare. Quod si quis huic decisioni ausu temerario contravenire attentaverit, Capitulum eum ipso facto, voce, stallo, obedientia nominata necnon aliis omnibus aliis Ordinis honoribus ex nunc prout ex tunc declarat esse privatum; et ne id aliqua tergiversatione per Praelatos possit ignorari, praecipimus omnibus et singulis Visitatoribus ut de caetero istud decretum in suis visitationibus habeant vivae vocis oraculo promulgare, et id in suis Relictis seu actibus iudicialiter inserere. Contravenientes videlicet si quos repererint, poena praemissa, quacumque excusatione postposita, arcendo. Item, Capitulum annuit participationem omnium suffragiorum seu bonorum spiritualium Ordinis omnibus Benefactoribus seu Confratribus Confraternitatis in honore et reverentia divi Bartholomaei pie et laudabiliter fundatae et institutae in Ecclesia monasterii Gaudii Vallis. Et hoc ad intercessionem Rdi Partis eiusdem loci.

Item, viso et intellecto iniquo et scandaloso regimine Rdi Patris de Lucerna [41]), qui antehac per Rdos Patres Cuissiacensem [42]) videlicet

[38]) Ignoratur.

[39]) Mich. Coupson.

[40]) Virg. de Limoges.

[41]) Franciscus Caignon. Cfr. supra, p. 77, n. 59.

[42]) Amatus de Fonte.

et Insulae Dei [43]) charitative monitus est, ut in suis agendis tam spiritualibus quam temporalibus prospere et laudabiliter de caetero se haberet; quorum monitiones parvipendendo vitam pristinam prosequi consuescit, in non minimum ipsius et Ordinis nostri opprobrium et vituperium, [237] Capitulum cupiens Rdi Patris providere saluti eiusdeH monasterii indemnitati, decidit, authoritate Ordinis, quatenus de caetero habeat cautissime ambulare, videlicet ad dextram neque ad sinistram declinando, sed fines salutares quos posuerunt Patres praedicti insequendo, quod si sic facere neglexerit, tunc Capitulum diffinit privilegium Ordinis in ipsum ad unguem esse practicandum, ut poena ipsius cedat caeteris in exemplum.

Item, quia nobis sufficienter constitit fratrem Dionisium Le Moyne [44]), Religiosum monasterii de Lucerna, coram nobis et Capitulo Generali esse citatum, qui tamen venire contempsit, licet Procuratorem, attamen non sufficiente procuratorio fundatum mittere curaverit; et visis et intellectis causis in suo Procuratorio minus esse rationabilibus (Il y a ainsy !) [45]), ea de re Capitulum eumdem fratrem declarat contumacem, cui per Procuratorem Ordinis inthimat contumaciam, ne eam ignorare fingat.

Item, Capitulum annuit quod fiat commissio Abbati Beatae Mariae in Lidlum [46]) assumptis secum aliquo Ordinis nostri Praelato aut Canonico litterato, ad visitandum et reformandum omnia et singula monasteria Ordinis in Circaria Frisiae existentia, tam videlicet in Capite quam in membris, Deum praecipue habentes prae oculis; et hoc ad triennium.

Item, quia litteraliter constitit Capitulo Generali quemdam tractatum initum esse sub colore amicabilis compositionis inter Praelatum de Lucerna [47]), et fratrem Dionisium le Moyne [48]), eiusdem monasterii Religiosum super perceptione fructuum decimarum cuiusdam oppidi de Ruffenielle, ad ipsum monasterium de Lucerna spectantium; qui quidem fructus iuxta et secundum tenorem praedicti tractatus cedunt pro resolutione duodecim annorum in commodum et utilitatem iam dicti fratris et omnino in detrimentum praefati monasterii; Capitulum

43) Virg. de Limoges.
44) Vide supra in Capitulo generali a. 1522. Cfr. supra, p. 298.
45) Nota personalis scribae ms. du Crocq.
46) Iohannes de Keppel. Cfr. supra, p. 248, n. 111.
47) Franc. Caignon.
48) Cfr. supra, p. 298.

idcirco consideratis considerandis tunc prout ex nunc, declarat ipsum tractatum esse irritum et inanem, nullum et abusivum; iam dicto videlicet Rdo Patri [49]) et ipsi fratri Dionisio notificando et inthimando, quatenus si quam controversiam inter se habuerint, si ad Patres Abbates recursum habere voluerint, eisdem authoritate ordinaria de remedio providebitur opportuno; et eorumdem controversia sine debito examinabitur.

Item, quia nobis luce clarius innotuit fratrem Nicolaum, Religiosum professum monasterii de Lucerna praesentiam exhibuisse personalem, cum gladio etiam evaginato, in quodam homicidio a paucis diebus citra commisso et perpetrato; ne facilitas veniae incentivum praebeat delinquendi, Capitulum ut poena ipsius cedat caeteris in exemplum, Condemnat eum dehinc usque ad sexennium poena carceris esse puniendum; attamen [238] posthac in omnibus salva ipsius Capituli Generalis benigna gratia.

Item, Capitulum inhibet omnibus Praelatis et Conventibus nostri Ordinis, ne de caetero dent aliquos redditus suorum monasteriorum in emphiteusim perpetuam, nisi de consensu Patris-Abbatis ipsorum monasteriorum, prout cavetur in Statutis nostris; alias Capitulum declarat ipsos contractus, sic initos, nullos et abusivos, et contravenientes per Visitatores aut per ipsos Patres Abbates poena canonica et debita esse puniendos.

Item, quia Rdus Pater Cuissiacensis [50]) in decursu suae visitationis delegaverat Rdum Patrem Belli-Loci [51]), ad se iuste et iuridice informandum super venditione cuiusdam nemoris ad monasterium Bassi-Fontis spectantis; idcirco Capitulum delegat ipsum Rdum Patrem Cuissiacensem [52]) et Abbatem de Moncellis [53]), et quemlibet eorum in solidum, quibus dat authoritatem cognoscendi an praefata venditio cedat in commodum aut detrimentum ipsius Ecclesiae; qui si repererint ipsam venditionen in maximum praeiudicium ipsius Ecclesiae cedere; tunc omnes fratres eiusdem Ecclesiae, qui praefatae venditionis culpabiles fuerint, poena condigna authoritate Ordinis arcere studebunt.

Item, Capitulum insequendo tenorem Arresti Curiae Parlamenti

[49]) Fr. Caignon.
[50]) Am. de Fonte.
[51]) Iohannes Huchier. Cfr. supra, p. 223, n. 30.
[52]) Am. de Fonte.
[53]) Petrus Adeline. Cfr. supra, p. 211, n. 42.

Rothomagensis, iniungit Abbati Insulae Dei [54]), ut diligenter se informet de vita et moribus fratris Iacobi le Fetz, Religiosi monasterii de Seriaco in pratis, et eamdem informationem clausam remittat ad Patres-Abbates, ut eorum iudicio et consilio concipiatur et saluti ipsius fratris consulatur.

Item, Capitulum ordinat quod si contingat Religiosos Circariae Normanniae appellare tamquam ab abusu ad Curiam Rothomagensem, quia compellerentur secundum Privilegia Ordinis respondere Revmo Patri Praemonstratensi et Capitulo Generali; attamen per Vicarium Ordinis Abbatem Insulae Dei [55]), eorum protervia compescatur expensis Ordinis.

Item, quia ex relatione Rdi Patris Cuissiacensis [56]), in hac parte officio Capituli Generalis vigentis didicimus fratrem Franciscum de Marcheville, Religiosum monasterii Sti Pauli Virdunensis, multis sceleribus et criminibus irretitum, ita quod vix aut incommode posse pro nunc sine gravi scandalo personae propriae et totius Ordinis in Prioratum de Wonadio ad Dominas [57]), in quo moratur, residere; ea de re Capitulum remittit ipsum fratrem ad praefatum monasterium Sancti Pauli ad annum ibidem regulariter victurum, suis insuper exigentibus demeritis et certis de causis rationabilibus consideratis, omnibus fructibus sui Beneficii per annum declarando privatum.

Item, Capitulum inhibet omnibus Praelatis Ordinis, ne de caetero domos, curtes, seu quaecumque alia bona monasteriorum suorum suis Religiosis sub annuo censu conducant, et hoc ad vitandum vitium proprietatis; alias ipsam locationem huic praesenti decreto [239] contrariam, ipso facto decernimus irritam et inanem; litteris, promissionibus, obligationibus, iuramentis in contrarium factis, seu faciendis non obstantibus; insuper tenore praesentium omnes locationes sic antehac contra Statutorum et Iuris communis decisionem seu dispositionem factas, revocando; et contravenientes per censuras Ordinis per proprios Praelatos, si opus fuerit, compescendo.

Item, fiant litterae missivae Illustrissimo Principi Duci Lotharingiae, eidem inthimando quatenus dignetur sua benignitate et mansuetudine omnibus Praelatis nostri Ordinis in suo Ducatu existentibus, in suis

54) Virg. de Limoges.

55) Idem.

56) Am. de Fonte.

57) Wonadium = Vanault-les-Dames erat paroecia incorporata abbatiae S. Pauli Virdunensis, in dioecesi Catalaunensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 111.

agendis manus porrigere adiutrices, ut Ordo noster in suis Iuribus, Privilegiis, et terminis Regularibus consistere et conservari possit; et potissimum in suis litteris inseratur clausula suis litteris responsiva, quod provisio monasterii Flabonis Montis [58]) nondum ad nostram notitiam devenit, et dum fuerimus debite informati super tali provincia fovebimus dignitati suae, in quantum poterimus, salvis tamen Privilegiis Ordini nostro concessis.

Item, et in causis noviter emergentibus, quae Capitulum exspectare non possent, Capitulum delegat Patres-Abbates, modo et forma assuetis.

Item, super supplicatione facta per Visitatorem Circariae Frisiae [59]), requirentem sibi provideri de remedio opportuno in et contra Praelatos renuentes solvere tallias ordinarias. Capitulum respondet quod passim et indifferenter contra renuentes utatur excommunicatione et, si opus fuerit, reaggregatione, et in his agendis, omnibus modis et viis possibilibus, reducat eos ad obedientiam Ordinis.

Item, quoad alium articulum continentem quod non tenetur solvere integras tallias Ordini debitas nisi prius oneribus et expensis in his colligendis factis deductis, respondet Capitulum quia nullus propriis expensis militare tenetur, quod compellat Praelatos eiusdem Circariae, prout cavetur in Statutis nostris, ad solutionem ipsarum expensarum, et ad condecentem satisfactionem onerum assumptorum. Quod si qui contumaces et rebelles fuerint, tunc rationibus suis auditis, veniant ad Capitulum, et idem Capitulum providebit eisdem de remedio salutari et opportuno.

Item, quoad alium articulum qualiter et quo medio poterunt reduci fratres et sorores corrupti et corruptae doctrina Lutherana, qua quotidie satagunt molestare et de facto molestant monasterium, et contra Iuris et Ecclesiae determinationem inter se non verentur matrimonium contrahere; Capitulum decidit quod compellat ipsos legis praevaricatores intrare et reverti ad cor, per censuras ecclesiasticas, aliaque remedia seu modos salutares, prout praemittitur, sibi possibiles.

Item, quoad articulum in quo cupit certiorari utrum aliquis Abbas possit instituere Praepositum [240] electione fratrum aut monialium

[58]) Cum abbas Ioh. Pasel praelaturam deposuerat, religiosi elegerant in abbatem suum Iohannem Merot; Annas du Chastelet vero sese, qua abbas commendatarius, in possessionem abbatiae intruserat.

[59]) Ioh. de Keppel, ad munus visitatoris a Capitulo generali designatus fuerat a. 1519. Cfr. supra, p. 264.

conventualium; Respondit Capitulum quod in hoc consuetudo laudabilis et approbata, cuius initii memoria non existit, pro lege habenda est, et per consequens observanda.

Item, quoad alium : An teneantur fratres Ordinis nostri legere horas intemeratae Virginis Mariae quando omittuntur in Choro? Respondet Capitulum quod in hoc studeant fratres parere decisioni Concilii Generalis Clarimontensis.

Item quoad alium articulum : An Visitator habeat authoritatem ordinandi in ipsa Circaria ut sit uniformitas in cantu, ieiuniis et aliis coeremoniis Ordinis? Respondet Capitulum quod sic.

Item, quoad alium et ultimum articulum, Respondet Capitulum quod Commissio ipsius praecise erit triennalis; et de triennio saltem in triennium ipse Visitator tenetur venire ad Capitulum, et tunc Capitulo referre et promulgare ea quae in decursu suae visitationis in singulis monasteriis repererit aut praeceperit, ut eius praecepta Capitulum habeat confirmare, approbare aut infirmare aut alias disponere prout Ius exegerit et ordo postulat rationis.

Item, quoad requestam factam et oblatam Capitulo Generali per quemdam Dominum Thomam de Fresne in et contra Abbatem Insulae-Dei, Capitulum diffinit ipsam minime esse recipiendam; quia non iuridice factam.

Item, fiant litterae orationum pro nobili viro Adriano de Lisseleu milite, et Carola Daly eius conthorali cum clausula Adicientes; et hoc ad intercessionem Revmi Patris Domini Praemonstratensis.

Item, Capitulum diffinit, insequendo amicabilem relaxationem antehac cum Patribus Circariae Lotharingiae factam, quod de caetero duo Praelati praefatae Circariae omni excusatione cessante, veniant annuatim in suo turno et comparebunt in Capitulo Cenerali; alias contravenientes Praelatos et huius decretorum minime obedientes declarabit contumaces.

Item, attenta sententia Blasii Pointre, Religiosi monasterii Iovillaris, qui in cursu visitationis per Rdum Patrem Cuissiacensem [60]) in Circaria Lotharingiae factae, attentavit mendacissimum proclamare, quod incursus Burgundorum pro tunc esset in proximis partibus ipsius monasterii Iovillaris, ut hac de causa Rdus pater Cuissiacensis citissime recederet; qui quidem Pater de facto immediate discessit; et sic in aliquibus praefatae Circariae monasteriis impeditus fructus

[60]) Am. de Fonte.

est visitationis suae; Capitulum cupiens viam iniquitatis malignis et impiis praecludere; imprimis diffinit ipsum fratrem decem dierum gravioris culpae in monasterio Sanctae Mariae in Nemore poenam peracturum, demum summam duodecim francorum Turonensium promptualiter soluturum; sed videlicet pro expensis quas medio ipso isdem Rdus Pater exposuit, et ex praetextu et ratione sui Beneficii [241] insequendo, decisionem Capituli Generalis pro sex annis retroactis, pro oneribus Ordinis supportandis.

Item, Capitulum piam et laudabilem impertitur licentiam fratri Iohanni Capdigi, Baccalaureo in Theologia, monasterii Sancti Iohannis de Castello Religioso expresse professi, quatenus usque ad revocationem nostram valeat Parisiis operam dare litteris, expensis proprii sui monasterii, ut futuris temporibus lucidissimum lumen scientiae ipsius in Ordinis lucere queat, et fructum non praecise sexagesimum sed centuplum facere possit. Et ad hanc nostram decisionem observandam compellatur Rdus frater noster Abbas [61]) dicti monasterii per Visitatorem Ordinis, sub poenis et censuris Ordinis, si opus fuerit.

Item, annuendo supplicationi dilecti nostri in Christo filii fratris Goessini Prelier, monasterii Bernensis Religiosi expresse professi, Capitulum ordinat et impartitur ipsi fratri piam licentiam, et utinam in Christo salutarem, quatenus Parisiis aut alia in famosissima Universitate possit ac valeat litteris operam dare, ut futuris temporibus lumen scientiae eius (prout speramus) non sub modio, sed super caldelabrum ponatur, ut luceat omnibus qui sub fide salutari militant, et ad ipsum manutenendum (prout praemittitur) hinc ad triennium cum contributione duodecim aureorum monetae Franciae, Praelatus sui iam dicti monasterii Bernensis [62]), sub poenis et censuris Ordinis, si opus fuerit, compellatur.

Item, Capitulum cupiens obviare iniquae consuetudini multis in monasteriis introductae, sic videlicet quod Conventus renuit sigillare litteras reddituum monasterii in perpetuam emphiteusim, aut ad longum tempus locandorum, nisi prius et antea certas pecunias et quantas exposcit, praehabuerit; Capitulum cupiens huic iniquae consuetudini obviare, decernit quod summa de caetero Conventui dari debita

[61]) Annis 1516-1557, Ambrosius de Montesson abbas fuit Stellae, in dioecesi Carnutensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 23.

[62]) Annis 1515-1528, Aegidius van Ingen Nuland abbas fuit Bernensis, in dioecesi, olim Ultraiectensi = Utrecht, nunc Silvaeducensi = 's Hertogenbosch. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 278.

ad arbitrium proprii et loci Praelati taxabitur; qua decenter taxata, si qui rebelles fuerint, tunc Capitulum vult ipsos poena decem dierum gravioris culpae esse puniendos.

Item, Capitulum considerans Collegium Parisiense in magnum Ordinis dedecus et scandalum non parvum pati miserias [63]). Cupiens ipsum ad laudem et utilitatem Ordinis, universis ipsum inspecturis, honorifice reparari, diffinit quod quilibet Praelatus dicti Ordinis ad ipsum pium opus manus adiutrices porrigendo, summa duodecim librarum Turonensium intra annum largiatur; ad quam summam colligendam, Praelatosque per censuras Ordinis cogendum monasteriorum Gaudii Vallis [64]), et Albae-Curiae [65]) delegat Abbates qui huiusmodi negotiationis futuro Capitulo computum, rationem et reliqua reddere seu narrare tenebuntur.

Item, quia nobis litteraliter constitit fratrem Nicolaum Colin, monasterii Bonifageti Religiosum expresse professum et Curatum Ecclesiae parochialis de Montenelle, sic coram nobis et Capitulo Generali sufficienter fuisse citatum, Promotori Ordinis quod iustum fuerit responsurum; qui tamen Ordinis iurisdictionem [242] parvipendendo minime venire nec mittere curavit; idcirco Capitulum declarat ipsum contumacem, cui eius contumaciae venire nec mittere curavit, idcirco Capitulum decrevit ipsum fratrem iterum esse citandum, praedicto videlicet Promotori Ordinis, prout praemittitur, quod iustum fuerit responsurum, et ad ostendendum et cognoscendum an praefatam appellationem per ipsum interiectam debito tempore relevaverit; ad haec praedicta cognoscenda iterumque ad aliam causam in et contra ipsum proponendam, Capitulum delegat Patrem Praemonstratensem et R. Patrem Sancti Martini [66]), et quemcumque eorum in solidum, etiam usque ad sententiam diffinitivam inclusive.

Item, Capitulum confirmat contractum initum inter Rdum Patrem Cuissiacensem [67]) et eius Conventum ex una, et nobilem virum Michaelem Roger, dominum temporalem de Beaulieu et Iohannem de Vaulx partibus ex altera, super certis temporibus, proventibus et emolumentis ad Ecclesiam Cuissiacensem pertinentibus in dominio videlicet

[63]) Cfr. P. E. Valvekens, *Le Collège des Prémontrés à Paris*, in *Anal. Praem.*, XVI, 1949, p. 8 s.

[64]) Mich. Coupson.

[65]) Petrus le Courtiller.

[66]) Adrianus Pelletier.

[67]) Amatus de Fonte.

de Vineres constitutis, modo et forma, prout in litteris desuper confectis continetur, attento quod nobis fideliter constitit praefatum tractatum in non minimum Ecclesiae ipsius cedere utilitatem et commodum.

Item, Capitulum annuit participationem suffragiorum Ordinis probissimo viro Oldardo Bertrand agricolae moram trahenti in oppido de Bisiaco. Et hoc ad intercessionem Rdi Patris Cuissiacensis [68]).

Item, attenta salutari poenitentia, correctione et patientia fratris Johannis de Lannoy [69]), monasterii Bonae Spei expresse professi, qui anno elapso per nos ad annum poena carcerum Ordinis in monasterio Sancti Martini Laudunensis, suis exigentibus demeritis, puniri fuerat condemnatus; Capitulum volens cum ipso misericorditer dispensare et agere, ad aliquod nostri Ordinis monasterium usque ad revocationem duxit mittendum; ipsum videlicet de carceribus Ordinis in quibus detinetur eruendo et liberando.

Item, Capitulum cupiens anhelitu amplo Ordinem nostrum in suis regularibus et salutaribus terminis persistere, inhibet omnibus et singulis Ordinis nostri Praelatis ne de caetero attentent conferre beneficia regularia saecularibus personis, contra Iuris et Ordinis nostri decisionem. Quod si quis aliter fecerit, Capitulum diffinit ipsos poena debita dilapidatoribus bonorum Ecclesiae esse arcendos. Praecipiendo omnibus Ordinis nostri Visitatoribus, ut hoc decretum in suis visitationibus prolungent et publicent.

Item, Capitulum annuit et consensit fratri Bertrando de Gugny [70]), quatenus possit et valeat Altissimo famulari in aliquo Ordinis nostri monasterio, ubi gratiosum receptorem repererit, ne in [243] maximum Ordinis nostri dedecus et vituperium per vicos et plateas divagare poterit.

Item, quia ad aures nostras pervenit fratrem Georgium Nemery [71]), monasterii Sanctae Crucis Metensis Religiosum expresse professum, tamquam canis ad vomitum, a paucis diebus citra regressum habuisse, ita quod multa furta per ipsum perpetrata, et potissimum in oppido Lagniaco super Maternam. Capitulum itaque ipsum poena carceris in monasterio Hermeriarum esse puniendum, donec et quousque per Patres-Abbates super ipsius negotio aliter fuerit decisum.

Item, Capitulum cupiens annuere piae supplicationi factae per

[68]) Amatus de Fonte.
[69]) Cfr. supra, p. 330.
[70]) Cfr. supra, p. 330.
[71]) Cfr. supra, p. 312.

Rdum Patrem Sancti Martini Laudunensis [72]), diffinit quod de caetero diebus Sabbatinis immediate Missa intemeratae Virginis Mariae decantata, decantetur per Novitios ipsius monasterii Antiphona « Missus est Gabriel » cum versu : Ave Maria, et Collecta : Deus, qui de Beatae Virginis, ad laudem et honorem eiusdem gloriosae Virginis.

Item, Capitulum consentit quod construantur tres aut quatuor carceres in monasterio Insulae-Dei, pro reclusione male meritorum, si opus fuerit, in Circaria Normanniae commorantium; et hoc expensis dictae Circariae; ad quas expensas persolvendum in fabricatione ipsorum carcerum factas, ipse Rdus Pater Insulae Dei [73]) quemlibet Praelatum praefatae Circariae authoritate nostra sub poenis et censuris Ordinis cogere et arcere poterit.

Item, ordinat Capitulum quod fiant litterae missivae ad Senatum Curiae Parlamenti Rothomagensis, eidem inthimando quatenus Revmus Pater Praemonstratensis ac caeteri Patres Capitulantes eidem humillimas et immensas referant gratias, eo quod Rdo Patri Insulae Dei [74]), Vicario Ordinis nostri in praefata Circaria deputato, in suis actis, manus adiutrices dignatus est porrigere; et quod pariformiter de caetero pro viribus adiutorium suum velit prosequi, eidem praedicto Patri in omnibus et per omnia, terminis videlicet iustitiae et aequitatis, pium auxilium et favorem laudabiliter praestando.

Item, Capitulum decernit et inhibet ne fratres Ordinis nostri attentent de caetero inter se tractare de futuro pastore eligendo, priusquam Praelatus eorum obierit; ne in sortes proprii Praelati conspirare videantur. Contravenientem huic praesenti decreto, Capitulum dicit Revmum Patrem per decennium ad remotissima loca esse emittendos.

Item, Capitulum delegat Rdum Patrem Insulae Dei [75]) ad prosequendum, expensis Ordinis, executionem sententiae in et contra Praelatos Circariae Angliae; cui dat authoritatem adeundi et conveniendi Regiam Maiestatem Angliae, quatenus dignetur manus porrigere adiutrices in reunione ipsius Circariae cum Ordine nostro, ne membra se distrahant a Capite (Dans la marge, le mot que le lecteur cherche manque aussy bien qu'icy) [76]).

Item, Capitulum diffinit quod si de caetero contingat aliquos nostri

[72]) Adrianus Pelletier.
[73]) Virg. de Limoges.
[74]) Idem.
[75]) Idem.
[76]) Nota personalis scribae ms., du Crocq.

[244] Ordinis Religiosos in carceribus Sancti Martini Laudunensis mancipari; quod pro victualibus et expensis ipsorum, attenta caritate temporis, summam viginti quatuor francorum Turonensium Rdo Patri eiusdem monasterii Praelati ipsorum Religiosorum persolvere annuatim tenebuntur.

Visitatores huiusce anni millesimi quingentesimi septimi deputati sunt : Circariarum Burgundiae, Normanniae, Alverniae et Vasconiae : Rev. Pater Gaudii Vallis [77]).

Frisiae : Abbas Sanctae Mariae in Lidlum [78]), ad triennium.

Caeteri Visitatores remanent uti anno praeterito.

Sic signatum Ita est : fr. N. de Herissart, scriba praedicti Ordinis, cum parafo.

Et praesens copia, quam lectori rerum nostrarum cupide consecravi, hac die quinta Ianuarii 1662 cum originali Praemonstratensi existente concordat de verbo ad verbum et in fidem subscribo.

fr. Gregorius du Crocq [79]).

[77]) Michael Coupson.

[78]) Ioh. de Keppel.

[79]) Cfr. supra, p. 13, n. 89.

28

1528

(Ms. Laon, 558, pp. 244-248)

Acta et Diffinitiones Capituli Generalis Ordinis Praemonstratensis anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo octavo, mensis vero Maii die decima, sequentibusque diebus, in monasterio Sancti Evodii de Brana, eiusdem Ordinis, celebrati.

Nomina Praelatorum in praefato Capitulo personaliter comparentium :

Dominus Iacobus de Bachimonte, sacrae Theologiae Professor, Praemonstratensis et Branensis Abbas [1]).

Sancti Martini Laudunensis [2]).
Cuissiacensis, sacrae Theologiae professor [3]).
Insulae Dei, sacrae Theologiae professor [4]).
Flabonis-Montis [5]).
Loci-Restaurati [6]).
de Moncellis [7]).
Carthovorensis [8]).
Vallis Christianae [9]).
de Longo Vado [10]).
Gaudii Vallis, sacrae Theologiae professor [11]).
Buciliensis [12]).
Camerae Fontis [13]).

1) Iac. de Bachimont, abbas generalis inde ab a. 1513. Cfr. supra, p. 6, n. 33.
2) Adrianus Pelletier. Cfr. supra, p. 333, n. 2.
3) Amatus de Fonte. Cfr. supra, p. 319, n. 3.
4) Virgilius de Limoges. Cfr. supra, p. 324, n. 18.
5) Iohannes Pasel. Cfr. supra, p. 344, n. 21.
6) Antonius Claret. Cfr. supra, p. 323, n. 6.
7) Petrus Adeline. Cfr. supra, p. 211, n. 42.
8) Antonius Parent. Cfr. supra, p. 222, n. 10.
9) Petrus Boschet. Cfr. supra, p. 314, n. 17.
10) Uti videtur, Antonius Charlier. Cfr. supra, p. 7, n. 45.
11) Michael Coupson. Cfr. supra, p. 333, n. 4.
12) Uti videtur, Iohannes le Prince. Cfr. supra, p. 46, n. 33.
13) Aegidius le Tavernier. Cfr. supra, p. 315, n. 5.

Vallis-serenae [14]). de Seriaco in pratis [16]).
Boni-Fageti [15]).

Abbas subscriptus praestitit obedientiam : Boni-Fageti [17]).

Imprimis ordinatum est quod omnes Praelati hoc anno, attenta eorum paucitate, erunt diffinitores.

Item, Missas celebrari consuetas, primam Bonifageti [18]); 2am de [245] Longo Vado [19]); et 3am Loci-Restaurati [20]) monasteriorum Abbates celebrabunt.

Item, quoad receptionem talliarum ordinariarum, Capitulum delegat Priorem Praemonstratensem una cum Priore Scholarium; qui quidem de receptis fidelem computum reddere tenebuntur.

Item, quoniam, ut inquit Apostolus, ab omni specie mali abstinendum est, Capitulum ordinat Patres-Abbates, auditores compotorum et caeteros alios Praelatos qui eisdem interesse voluerint, ut omnis murmuris occasio tollatur et sinistra suspicio cessare possit.

Item, quia ex fideli relatione Rdi Patris Gaudii Vallis [21]), in hac parte authoritate Capituli Generalis fungentis, didicimus monasterium Sancti Gilberti Alverniae, in maxime desolatione tam spirituali quam temporali consistere, ita quod Statuta Ordinis funditus et penitus enerventur; et quod decreta per Revmum Patrem Praemonstratensem necnon per Venerabilem Confratrem nostrum Cuissiacensem [22]) in cursu suarum visitationum antehac in ipso monasterio factarum nullatenus observentur, quin immo parvipendantur, prout oculariter constitit praefato Rdo Patri Gaudii Vallis [23]); ea de re, Capitulum praedicta desolationi et potissimum Abbatis [24] et Religiosorum ipsius

14) Nomen eius notum non est.

15) Annis 1526-1539, Theodoricus Deschaux abbas fuit Bonifageti = Bonfays, in dioecesi, olim Tullensi, nunc St. Deodati = St.-Dié. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 63.

16) Iohannes Gambier. Cfr. supra, p. 286, n. 20.

17) Theodoricus Deschaux.

18) Idem.

19) Antonius Charlier.

20) Antonius Claret.

21) Michael Coupson.

22) Amatus de Fonte.

23) M. Coupson.

24) Inde ab a. 1489, abbatia S. Gilberti Novemfontium = Neuffons, in dioecesi, olim Claromontana, nunc Molinensi = Moulins, erat sub abbate commendatario. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 153.

monasterii saluti consulere cupiens, prout tunc prout ex nunc, creat Priorem Scholarium [25], in Iure canonico Licentiatum, Vicarium iam dicti monasterii, si id onus suscipere voluerit, aut quemdam alium Religiosum Ordinis, virum probatum usque ad revocationem; qui quidem habebit dirigere, corrigere et punire (si opus fuerit) omnes et singulos Religiosos ipsius monasterii etiam poena carceris, si casus exegerit, et eosdem cogere sub poenis et censuris Ordinis ad observantiam tum coeremoniarum tum Statutorum Ordinis et praecipue trium votorum essentialium; et ut omnia et singula praenarrata faciliorem sortiantur effectum, Capitulum decernit litteras missivas ad Regiam Maiestatem necnon ad Illustrissimam Reginam Navarrae destinari, quatenus praedicto Vicario dignetur manus adiutrices, adeo si possibile foret, quod bona ipsius monasterii in tres partes dividantur, videlicet pro manutentione Praelati, pro manutentione Religiosorum, et pro reparatione aedificii, seu defensione Iurium praefati monasterii, ut Ordo noster in suis salutaribus terminis semper persistere et conservari possit.

Item, quia pariformiter nobis innotuit ex depositione ipsius Rdi Patris Gaudii Vallis [26]), fratrem Richardum Lauthellier, Religiosum monasterii Belli Portus, ausu temerario, malitiose recessisse a suo proprio monasterio, nunc per vicos et plateas in non minimum Ordinis dedecus et opprobrium plebis apostatantem; Capitulum iniquae malitiae et perfidiae ipsius fratris obviare cupiens, declarat ipsum apostatam, praecipiendo praefato Rdo Patri [27]), quatenus ut eumdem, sic, ut praemittititur, in valvis Ecclesiarum ac compitis oppidorum monasterio propinquorum per affixionem [246], si commode fieri possit, declarari faciat, ut idem frater quam citius et facilius vitam suam damnabilem deserere studeat.

Item, Capitulum praecipit Rdo Patri de Seriaco in pratis [28]), quatenus diligenter det operam coram Iudicibus Curiae Rothomagensis aut aliis in hoc potestatem habentibus de et super revocatione et annullatione cuiusdam Tractatus de Curte des Rendus [29]) ad iam dictum monasterium spectante inter honoratum et nobilem virum Dominum temporalem de Landressat temerarie initi, omnibus videlicet et

[25]) Mathurinis Dandelle. Cfr. supra, p. 226.

[26] Mich. Coupson

[27]) Idem.

[28]) Ioh. Gambier.

[29]) Curia « Les Rendus » sita erat iuxta civitatem Dieppe.

singulis Religiosis ipsius monasterii, ne eumdem tractatum habeant approbare, inhibendo, quod in non minimum praefati monasterii praeiudicium cedere conspiciatur.

Item, Capitulum decernit quod contributio anno elapso ordinata super super quolibet monasterio Ordinis accipienda pro reparatione Collegii Parisiensis [30]), supersedebit usque ad annum; intellecto quod hisce diebus quodlibet monasterium contributionem serenissimo Regi concessum persolvere astringitur.

Item, Capitlum diffinit quod fiant litterae missivae ad R. Patrem monasterii Sancti Petri Selincurtensis [31]), quatenus quod diligentissime habeat revocare quemdam Religiosum sui monasterii ad ovile proprium, qui a paucis diebus immemor suae salutis, praetextu cuiusdam Indulti Apostolici per falsi suggestionem et veri suppressionem impetrati, habitum Ordinis de facto dimisit.

Item, Capitulum approbat quamdam amicabilem compositionem initam inter Rdum Patrem monasterii Bonifageti [32]) et eius Conventum ex una, et fratrem Nicolaum Collins eius monasterii religiosum partibus ex altera, de et super canonica portione ipsius fratris praetextu sui beneficii, modo videlicet et forma in litteris desuper confectis insertis.

Item, Capitulum concedit participationem orationum et suffragiorum Ordinis Confratribus et Consororibus Confraterniae Venerabilis Sacramenti Altaris, in ecclesia parochiali divi Remigii in civitate Laudunensi fundatae, et hoc ad intercessionem Rdi Patris Sancti Martini Laudunensis [33]).

Item, fiat commissio ad Rdum Patrem Domni-Martini [34]), quatenus diligenter et attente, Deum videlicet prae oculis habendo, se habeat informare super vita et moribus fratris Balduini Caulers, Religiosi Sancti Andreae in Nemore; quibus informationibus factis, habeat oculos ad Capitulum proximum destinare, et interim eumdem fratrem in vinculis detinere et recludere.

Item, Capitulum approbat quamdan donationem factam per Rdum

[30]) Cfr. P. E. Valvekens, *Le Collège des Prémontrés à Paris*, in *Anal. Praem.*, XVI, 1940, pp. 8-10.

[31]) Iohannes Fretel II, abbas fuit aa. 1524-1544. Cfr. N. Backmund, *Monasticon II*, p. 568.

[32]) Theodorus Deschaux.

[33]) Adrianus Pelletier.

[34]) Petrus du Bus. Cfr. supra, p. 323, n. 14.

Patrem de Blanchalanda [35]), de certis redditibus annuis per ipsum acquisitis, et per eumdem ad Pitantiam sui Conventus concessis, modo videlicet et tenore in cap. de Cellario in Statutis nostris descriptis.

Item, annuit Capitulum quod fiant litterae orationum in ampla forma pro generoso et nobili viro Domino Salhardino Danglure, domino temporali de Bourlemont et Domina Margareta de Lignenille eius conthorali. Et hoc ad intercessionem Revmi P. Praemonstratensis [36]).

[247] Item, attento homicidio casuali per fratrem Antonium Pencheret, Religiosum monasterii Camerae Fontis perpetrato ad defensionem videlicet sui proprii corporis et bonorum temporalium proprii monasterii pro nobis legitime constitit per informationem super praefato homicidio factas; Capitulum volens misericordiam iustitiae rigori praeferre, duxit eumdem fratrem usque ad annum ad monasterium Dei-Loci emittendum, singulis videlicet sextis feriis in pane et aqua etiam cum disciplina corporali incarceraturum, nec non quadraginta dies gravioris culpae peracturum, ut poena ipsius cedat caeteris in exemplum.

Item, et in causis noviter emergentibus, Capitulum delegat Patres-Abbates, modo et forma assuetis.

Item, Capitulum confirmat quemdam tractatum initum inter Rdum Patrem Gaudii Vallis [37]) et eius Conventum ex una, et Iunonem Gerault et Iohannem de Moncellart eius conthoralem, super locatione cuiusdam domus cum aliis appenditiis in Civitate Parisiensi situata, modo et tenore in litteris desuper confectis et descriptis.

Item, Capitulum decernit quod fiat monitorium ad monendum sub poenis et censuris Ordinis Rdos Patres Sancti Pauli Virdunensis [38]) et Sancti Foillani [39]), quatenus habeant infra mensem post praesentium executionem satisfacere Rdo Patri Sancti Martini Laudunensis [40]) de summa sexaginta duarum librarum Turonensium monasterio suo debitarum, ratione expensarum per fratrem videlicet Franciscum Marchenille et Petrum Wallerat, praedictorum monasteriorum Reli-

[35]) Laurentius Mulot. Cfr. supra, p. 102, n. 14.

[36]) Iac. de Bachimont.

[37] M. Coupson.

[38]) Franciscus Pseaume. Cfr. supra, p. 226, n. 22.

[39]) Petrus Maurage. Cfr. supra, p. 324, n. 20.

[40]) Adr. Pelletier.

giosus, tempore suae incarcerationis in iam dicto monasterio Sancti Martini Laudunensis.

Item, fiant litterae orationum pro Iohanne Vincelet et eius uxore ad intercessionem Rdi Patris ..., et hoc in communi forma.

Item, Capitulum confirmat tractatum initum inter Abbatem [41]) et Conventum monasterii Cuissiacensis ex una, et praedictum Iohannem Vincelet et cives vici de La Ville au bois [42]), partibus ex altera, super aedificatione cuiusdam capellae, secundum tenorem litterarum desuper factarum, quibus nostrae praesentes annectuntur.

Item, Capitulum approbat sententiam in personam fratris Petri Bertault, Religiosi monasterii Loci Restaurati, necnon Curatae Ecclesiae parochialis de Mottigniaco-sicco, per Rdum Patrem Cuissiacensem [43]), paucis diebus citra latam, diffiniendo quod dictum Bertault peraget viginti dies gravioris culpae in monasterio Cuissiacensi, quibus peractis emittit eumdem ad monasterium Camerae Fontis usque ad Capitulum futurum.

Item, Capitulum ordinat fratrem Antonium ..., Religiosum monasterii Domni-Martini usque ad annum poena carceris puniendum ratione homicidii per ipsum perpetrati; et interim fiet amplior informatio super vita et moribus eius, et potissimum super circumstantiis praedicti homicidii, ut tandem mitigetur aut augeatur poena ipsius.

Item, attentis pessimo et scandaloso regimine et apostasia fratris Iohannis Hallebout, Religiosi monasterii de Lucerna, Capitulum ordinat quod [248] Rdus Pater Insulae Dei [44]) recludet eum in tuta tutela et carcere, si opus fuerit, quousque expediens eidem videbitur. Qui praefatus frater ad proprium monasterium remittatur et revertatur vel ad aliud monasterium Ordinis, velut congruentius visum fuerit praefato Dno Insulae Dei [45]).

Item, quia a biennio frater Blasius Jourdain [46]), Religiosus monasterii Grandis-Campi, suis exigentibus demeritis, ad monasterium Sancti Petri Selincurtensis emissus fuerat, Capitulum attenta salutari poenitentia per ipsum facta, necnon întellecto prospero et laudabili regimine

41) Am. de Fonte.

42) La Ville-aux-Bois erat paroecia incorporata abbatiae Cuissiacensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 496.

43) Am. de Fonte.

44) Virg. de Limoges.

45) Idem.

46) Am. de Fonte.

ipsius, remittit eumdem ad proprium monasterium, ibidem de caetero regulariter victurum; ipsum insuper ad requestam proborum virorum ad omnes honores Ordinis de gratia speciali restituendo.

Item, Capitulum dat authoritatem Rdis Patribus Cuissiacensi [46]) et Gaudii-Vallis [47]), sacrae Theologiae professori, ad se informandum de et super commodo aut incommodo cuiusdam tractatus initi inter Ecclesiam Hermeriarum ex una, et nobilem virum Magistrum de Montmirail, Consiliarium Regium in Curia Parlamenti Parisisiensis ac Dominum temporalem de Tourqueux partibus ex altera, Qui quidem si repererint eumdem tractatum cedere in utilitatem praedicti monasterii, authoritate Ordinis, habeant confirmare iuxta et secundum tenorem litterarum desuper confectarum, attamen cum limitatione quod pecunia de qua fit mentio in contractu convertatur in redditus perpetuos et amortizatos in profectum et utilitatem iam dicti monasterii.

Item, Capitulum acceptat in Procuratorem Ordinis Parisiensis (sic !) in Curia ecclesiastica, Magistrum Guillelmum Moret, cum stipendiis assuetis.

Item, cupiens Capitulum quod nomen Domini sit benedictum in saecula, deceret quod fratres seu Religiosi nostri Ordinis, qui de caetero contra Dei pietatem, cultum et reverentiam blasphemiam committunt, pro prima transgressione arceantur poena trium dierum disciplinae corporalis et ieiunii. Pro 2a, poena decem dierum gravioris culpae. Quod si tam nefandum scelus omnino indurato et sensu reprobo ex consuetudine commiserint, Praelatus eosdem per severiores poenas de consilio sanioris partis Conventus compescat.

Item, quia nobis per Informationes legitime constitit fratrem Dinon, Religiosum monasterii Sancti Mariani Altissiodorensis, execrabilem et innominandam blasphemiam commisisse, utpote nomen Christi abnegando; nolens tantum scelus multum praeterire, ut poena ipsius caeteris cedat in exemplum, ordinamus eumdem fratrem poena viginti dierum gravioris culpae esse puniendum in monasterio proprio.

Item, Capitulum cupiens Ordinem viris scientificis decorari, concedit fratri Iohanni Capdequi [48]), Religioso Gratiae Dei, in sacra pagina [249] Baccalaureo formato, summam sexaginta librarum Turo-

[47] M. Coupson.

[48]) Iohannes Capdequi, canonicus S. Iohannis de Castella, in dioecesi Aquensi = Dax, postea abbas erit suae canoniae annis 1532-1583. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 196. — Cfr. supra, p. 341.

nensium, pro manutentione studii sui, super fructibus proprii monasterii annuatim accipiendarum; et ad praefatum summam persolvendam compescatur Praelatus eiusdem [49]) per censuras Ordinis.

Item, fiat commissio Abbati de Bellosanna [50]) ad se informandum super utilitate aut detrimento cuiusdam tractatus initi inter Rdum Patrem Insulae Dei [51]) et eius Conventum ex una, ac Religiosos viros Abbatem et Conventum Sancti Audoeni [52]) Rothomagensis partibus ex altera, cum potestate etiam eumdem tractatum confirmandi, si repererit ipsum cedere in utilitatem praedicti monasterii Insulae Dei.

Item, Capitulum delegat Rdum Patrem Insulae Dei [53], ad cognoscendum de causa mota inter Abbatem de Silleyo [54]) et fratrem Iohannem Clozot, praedicti monasterii, cum plenitudine potestatis, etiam usque ad sententiam diffinitivam inclusive, necnon eumdem absolvendi ab irregularitate, si opus sit, et aliis censuris Ordinis.

Item, fiat Commissio destinanda ad Rdos Patres de Moncellis [55]), Bonifageti [56]) et Regiae Vallis [57]) monasteriorum Abbates ad visitandum et reformandum monasterium Iovillarense [58]), nec non ad instituendum seu destituendum officiarios eiusdem monasterii, et ad puniendum ac dirigendum Religiosos eiusdem, si opus fuerit, cum potestate etiam creandi quemdam Coadiutorum in ipso monasterio, si honestas et utilitas Ordinis et status dicti monasterii id exposcat.

[49]) Mortuo, anno 1522, abbate S. Ioh. de Castella, Petro de Montlezun, abbatia venit sub dominio abbatis commendatarii, Iacobi de Foix. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 196.

[50]) Annis 1522-1539, abbatia Bellosannae erat sub dominio abbatis commendatarii, Michaelis Lelong. Ita, secundum N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 40.

[51]) Virg. de Limoges.

[52]) Agitur de celebri abbatia St-Ouen, sita in civitate Rothomagensi = Rouen. Cfr. L. H. Cottineau, *Répertoire Topo-bibliographique des Abbayes et Prieurés*, t. II, Maçon, 1939. col. 2547.

[53]) Virg de Limoges.

[54]) Gulielmus Paris. Cfr. supra, p. 248, n. 24.

[55]) Petrus Adeline.

[56]) Theodoricus Deschaux.

[57]) Inde ab anno 1521, uti videtur, Bartholomaeus Chevresson abbas erat Regiae Vallis = Riéval, in dioecesi, olim Tullensi, nunc Virdunensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 101.

[58]) Annis 1526-1558, Iohannes Niguet abbas erat Iovillaris = Jovillers, in dioecesi, olim Tullensi, nunc Virdunensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 80.

Et hoc attenta infirmitate moderni Praelati [59]) in praefato monasterio existentis.

Visitatores anni praesentis ut in anno praecedenti.

Sic signatum : fr. N. de Herissart. Scriba praedicti Ordinis cum parafo.

Et praesens copia cum ipso originali hac die sexta Ianuarii anni millesimi sexcentesimi secundi concordat; et in fidem subscribo.

fr. Gregorius du Crocq [60]).

[59]) I. Niguet.

[60]) Cfr. supra, p. 13, n. 89.

29

1529

(Ms. Laon, 538, pp. 252-256)

Acta et Diffinitiones Capituli Generalis Ordinis Praemonstratensis anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo nono, mensis vero Aprilis, die vigesima quinta et seqq. diebus, Praemonstrati celebrati.

Nomina Praelatorum in praefato Capitulo praesentium :

Dominus Iacobus, sacrae Theologiae professor, Praemonstratensis et Branensis monasteriorum Abbas [1]).

Sancti Martini Laudunensis [2]).
[253] Cuissiacensis [3]).
Gaudii Vallis, in sacra pagina doctor [4]).
Buciliensis [5]).
Lisquensis [6]).
Iovillaris [7]).
Calvi-Montis [8]).
Septem Fontium in Therascia [9]).
Clari-Fontis [10]).
Vallis Christianae [11]).
Thenoliensis [12]).
Vallis serenae [13]).
de Longo Vado [14]).
Domni Martini [15]).
de Genliaco [16]).

1) Cfr. supra, p. 6, n. 33. Abbas generalis inde ab a. 1513.
2) Adrianus Pelletier. Cfr. supra, p. 333, n. 2.
3) Amatus de Fonte. Cfr. supra, p. 319, n. 3.
4) Michael Coupson. Cfr. supra, p. 333, n. 4.
5) Iohannes le Prince. Cfr. supra, p. 46, n. 33.
6) Dominicus Carnisien. Cfr. supra, p. 88, n. 24.
7) Iohannes Niguet abbas fuit annis 1526-1558. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 8.
8) Gobertus Cousin. Cfr. supra, p. 285, n. 11.
9) Ignoratur.
10) Amatus de Fonte.
11) Petrus Boschet. Cfr. supra, p. 324, n. 17.
12) Radulphus Amiable. Cfr. supra, p. 302, n. 11.
13) Nomen eius notum non est.
14) Antonius Charlier. Cfr. supra, p. 7, n. 45.
15) Petrus du Bus. Cfr. supra, p. 323, n. 14.
16) Nomen eius notum non est.

Camerae Fontis [17]).
Insulae Dei, in sacra pagina doctor [18]).
Viromandensis [19]).
Ianduriarum [20]).
de Moncellis [21]).
Septem Fontium in Burgundia [22]).
Carthovorensis [23]).
Vallis secretae [24]).
de Capella ad plancas [25]).
Loci Restaurati [26]).
Sancti Andreae in Nemore [27]).
de Seriaco in pratis [28]).
Sanctae Mariae in Nemore [29]).

Subscripti praestiterunt obedientiam :

Ianduriarum [30]); de Capella ad plancas [31]); Iovillaris [32]); Viromandensis[33]); Sanctae Mariae in Nemore [34]).

In primis, ordinatum est quod omnes Praelati more assueto erunt diffinitores, honestati et decori Ordinis consulendo.

Item, Missas celebrari consuetas, primam Viromandensis [35]); secundam Iovillaris [36]); et 3am Ianduriarum [37]) monasteriorum Abbates celebrabunt.

17) Aegidius le Tavernier. Cfr. supra, p. 319, n. 5.

18) Virgilius de Limoges. Cfr. supra, p. 324, n. 18.

19) Nomen huius abbatis non constat.

20) Annis 1532-1540, Henricus la Londre abbas fuit Ianduriarum, in dioecesi, olim in dioecesi Tullensi, nunc Virdunensi. Cfr. N. Backmund, Monasticon, III, p. 78.

21) Petrus Adeline. Cfr. supra, p. 211, n. 42.

22) Petrus Thomassin. Cfr. supra, p. 147, n. 45.

23) Antonius Parent. Cfr. supra, p. 222, n. 10.

24) Nomen ignotum.

25) Cum Iohannes Vauthier anno 1528, qua abbas, resignaverit, et, iuxta N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 492, deinde abbas commendatarius abbatiam obtinuerit, nescimus quisnam pro abbatia Capellae ad Plancas, huic Capitulo generali praesens fuerit.

26) Antonius Claret. Cfr. supra, p. 323, n. 6.

27) Iohannes Pinte. Cfr. supra, p. 334, n. 27.

28) Iohannes Gambier. Cfr. supra, p. 286, n. 20.

29) Dominicus Thuilier, abbas fuit annis 1505-1534. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 96.

30) Henricus la Londre.

31) Nomen ignotum.

32) Ioh. Niguet.

33) Nomen ignotum.

34) Dominicus Thuilier.

35) Nomen ignotum.

36) Ioh. Niguet.

37) Henricus la Londre.

Item, Capitulum delegat Priorem Praemonstratensem et Priorem Scholarium receptores Talliarum; qui super receptione earumdem demum legalem compotum reddere tenebuntur.

Item, excusationes Praelatorum in praefato Capitulo personaliter non comparentium recipient Insulae Dei [38]) et Gaudii Vallis [39]) monasteriorum Abbates, sacrae Theologiae professores.

Item, compotorum auditores erunt Patres-Abbates et caeteri Praelati qui eisdem interesse voluerint ut omnis murmuris occasio tollatur et ora loquentium iniqua funditus obstruantur.

Item, Capitulum praecipit quod omnes caeremoniae Ordinis ad unguem practicentur, et potissimum perpetuum silentium tum in Ecclesia, tum Refectorio, Dormitorio, et claustro observentur, et hoc sub poenis in Statutis decisis.

Item, Capitulum ordinat quod fiant litterae missivae destinatae ad Abbatem commendatarium de Ressonio [40]), quatenus sanctitatis suae solertia dignetur Ordinis et monasterii sui iura tueri, nec non provide disponere de bonis sui monasterii et potissimum ne habeat scindere ligna alti nemoris nisi pro refectione et reparatione aedificiorum ipsius monasterii aut membrorum eius, prout incumbit boni Pastoris officio et fidelis dispensatoris.

Item, quia ad aures Capituli Generalis pervenit quamdam altercationem esse inter Rdum Patrem Viromandensem modernum [41]), et fratrem Paschasium de Vinse, Religiosum monasterii Buciliensis super Iure dignitatis abbatialis ipsius monasterii Viromandensis; Capitulum cupiens ipsius monasterii consulere indemnitati, deputat Rdos Patres monasterii Sancti Martini Laudunensis [42]) et Cuissiacensem [43]) ad cognoscendum de Iure praetenso ipsius altercationis et ad eamdem altercationem rite et iuridice terminandam, et pacificandam, etiam usque ad sententiam diffinitivam inclusive.

Item, Capitulum diffinit quod Praelati qui de caetero mittent Religiosos suos Parisios causa studiorum, mittant eosdem cum litteris obedientiae ut certioretur Prior Scholarium cuius monasterii fuerint;

38) Virgilius de Limoges.
39) Michael Coupson.
40) Bernardinus de Vauldray. Cfr. supra, p. 316, n. 45.
41) Nomen eius notum nobis non est.
42) Adrianus Pelletier.
43) Amatus de Fonte.

qui quidem Prior compellet eosdem ut habeant comparere cum cappis in processione Rectoris. Insuper si extra Collegium Ordinis moram [254] traxerint, pariformiter coget ipsos omnibus et singulis festis praecipuis ad praefatum Collegium visitandum causa confessionis faciendae et communionis sacramentalis, ut saluti eorum et Ordinis honestati consulatur.

Item, Capitulum approbat et confirmat quamdam pensionem assignatam Rdo Domino Petro Charpentier [44]), nuper Abbati monasterii Iovillaris de summa duodecim Ducatorum cum aliis bonis mobilibus annuatim super fructibus et redditibus eiusdem monasterii, quamdiu vixerit, per Revmum Patrem Praemonstratensem a paucis diebus citra creatam, prout in litteris desuper confectis latius continetur.

Item, Capitulum diffinit quod fiat commissio destinanda ad Abbatem Ninivensem [45]), ad se informandum de commodo aut incommodo cuiusdam tractatus initi inter Rdum Patrem monasterii Montis Sancti Martini [46]) et eius Conventum ex una, et nobilem virum Iohannem Blomme, Scutiferum, partibus ex altera, super firma alicuius molendini in Parochia de Stripen [47]), situati cum aliquo vivario et multis aliis appenditiis per eosdem Abbatem et Conventum eidem Blomme in emphiteusim perpetuam datis; qui quidem Abbas Ninivensis, Deum videlicet habendo prae oculis, Capitulo futuro, aut citius quam fieri potuerit, Rmo Patri Praemontratensi fideliter habebit referre quid super hoc repererit aut faciendum fuerit, ut isdem contractus confirmetur aut infirmetur.

Item, fiant litterae missivae ad Rdos Patres monasteriorum de Bella-Stella [48]) et de Monte-Dei [49]), quatenus habeant dare Rdo Patri Insulae Dei [50]) copiam quarumdam litterarum Apostolicarum formam Rescripti continentium super absolutione cuiusdam homicidii antehac per fratrem Nicolaum Wantier, Religiosum de Lucerna (ut fertur)

[44]) Inde ab a. 1510, Petrus Charpentier abbas erat Iovillaris, resignaverat autem a. 1526. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 80.

[45]) Annis 1527-1544, Cornelius de Hey abbas fuit Ninoviensis, in dioecesi, olim Cameracensi, deinde Mechliniensi, nunc Gandavensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 317.

[46]) Annis 1524-1540, Nicolaus de Lagrené abbas fuit Montis S. Martini, in dioecesi, olim Cameracensi, nunc Suessionensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 420.

[47]) Stirpen = Strijpen, iuxta civitatem Zottegem, in dioecesi Gandavensi.

[48]) Iohannes le Prince. Cfr. supra, p. 306, n. 40.

[49]) Iohannes Ferey. Cfr. supra, p. 174, n. 21.

[50]) Virgilius de Limoges.

perpetrati, cum processu et sententiis subsequentibus et aliis actibus iudicialibus. Et in casu recusationis compellantur praedicti Abbates per Vicarium Ordinis Circariae Normanniae [51]), omnibus viis et mediis iuridicis.

Item, et in causis noviter emergentibus, Capitulum deputat Patres-Abbates, modo et forma assuetis.

Item, remittit fratrem Iohannem Hayette, Religiosum monasterii Sancti Petri Selincurtensis, nunc in monasterio Marchasii Radulphi moram trahentem ad praefatum monasterium Sancti Petri, Priori videlicet claustrali ipsius monasterii praecipiendo quatenus eumdem benigne et humaniter recipiat, nec non sub regulari disciplina foveat et manuteneat.

Item, Capitulum delegat Rdum Patrem Gaudii Vallis [52]) ad informationem faciendam super validitate aut damnificatione cuiusdam Contractus initi inter Religiosos viros Abbatem et Conventum Sancti Audoeni Rothomagensis [53]), Ordinis Sancti Benedicti ex una, et Abbatem et Conventum Insulae-Dei [54]) partibus ex altera, de quodam molendino necnon aliquibus pratis et redditibus in emphiteusim perpetuam datis; qui quidem Abbas Gaudii Vallis, si repererit dictum tractatum in utilitatem praefati monasterii Insulae Dei cedere, authoritate Capituli Generalis, confirmabit. Quod si non, infirmetur.

Item, Capitulum decernit quod fiant litterae missivae destinandae ad generosum et nobilem virum Dominum temporalem de Monirancy [255], quatenus sua benignitate et benevolentia dignetur manum porrigere adiutricem Rdo Patri monasterii Marchasii Radulphi [55]) pro tuitione et defensione iurium et reddituum Prioratus Sancti Blasii iuxta Possiacum, et potissimum ad cogendum et compellendum Priorem Commendatarium ipsius Prioratus ad habendum numerum Religiosorum in praedicto Prioratu iuxta et secundum tenorem litterarum fundationis eius, ut ibidem servitium divinum decenter celebretur, et devota intentio fundatorum praedecessorum suorum adimpleatur.

Item, visis et diligenter intellectis informationibus super vita et moribus fratris Balduini Cauliers, Religiosi videlicet monasterii Sancti

51) Iuxta ordinationem Capituli generalis a. 1527 : Mich. Coupson. Cfr. supra, p. 345.

52) Idem.

53) Agitur de abbatia, St.-Ouen dicta, in Rouen. Cfr. supra, p. 353.

54) Virg. de Limoges.

55) Bertinus Donin. Cfr. supra, p. 247, n. 10.

Andreae in Nemore factis, quibus nobis luce clarius constitit ipsum multis criminibus irretitum et contaminatum esse, videlicet criminibus excommunicationis, apostasiae, irregularitatis, sacrilegii et multis excessibus quibus factus est opprobrium hominum et abiectio plebis, Capitulum cupiens impiis iniquitatis viam praecludere, ut poena ipsius cedat caeteris in exemplum condemnat eumdem hinc ad annum poenae carceris in monasterii Domni-Martini puniendum; quo elapso, Rdus Pater Domni-Martini [56]), Pater-Abbas ipsius monasterii, authoritate Ordinis poterit cum ipso misericorditer agere, visa eiusdem fratris contritione et salutari poenitentia; ipsum videlicet rehabilitando ad omnes honores Ordinis et absolvendo ab irregularitate et ab omnibus aliis censuris Ordinis.

Item, quia paucis diebus citra, prout nobis sufficienter constitit, quoddam homicidium perpetratum fuit de persona dilecti nostri in Christo filii fratris Nicolai le Ratz, Religiosi monasterii Domni-Martini expresse professi, cuius anima in pace requiescat, Capitulum nolens hoc homicidium remanere inultum, condemnat fratrem Ferricum de Beaurin, Religiosum monasterii tanti sceleris reum et culpabilem, prout vivae vocis oraculo sponte confessus est, poena carceris, in quo iam per decem et octo menses in monasterio Sancti Martini Laudunensis detentus est, adhuc per annum esse puniendum. Et interim isdem Rdus Pater Sancti Martini [57]) eumdem fratrem super praefato homicidio iuridice examinabit; cuius relatione audita misericordiam iustitiae rigori praeferendo, faciat quod iustum erit cum ipso.

Item, Capitulum delegat Rdos Patres monasteriorum Camerae Fontis [58]) et Vallis Secretae [59]), ad se informandum super utilitate aut damnificatione cuiusdam permutationis inter Rdum Patrem Vallis Serenae [60]) et eius Conventum ex una, et Abbatem Loci Restaurati [61]) et eius Conventum partibus ex altera, de firma et Curte des Essars cum suis terris, pertinentiis et appenditiis universis, insuper praedictis Venerabilibus Religiosis Abbati et Conventui monasterii Loci-Restaurati spectanter et pertinenter factae per eosdem Religiosos, Abbatem et Conventum cum venerabilibus Religiosis Abbate et Conventu

[56]) Petrus du Bus.
[57]) Adr. Pelletier.
[58]) Aegidius le Tavernier.
[59]) Nomen ignotum.
[60]) Nomen eius non constat.
[61]) Antoõius Claret.

Vallis Serenae ad acquisitionem ad redemptionem certi annui et perpetui redditus trium modiorum bladi hybernagii, et duorum modiorum avenae ad modum Suesssionis et mensuram de Pierrefons praedictis Religiosis, [256] Abbati et Conventui Vallis Serenae annuatim in festo Sancti Martini hyemalis per iam dictos Religiosos Loci-Restaurati, ratione decimarum fructuum in terris de Bonneuil et vicinis concernentium, debitorum. Qua quidem inquisitione facta, praefati Patres fideliter Revmo Patri Praemonstratensi habebunt referre quidquid super hoc repererint; qui authoritate Ordinis praefatam permutationem confirmabit, prout eidem iuridice visum fuerit.

Item, Capitulum cupiens subvenire lamentabili et notabili ruinae necnon paupertati seu desolationi, quibus nunc detinetur et affligitur monasterium Clari-Fontis [62]), propter asperos et assiduos insultus guerrarum, ne afflicto detur nova afflictio, Capitulum remittit Rdo Patri ipsius monasterii [63]) omnia et singula arreragia omnium suarum talliarum annorum praeteritorum Ordini debitarum, usque in hodiernum diem; et pariformiter suam talliam ordinariam usque ad annum Domini 1540 exclusive, ut interim praefatum monasterium in aedificiis, utique necessariis, sublevari et reparari possit.

Item, Capitulum suspendit hinc ad annum executionem decreti capitularis anno elapso pro reparatione Collegii Parisiensis decisi [64]); et hoc attentis multis arduis oneribus, quibus nunc Ordo gravatur et detinetur.

Visitatores anni praesentis, ut in anno praecedenti.

Sic signatum. Ita est : frater N. de Herissart, scriba consistorialis praedicti Ordinis. Cum parafo.

Praesens copia cum suo originali quod Praemonstrati servatur concordat, hac die septima Ianuarii 1662, et in fidem subscripti.

fr. Gregorius de Crocq [65]).

[62]) Nomen ignoratur.

[63]) Idem.

[64]) Cfr. supra, p. 349.

[65]) Cfr. supra, p. 13, n. 89.

30

1530

(Ms. Laon, 538, pp. 256-261)

Acta et Diffinitiones Capituli Generalis Ordinis Praemonstratensis anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo, mensis vero Maii die decima sequentibusque diebus, Praemonstrati celebrati.

Nomina Praelatorum personaliter comparentium :

Dominus Iacobus de Bachimont, sacrae Theologiae professor, Praemonstratensis et Branensis monasteriorum Abbas [1]).

Sancti Martini Laudunensis, sacrae Theologiae professor [2]).

Cuissiacensis, in sacra Theologia doctor [3]).

Sancti Iohannis Ambianensis [4]).
Viromandensis [5]).
de Longo Vado [6]).
Vallis Serenae [7]).
Sanctae Mariae in Nemore [8]).
Belli-Loci [9]).
de Seriaco in pratis [10]).
Viconiensis [11]).
Thenoliensis [12]).
Camerae-Fontis [13]).

[1]) Iac. de Bachimont. Cfr. supra, p. 6, n. 33. Abbas generalis inde ab a. 1513.

[2]) Annis 1530-1545, Amatus de Fonte abbas fuit S. Martini Laudunensis. Annis 1515-1524, abbas fuerat Camerae Fontis; annis 1524-1530, abbas Cuissiacensis. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 512.

[3]) Annis 1530-1534, Iohannes Brutel, abbas fuit Cuissiacensis. Annis 1521-1525 abbas fuerat Gaudii Vallis. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 498.

[4]) Petrus le Courtiller. Cfr. supra, p. 265, n. 3.

[5]) Nomen ignoratur.

[6]) Antonius Charlier. Cfr. supra, p. 7, n. 45.

[7]) Nomen eius ignoratur.

[8]) Dominicus Thuilier. Cfr. supra, p. 70, n. 39.

[9]) Annis 1528-1557, Desiderius Silvestre abbas fuit Belli Loci = Beaulieu, in dioecesi Trecensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 483.

[10]) Iohannes Gambier. Cfr. supra, p. 286, n. 20.

[11]) Iohannes le Bracq. Cfr. supra, p. 195, n. 20.

[12]) Radulphus Amiable. Cfr. supra, p. 302, n. 11.

[13]) Aegidius le Tavernier. Cfr. supra, p. 319, n. 5.

Septem Fontium in Therascia [14]).
Insulae Beatae Mariae [15]).
de Plana Sylva [16]).
Montis Sancti Martini [17]).
Insulae [257] Dei, sacrae Theologiae professor [18]).
Vallis Christianae [19]).
de Capella ad Plancas [20]).
de Genliaco [21]).
Buciliensis [22]).
de Blanca Landa [23]).
Gaudii Vallis [24]).
Loci Restaurati [25]).
de Castello prope Mauritaniam[26]).

Subscripti praestiterunt obedientiam :

Sancti Martini Laudunensis [27]); Insulae Beatae Mariae [28]); de Plana Sylva [29]); Belli-Loci [30]); Cuissiacensis [31]); Gaudii Vallis [32]); de Blanca Landa [33]); de Castello [34]).

In primis, ordinatum est quod omnes Praelati in hoc Capitulo praedicto personaliter, ut moris est, erunt diffinitores.

Item, Missas celebrari consuetas, primam Gaudii Vallis [35]); 2am de

14) Nomen ignotum.

15) Annis 1530-1539, Iohannes Strack de Monte abbas fuit Insulae B. Mariae = Mariënweerd, in dioecesi Ultraiectensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 305.

16) Nomen huius abbatis ignotum est. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 193.

17) Nicolaus de Lagrené. Cfr. supra, p. 358, n. 46.

18) Virgilius de Limoges. Cfr. supra, p. 324, n. 18.

19) Uti videtur, Petrus Boschet. Cfr. supra, p. 314, n. 17.

20) Nomen ignotum est.

21) Nomen ignotum est.

22) Iohannes le Prince. Cfr. supra, p. 46, n. 33.

23) Nicolaus le Maistre. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, III, p. 20.

24) Michael Coupson, abbas fuit annis 1525-1531. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 556.

25) Antonius Claret. Cfr. supra, p. 323, n. 6.

26) Annis 1520-1558, Iudocus Pasquier abbas fuit Castelli = Chateau l'abbaye, in dioecesi, olim Tornacensi, deinde Atrebatensi, nunc Cameracensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 407.

27) Amatus de Fonte.

28) Ioh. Strack de Monte.

29) Nomen ignotum.

30) Desiderius Silvestre.

31) Ioh. Brutel.

32) Michael Coupson.

33) N. le Maistre.

34) I. Pasquier.

35) M. Coupson.

Blanca Landa [36]); et 3am de Plana Sylva [37]) monasteriorum Abbates celebrabunt.

Item, Capitulum delegat Priorem Praemonstratensem, assumpto secum Priore Scholarium [38]), ad tallias ordinarias recipiendas; qui de receptis fidelem compotum reddere tenebuntur.

Item, excusationes Praelatorum in praefato Capitulo personaliter non comparentium recipient Insulae Dei [39]) et Gaudii Vallis [40]) monasteriorum Abbates, qui quidem fideliter referre habebunt an excusationes ipsorum fuerint legitimae aut non.

Item, compotorum auditores erunt Patres-Abbates, una cum aliis Praelatis qui eisdem interesse voluerint, ut omnis murmuris et sinistrae suspicionis occasio tollatur et compescatur.

Item, quia visi sunt aliqui Praelati et Religiosi in templo et in claustro confabulantes, Capitulum domus Dei decorem obtinere diligens et peroptans, ordinat ut in praedictis locis continuum silentium (prout decet) observetur; alias transgressores, si qui reperti fuerint, poena in Statutis decisa affligentur.

Item, Capitulum ordinat quod fiat commissio dirigenda ad Abbatem Belli-Loci [41]), Patris-Abbatis monasterii Bassi-Fontis, quatenus, assumpto secum Rdo Patre de Capella ad Plancas [42]), aut de Moncellis [43]) diligenter et attente habeat se informare super vita et moribus fratris Nicolai Jasson, Prioris claustralis praedicti monasterii Bassi Fontis, necnon super regimine fratrum videlicet Petri Vincart et Nicolai Ballet, Religiosorum eiusdem monasterii, et potissimum super multis criminibus et excessibus in personas ipsorum obiectis. Qui quidem Pater-Abbas, si eos praefatis criminibus irretitos et contravenientes repererit, ipsos poena iuridica et condecenti, authoritate Capituli puniat et arceat. Quod si non, eosdem a iam dictis excessibus absolvant, et hoc sumptibus ipsius monasterii Bassi-Fontis.

Item, Capitulum pariformiter decernit quod fiat commissio Abbati monasterii Fontis-Andreae [44]), quatenus omnibus viis et mediis salu-

[36]) N. le Maistre.

[37]) D. Silvestre.

[38]) Mathurinus Dandelle. Cfr. supra, p. 226, n. 52.

[39]) Virg. de Limoges.

[40]) M. Coupson.

[41]) D. Silvestre.

[42]) Nomen ignotum.

[43]) Petrus Adeline. Cfr. supra, p. 211, n. 42.

[44]) Uti videtur, Ludovicus Colomb, abbas Fontis Andreae = Fontaine-André, in dioecesi Lausannensi. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, I, p. 362.

taribus anhelet revocare et reducere ad proprium ovile, etiam sub poenis et censuris Ordinis, nec non cum imploratione auxilii saecularis, si opus fuerit, fratrem Adam Faure, ipsius monasterii Religiosum, pro nunc in non minimum Ordinis dedecus et vituperium per vicos et plateas discurrentem et sic apostasiam et excommunicationem incurrendo. Qui quidem Abbas, si eumdem apprehendere potuerit, ipsum poena pro peccato suo condigna, authoritate Capituli Generalis arcebit; attamen sine restitutione honorum Ordinis.

[258] Item, super controversia inter Rdum Patrem Abbatem Beatae Mariae de Insula [45]) ex una, et venerabilem Patrem Henricum Waudenere, olim praedicti monasterii Abbatem [46]) partibus ex altera, qui nobis vivae vocis oraculo, exposuit cessionem per eumdem fratrem de dicto monasterio fuisse contra aequitatem, et iuris forma non servata, humiliter requirens, iudices in partibus, coram quibus via iuris, praetensum in praedicto monasterio prosequeretur, ac personam suam de obiectis criminibus purgaret. Capitulum considerans iustum zelum Illustrissimi Principis Gueldrensis, qui propter religiosam vitam et spem reformationis praedicti monasterii, praedictum Rdum Patrem Insularem [47]) maximo honore prosequitur, tam sanctis desideriis dicti Principis annuere volens, diffinit de consensu Patrum pro bono pacis et concordiae, quod dictus Henricus [48]) singulis annis percipiet pro pensione annua centum ducatos de Camera super fructibus praefati monasterii, una cum expensis quas praedictus Resignans sustinuit in prosecutione sui Iuris; ad quam quidem pensionem solvendam praelibatus Rdus Pater Insularis [49]) per se vel per Procuratorem ad hoc legitime fundatum se obligabit in manibus Domini Praemonstratensis vel Capituli Generalis, sub censuris Ordinis in talibus apponi consuetis. Quod si praedictus Rdus Pater Insularis huic nostrae diffinitioni consensum praestare recusaverit, Capitulum concedit et diffinit quod negotium committatur Iudicibus Ordinis Circariae Brabantiae, qui partibus iustitiae administrabunt complementum. Iniungit similiter Capitulum saepe nominato Rdo Patri Insulari [50]),

[45]) Ioh. Starck de Monte.

[46]) Henricus de Voorst, abbas a. 1530, ac eodem anno resignans. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 305.

[47]) Ioh. Starck de Monte.

[48]) Henricus de Voorst. Cfr. n. 46.

[49]) Ioh. Starck de Monte.

[50]) Idem.

ut quantocius fieri poterit, obedientiam praestet Rdo Patri Domino Sancti Martini [51]), prout Iuris et moris in Ordine.

Item, Capitulum praecipit Rdo Patri de Capella ad Plancas [52]), quatenus habeat exhibere et restituere omnia Instrumenta et munimenta Iustitiae quae apud se habere potest, Venerabili Confratri nostro Viconiensi [53]), praetextu cuiusdam Processus Parisiis existentis, ratione praefati monasterii Viconiensis, eo videlicet tenore quod si futuris temporibus ratione praedicti processus subsequenter aliqua iactura aut aliquod notabile damnum praefatus Abbas Viconiensis eumdem Abbatem de Capella [54]) in et adversus omnes ab omni iactura et damno reddet exoneratum; et sic Capitulum absolvit praelibatum Patrem de Capella ad Procuratorium in prosecutione ipsius processus, nomine suo proprio exhibiti.

Item, Capitulum emittit fratrem Iohannem Loyson, Religiosum monasterii Sanctae Crucis Metensis, suis exigentibus demeritis, hinc ad annum ad monasterium Septem Fontium in Burgundia; modo et forma in cap. de fratribus emittendtis descriptis.

Item, Capitulum delegat Rdos Patres monasteriorum Gaudii Vallis [55]) et Beatae Mariae in Nemore [56]) ad gratiosum subsidium pro reparatione Collegii Parisiensis antehac admissum [57]) recipiendum. Qui quidem Rdi Patres, omnes et singulos Praelatos Ordinis sub poenis et censuris Ordinis compellere poterunt (si opus fuerit) ad hoc subsidium infra festum Nativitatis Domini [259] proxime venturum persolvendum, expensis et omnibus viaticis in dictorum Praelatorum compellendorum. Attamen de receptis Capitulo Generali aut Patribus Abbatibus fidelem computum reddere tenebuntur.

Item, visis inquisitionibus diligenter et attente per Rdum Patrem Sancti Martini Laudunensis [58]) factis super commodo et incommodo ciusdam tractatus initi inter Revmum Patrem Praemonstratensem et eius Conventum ex una, et Guillelmum Pestelet, civem Noviomensem et Maria de Faulembray eius conthoralem partibus ex altera,

[51]) Amatus de Fonte.
[52]) Nomen ignotum.
[53]) Ioh. Le Bracq.
[54]) Agitur de abbate Capellae ad Plancas, cuius nomen notum non est.
[55]) Michael Coupson.
[56]) Dominicus Thuilier.
[57]) Cfr. supra, p. 224.
[58]) Amatus de Fonte.

de quadam domo cum pluribus appenditiis in Comitatu Noviomensi situatis. Capitulum confirmat praefatum tractatum modo et forma in litteris desuper confectis descriptis. Eo quod cedat in utilitatem ipsius monasterii Praemonstratensis.

Item, Capitulum annuit quod fiant litterae orationum pro generoso et nobili viro Nicolao de Bossu, Domino temporali de Languenal milite et eius conthorali in ampla forma. Et hoc ad intercessionem Rmi Patris Praemonstratensis.

Item, et in causis noviter emergentibus quae Capitulum exspectare non possent, Capitulum delegat Patres-Abbates modo et forma assuetis.

Item, Capitulum approbat et confirmat quamdam transactionem factam inter Rdum Patrem Sancti Martini Laudunensis [58]) ex una, et suos Religiosos partibus ex altera, videlicet super sustentatione et victu ipsorum Religiosorum; in omnibus et per omnia iuxta et secundum formam litterarum desuper confectarum, quibus nostrae praesentes annectuntur.

Item, Capitulum ratum gratumque habet quemdam tractatum initum inter praefatum R. Patrem Sancti Martini [60]) et eius Conventum ex una, et providum virum Matthaeum Couppet ex altera, de domo censuali seu firma de Chaumont cum omnibus suis appenditiis, modo et forma in litteris desuper confectis consuetis.

Item, Capitulum decernit quod fiat commissio Abbati Parcensi [61]) ad compellendum, sub poenis et censuris Ordinis, omnes et singulos Praelatos Circariae Brabantiae, quatenus dignentur manus porrigere adiutrices et subvenire Rdo Patri Sti Michaelis Antverpiensis [62]), qui multas impensas exposuit pro tuitione et defensione Iurium et libertatum ipsius Ecclesiae; et hoc insequendo accordum seu decretum antehac inter eos amicabiliter factum, nisi causam iuridicam et legitimam in contrarium allegaverint; quam si allegare voluerint, isdem Rdus Pater Parcensis [63]) remittet negotium coram Rdis Patribus monasteriorum Viconiae [64]) et Bonae-Spei [65]). Qui quidem Patres

[59]) Idem.

[60]) Idem.

[61]) Ambrosius van Engelen. Cfr. supra, p. 238, n. 59.

[62]) Annis 1519-1538, Cornelius van de Meer abbas fuit S. Michael Antverpiensis, in civitate et dioecesi eiusdem nominis. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 269.

[63]) Ambrosius van Engelen.

[64]) Ioh. le Bracq.

[65]) Iohannes Cornu. Cfr. supra, p. 5, n. 22.

poterunt ipsum negotium authoritate Capituli terminare usque ad sententiam diffinitivam inclusive.

Item, Capitulum annuit quod de caetero Religiosi ipsius monasterii Sancti Michaelis, quantum ad decantationem Vigiliarum pro defunctis decantandarum, conformabunt se (sicut decet) in omnibus et per omnia suae Matrici Ecclesiae [66]), nisi aliter onerati essent ex quadam speciali fundatione ipsius Ecclesiae. Quod si ita sit, [260] Capitulum praecipit eisdem ipsam fundationem ad amussim persolvere ut in hoc conscientiae eorumdem exonerentur.

Item, Capitulum praecipit Commissionem destinari ad intercessionem et requestam Promotoris Ordinis et Prioris Scholarium [67]), ad Rdum Patrem Gaudii Vallis [68]), ad se informandum super quadam enormi flagellatione, quae, prout fertur, per Religiosos monasterii Hermeriarum in personas quorumdam Notariorum Apostolicorum Parisiis commorantium, a paucis diebus citra narratur fuisset illata. Qui quidem Pater ipsam informationem clausam et suo sigillo abbatiali munitam ad Patres Abbates remittere curabit, hoc videlicet negotium terminandi plenam potestatem habentes.

Item, Capitulum diffinit quod fiant litterae orationum in communi forma pro nobili viro Iohanne de Haltenen, locum tenente Magistri aquarum et silvarum Regni Franciae et eius conthorali. Et hoc ad intercessionem Reverendorum P.P. Cuissiacensis [69]) et Gaudii Vallis [70]).

Item, Capitulum ordinat quod decernatur commissio Abbati monasterii Montis Dei [71]), ad compellendum, sub poenis et censuris Ordinis, Abbates monasteriorum de Blanca Landa [72]), de Bellosanna [73]), de Silleyo [74]), de Bella-Stella [75]), de Lucerna [76]) et Sti Iohannis de Falesia [77]), prout decisum fuit retroactis annis, ad satisfaciendum Rdo

[66]) Matrix ecclesia ista est ecclesia Praemonstratensis, a qua fundata olim erat ecclesia S. Michaelis Antverpiensis.

[67]) Mathurinus Dandelle.

[68]) Mich. Coupson.

[69]) Ioh. Brutel.

[70]) M. Coupson.

[71]) Ioh. Ferey. Cfr. supra, p. 174, n. 21.

[72]) N. le Maistre.

[73]) Michael Lelong. Cfr. supra, p. 324, n. 24.

[74]) Guilielmus Paris. Cfr. supra, p. 248, n. 22.

[75]) Iohannes le Prince. Cfr. supra, p. 46, n. 33.

[76]) Ignoratur.

[77]) Iohannes de Glatigny. Cfr. supra, p. 312, n. 25.

Patri Insulae Dei [78]) de summa triginta librarum, quas exposuit pro aedificatione quorumdam carcerum in ipso monasterio Insulae Dei constructorum, pro reclusione, si opus fuerit, Religiosorum Apostatarum seu male viventium, in Circaria Normanniae existentium.

Item, Capitulum praecipit Rdis Patribus Vallis-Serenae [79]) et Loci-Restaurati [80]), quatenus infra mensem, sub poenis et censuris Ordinis, habeant exhibere instrumenta et munimenta iustitiae inter manus Revmi Patris Praemonstratensis et Rdi Patris Cuissiacensis [81]) de quadam amicabili translatione annui redditus quorumdam granorum ad Curtem des Essars [82]) inter eos inchoata. Qui quidem Patres-Abbates poterunt super ipsa translatione diffinire, authoritate Capituli, quod iustum fuerit, et ordo postulabit rationis, pro confirmatione videlicet Iuris utriusque monasterii.

Item, annuendo supplicationi ex parte dilecti nostri in Christo filii fratris Guillelmi de Renis monasterii de Ladelon, nuper Praepositi in Haerlo, nobis exhibitae, Capitulum diffinit quod de caetero consulendo honori ipsius fratris, ipse frater habebit primam sedem in choro post Abbatem et ubique. Qui quidem modernus Praepositus [83]) per litteras missivas ipsius Capituli poterit induci ad creandam gratiosam quamdam pensionem ipsi fratri super fructibus et redditibus ipsius monasterii, prout Statuta volunt, ne odor boni nominis in vituperium cedere conspiciatur.

Visitatores anni praesentis :

Franciae, Pontivi, Lotharingiae : Dominus Praemonstratensis reservat pro se. [261] Frisiae, Gueldriae et Hollandiae : Abbas Beatae Mariae in Lidlum [84]), ad triennium.

Normandiae, Burgundiae, Alverniae, Vasconiae et Hispaniae : Abbas Insulae Dei [85]) ad triennium.

[78]) Virg. de Limoges.

[79]) Nomen ignotum.

[80]) Ant. Claret.

[81]) I. Brutel.

[82]) Cfr. supra, p. 316.

[83]) Agi videtur de prioratu Hulsterlo, in Zelandia, in dioecesi, olim Cameracensi, deinde Middelburgensi, nunc Bredani. Cfr. N. Backmund, *Monasticon*, II, p. 438. Ladelon identificandum videtur cum Lidlum.

[84]) Ioh. de Keppel. Cfr. supra, p. 248, n. 111.

[85]) V. de Limoges.

Sic signatum : Ita est : fr. N. de Herissart, praedicti Ordinis scriba consistorialis.

Cui originali praesens haec copia hac die octava Ianuarii 1662 concordat. Et in fidem subscripsi.

fr. Gregorius du Crocq [86]).

[82]) Cfr. supra, p. 13, n. 89.

INDEX LOCORUM ET PERSONARUM

Abbatisvilla : 11.

Abriocum (Avranches) : 12, n. 81 ; 50, n. 52 ; 56, n. 3 ; 79, n. 106.

Adam Praemonstratensis : 227 ; 227, n. 54 ; 259.

Adelbergia : 76, n. 92 ; 77 ; 77, n. 96 ; 85 ; 99 ; 100 ; 101 ; 120 ; 162 ; 162, n. 36 ; 199 ; 200, n. 66 ; 207 ; 220 ; 229 ; 241 ; 245 ; 264 ; 289 ; 294.

P. Adeline : 211, n. 42 ; 233, n. 20 ; 248, n. 15 ; 286, n. 16 ; 286, n. 28 ; 304, n. 30 ; 310, n. 7 ; 313, n. 31 ; 313, n. 32 ; 323, n. 5 ; 337, n. 53 ; 346, n. 7 ; 353, n. 55 ; 356, n. 21 ; 364, n. 43.

Adony : 217 ; 217, n. 78.

G. Adzet : 313.

Agra : 217, n. 70 ; 217, n. 78 ; 217, n. 79.

Aguilar : 92 ; 92, n. 73 ; 104 ; 104, n. 47 ; 106.

Ahyele = Tuy : 217 ; 217, n. 83.

Aland : 122 ; 153, n. 68.

Alba Curia (*Abbecourt*) : 7 ; 21 ; 58 ; 108 ; 173 ; 265 ; 265, n. 8 ; 256 ; 265 ; 310 ; 311 ; 342.

Albertus, Bavariae Dux : 100 ; 201, n. 77.

G. Aleaume : 161, n. 19 ; 161, n. 28 ; 161, n. 70 ; 170, n. 93 ; 174, n. 30 ; 175, n. 46 ; 176, n. 51 ; 180, n. 65 ; 184, n. 14 ; 186, n. 33 ; 194, n. 7 ; 196, n. 30 ; 209, n. 17 ; 209, n. 24 ; 223, n. 15 ; 224, n. 34 ; 233, n. 16 ; 234, n. 33 ; 248, n. 20 ; 249, n. 42 ; 254, n. 68 ; 256, n. 79 ; 266, n. 16 ; 266, n. 36 ; 273, n. 62 ; 285, n. 12 ; 286, n. 26 ; 287, n. 32 ; 296, n. 21.

Alenchonium (Alençon) : 288.

Alexander VI, papa : 36, n. 55.

G. Alis : 69, n. 16 ; 70, n. 46 ; 86, n. 28 ; 103, n. 17 ; 128, n. 11 ; 130, n. 44 ; 160, n. 14 ; 195, n. 23.

I. Allain : 72, n. 66 ; 88 ; 185, n. 85 ; 189 ; 189, n. 47 ; 203, n. 34.

I. Allebout : 308.

R. Allefin : 225 ; 225, n. 43.

Allemannia : 164.

P. Almazan de Mendoza : 106, n. 69.

Alvernia (Auvergne) : 17 ; 30 ; 55 ; 65 ; 67 ; 85 ; 101 ; 113 ; 142 ; 167 ; 180 ; 206 ; 220 ; 230 ; 237 ; 239 ; 245 ; 264 ; 284 ; 289 ; 294 ; 308 ; 345 ; 369.

Ambianum (Amiens) : 4, n. 4 ; 4, n. 16 ; 5, n. 17 ; 5, n. 25 ; 10, n. 67 ; 12, n. 85 ; 18, n. 110 ; 28, n. 81 ; 31, n. 94, 52 ; n. 65 ; 94, n. 84 ; 94, n. 85 ; 119 ; 135, n. 78 ; 232, n. 7 ; 226, n. 25 ; 323, n. 14.

P. Amiable : 302, n. 11 ; 303, n. 23 ; 305, n. 36 ; 334, n. 26 ; 355, n. 12 ; 362, n. 12.

A. Anceaulx : 289.

A. Ancel : 197 ; 211.

Andegavum (Angers) : 17, n. 103.

M. Alestorin : 308.

Anglia : 17 ; 30 ; 41 ; 43 ; 54 ; 65 ; 74, n. 83 ; 85 ; 101 ; 111 ; 111, n. 101 ; 113 ; 121 ; 127 ; 136 ; 140 ; 155 ; 159 ; 164 ; 171 ; 182 ; 191 ; 192 ; 220 ; 231 ; 245 ; 250 ; 264 ; 284 ; 294 ; 344.

A. Ansel : 273.

Antonius de Cugnesis, comes : 52.

Antverpia (Antwerpen) : 3, n. 5 ; 41 ; 57, n. 16 ; 67.

Aquisgranum (Aachen) : 27, n. 75 ; 194, n. 11.

Aqui (Dax) : 304, n. 35.

Ardena : 79 ; 79, n. 107 ; 93 ; 93, n. 81 ; 92 ; 108 ; 317 ; 317, n. 55 ; 324 ; 324, n. 16.

Argyle : 187 ; 187, n. 39.

Arnsbergia : 148, n. 42 ; 163, n. 43 ; 200 ; 238, n. 56.

Arnstein : 261.

Astorgia : 104, n. 50.

Atrebatum (Arras) : 4, n. 14 ; 4, n. 16 ; 6, n. 30 ; 7, n. 44 ; 7, n. 47 ; 31, n. 94 ; 52, n. 66 ; 62 ; 68, n. 5 ; 82, n. 121 ; 94, n. 84 ;

100, n. 124; 213; 232, n. 7; 226, n. 25; 323, n. 14; 363, n. 26.
E. Atterhoff : 121; 121, n. 83.
Aturicum (Aire) : 304, n. 35.
P. Aubert : 327.
S. Aubert : 6, n. 34; 20, n. 23; 45, n. 71; 51, n. 59; 102, n. 11; 104, n. 42; 161, n. 16; 168, n. 75; 187, n. 36; 195, n. 29; 195, n. 29; 201, n. 79.
St. Aubry : 39, n. 75.
I. Auffroy : 6, n. 31; 24, n. 28; 33, n. 23; 46, n. 27; 57, n. 22; 70, n. 45; 149, n. 47; 208, n. 7; 210, n. 37.
Augustanum (Augsburg) : 111, n. 106; 240, n. 72.
Augustinus, sanctus : 226; 234; 259, 329; 330.
Austria : 18; 31; 47; 55; 57; 86; 101; 113; 127; 142; 159; 172.
Auxitanum (Auxerre) : 32, n. 14; 159, n. 116.
Averbodium : 5, n. 16; 69; 69, n. 28; 70 71; 76, n. 94; 81; 168; 168, n. 80.

Bachaia : 26.
L. Bachelier : 37, n. 64; 50, n. 56; 57, n. 21.
I. Bahaurye : 291.
Baiocum (Bayeux) : 5, n. 29; 11, n. 80; 50, n. 52; 70, n. 41; 79, n. 107; 79, n. 108; 79, n. 109; 93, n. 81; 108, n. 85; 111; 237, n. 50; 274, n. 26; 312, n. 25; 317, n. 55; 324, n. 16.
I. Balham : 273.
N. Ballet : 364.
N. Bamet : 116, n. 35; 117, n. 43.
R. Bammelle : 16.
Bargny : 271, n. 55.
P. Baron : 132.
S. Barbarae confraternitas : 186; 271; 321.
Barlings : 124; 124, n. 103.
Barthe : 40; 40, n. 78.
A. Barthélémy : 62.
Bartholomaeus Windbergensis : 130.
R. Barton : 126, n. 105.
Basilea (Basel) : 167, n. 73; 237, n. 51.
Bassus Fons (*Basse-Fontaine*) : 313; 463.
N. Bautier : 288.
Bavaria : 30; 31; 38; 38, n. 67; 55; 65; 77; 85; 99; 101; 117; 142; 158; 171; 182; 192; 240; 247.
A. Bayart : 53.
G. Bayart : 271; 292.
St. Bazelaire : 4, n. 4; 20, n. 36; 21, n. 50; 32, n. 4; 70, n. 36; 88, n. 30; 129, n. 24.
I. Aelda Beraugrand : 30.
Beaulieu : 342.
Becherel : 153; 153, n. 71.
P. Beckholt : 152, n. 65.
Bedburg : 269; 269, n. 45.
Beesd ; 238; 238, n. 60.
Beleigh : 116; 116, n. 18; 117.
Belbuc : 129; 129, n. 18; 136.
N. Belin : 206.
Bella Stella (*Belle-Étoile*) : 50; 50, n. 53; 70; 70, n. 41; 71; 116; 196; 273; 301; 306; 358; 368.
Bella Vallis in Argonia (*Belval*) : 29; 29, n. 85; 50; 50, n. 54; 57; 57, n. 33; 58; 70; 89; 103; 124; 124, n. 98; 174; 227; 237; 321; 333.
Bellelagia (*Bellelaye*) : 167; 167, n. 74; 206; 206, n. 103; 237; 237, n. 49; 237, n. 51; 245; 289; 290; 291; 294.
Bellicum (Belley) : 191, n. 47.
Bellosanna : 5; 5, n. 27; 12; 19; 24; 56; 70; 88; 93; 116; 131; 146; 153; 174; 195; 205; 208; 247; 247, n. 8; 249; 255; 322; 324; 324, n. 24; 353; 353, n. 50; 368.
Bellovacum (Beauvais) : 5, n. 26; 6, n. 38; 21, n. 47; 24, n. 64; 33, n. 24; 53, n. 68; 72, n. 67; 78; 83, n. 125; 164; 247, n. 10; 323, n. 6; 323, n. 10; 326.
Bellum Stagnum (*Belle-Étanche*) : 14, n. 90.
Bellus Locus (*Beaulieu*) : 37; 37, n. 63; 46; 188; 313; 313, n. 30; 337; 362; 363; 364.
Bellus Portus (*Beauport*) : 37; 37, n. 59; 59; 59, n. 60; 131; 154; 287; 348.
Bellus Reditus (*Beaurepart*) : 58; 59, n. 21; 110; 110, n. 92.
L. Belleye : 112.
G. Bench : 76.

Berchem S. Agatha : 155; 155, n. 87.
P. Berenger : 325.
N. Berg : 289, n. 30; 294, n. 67; 331, n. 63; 332, n. 66.
Bergny : 271.
Berlye : 202.
Berengenquem : 40.
P. Bernat : 82.
Berna : 3; 341; 341, n. 62.
P. Bertault : 351.
O. Bertrand : 343.
Betricourt : 11.
I. Beydin : 86.
Beynes : 313.
Bisuntinum (Besançon) : 99; 99, n. 115; 133; 147, n. 24.
Bisiacum : 343.
Bloemhof, cfr. *Floridus Hortus*; *Wittewierum*.
Blancalanda (*Blanchelande*) : 33; 33, n. 22; 34; 59; 70; 75; 75, n. 85; 102; 102, n. 14; 103; 237; 237, n. 48; 237, n. 49; 261; 312; 333; 334; 350; 363; 364; 368.
Blesa (Blois) : 125, n. 109.
Bleville : 24.
P. Block (De Block) : 198, n. 58.
I. Blomme : 358.
I. Bock : 148, n. 42; 162; 162, n. 43; 238, n. 57.
Bohemia : 18; 30; 31; 38; 55; 65; 67; 72; 85; 91; 101; 127; 131; 158; 171; 182; 192; 207; 231; 264; 284; 294.
Boisenne : 316.
Bolonium (Boulogne-sur-Mer) : 88, n. 24.
I. Bomel : 168.
P. Bonami : 153.
Bona Spes (*Bonne-Espérance*) : 4; 8; 20; 21; 46; 47; 56; 69; 116; 129; 146; 147; 148; 161; 194; 194, n. 8; 196; 197; 208; 211; 223; 226; 273; 289; 324; 330; 343; 367.
Bonum Fagetum (*Bonfays*) : 4; 7; 49; 59; 70; 71; 116; 342; 347; 347, n. 95; 349; 353.
A. Bonnard : 315, n. 41.
Bonneaupré : 235.
Bonneil : 316.
T. Bonnet : 51.
I. Bonneval : 96, n. 101.
Bonolium (Bonneuil) : 28; 28, n. 81; 230.
P. Boschet : 324, n. 17; 324, n. 27; 325, n. 36; 346, n. 9; 355, n. 11; 363, n. 19.
N. Boucher : 323, n. 10; 324, n. 26; 325, n. 35; 334, n. 19.
I. Boucquet : 310, n. 2; 310, n. 12; 314, n. 34; 317, n. 37; 319, n. 3; 320, n. 12; 321, n. 19; 322, n. 20; 323, n. 2; 326, n. 45; 330, n. 53; 331, n. 62.
I. Boudet : 5, n. 27; 11, n. 80; 12, n. 83; 19, n. 9; 24, n. 65; 56, n. 5; 70, n. 42; 88, n. 34; 93, n. 79; 94, n. 82; 116, n. 31; 146, n. 12; 153, n. 70; 153, n. 73; 174, n. 20; 195, n. 17; 204, n. 89; 208, n. 15.
N. Bourg : 203.
P. Bourg : 199.
Bourlemont : 350.
Brabantia : 5, n. 16; 6, n. 30; 6, n. 33; 14; 17; 30; 36; 37; 43; 47; 48; 54; 60; 65; 81; 85; 92, n. 68; 107; 126; 142; 156; 158; 171; 182; 191; 206; 220; 224; 230; 245; 252; 264; 269; 283; 293; 294; 324, n. 20; 367.
Brana (*Braine*) : 6; 8, n. 71; 4, n. 16; 6, n. 33; 14; 20; 21; 32; 34; 42; 45; 47; 51; 56; 65; 68, n. 6; 71, n. 80; 87; 102; 128; 154; 194; 208; 261; 265; 271; 299; 302; 310; 319; 325; 326.
Brancheaulx : 291.
Braucourt : 198, n. 59; 198, n. 60.
N. Breden : 242.
Breda : 369, n. 83.
B. Brinchon : 275.
P. Brinnet (Brunet) : 39.
Briocum (St-Brieuc) : 37, n. 59; 59, n. 60; 106, n. 15; 139; 154.
I. Brisson : 116, n. 35; 174, n. 32.
A. Brossart : 288; 313.
Aeg. Broussart : 96.
I. Bruyse : 88, n. 18.
Bruna : 73; 73, n. 71.
Brunehautpré : 236.
P. Brunet : 7, n. 46; 33, n. 37; 37, n. 61;

46, n. 37; 64; 64, n. 93; 70, n. 44; 103, n. 16; 147, n. 27; 186, n. 30.
I. Brutel : 299; 302, n. 4; 303, n. 17; 306, n. 41; 307, n. 48; 310, n. 4; 311, n. 20; 314, n. 36; 316, n. 44; 325, n. 42; 362, n. 3; 363, n. 31; 368, n. 69; 369, n. 81.
Bruxella : 155, n. 87.
Bruyt : 168.
Bucilium (*Bucilly*) : 22; 22, n. 56; 46; 69; 87; 87, n. 8; 103; 116; 123; 129; 146; 174; 175; 182; 184; 195; 195, n. 35; 196; 209; 223; 256; 265; 285; 295; 302; 310; 333; 346; 355; 357; 363.
I. Buerse : 20, n. 13; 23, n. 61; 88, n. 18; 89, n. 50; 89, n. 52; 115, n. 8; 117, n. 52; 121, n. 76.
Burgos : 17, n. 107; 30, n. 91; 92, n. 71; 92, n. 73; 104, n. 44; 104, n. 47; 104, n. 49; 105, n. 55; 105, n. 57; 105, n. 59.
Burguemont : 291.
Burgundia : 17; 30; 55; 59, n. 61; 65; 67; 85; 101; 113; 126; 158; 167; 171; 182; 192; 206; 220; 230; 237; 245; 264; 284; 289; 291, n. 50; 294; 301; 309; 345; 369.
Buscoducum ('s Hertogenbosch) : 3, n. 8.
I. Buyten : 92, n. 56.
Bzovik (*Bozok*) : 217; 317, n. 69.

G. Caignart : 188.
Fr. Caignon : 77, n. 59; 93, n. 80; 94, n. 83; 108, n. 83; 116, n. 28; 117, n. 42; 117, n. 49; 126, n. 124; 158, n. 107; 160, n. 9; 166, n. 71; 169, n. 85; 171, n. 103; 192, n. 64; 322, n. 24; 335, n. 41; 336, n. 47; 337, n. 49.
Calabria : 18; 51; 55; 66; 86; 93, n. 90; 94, n. 89; 101; 109; 109, n. 90; 159; 172; 182; 192; 207; 221; 231; 246; 264; 267; 284; 294.
Calniacum : 153.
Calvus Mons (*Chaumont*) : 5; 5, n. 18; 18; 19, n. 11; 32; 46; 58; 59; 59, n. 63; 69; 87; 103, n. 116; 123, n. 96; 129; 134; 135; 135, n. 78; 147; 161; 169; 174; 180; 184; 190; 196; 239; 252; 266; 285; 295; 296; 302; 324; 355.
Camerae Fons (*Chambre-Fontaine*) : 7; 11; 7, n. 34; 20; 32; 34; 56; 69; 70; 70, n. 46; 88; 103; 128; 130; 160; 160, n. 14; 173; 195; 208; 222; 224; 232; 233; 239; 240, n. 70; 241; 242; 243; 245; 247; 249; 250; 253; 254; 264; 265; 269; 276; 277; 282; 293; 295; 296; 298; 302; 303; 305; 309; 310; 311; 312; 315; 315, n. 37; 319; 319, n. 8; 319, n. 8; 322; 331; 346; 350; 351; 356; 359; 362.
Cameracum (Cambrai) : 4, n. 9; 4, n. 10; 4, n. 14; 5, n. 30; 6, n. 30; 6, n. 31; 18, n. 110; 46, n. 33; 57, n. 16; 67; 82, n. 122; 83; 116, n. 38; 133; 149, n. 43; 149, n. 46; 213; 224; 225, n. 44; 263; 269; 324, n. 20; 358, n. 45; 358, n. 46; 363, n. 26; 369, n. 83.
Candida Casa (*Whithorn*) : 59; 59, n. 66; 61; 67; 74; 74, n. 82; 85; 85, n. 144; 101; 112; 113; 127; 159; 171; 182; 207; 231; 245; 264; 294.
A. Canelle : 304.
I. Capdequi : 341; 352.
Capella ad Plancas (*Chapelle-aux-Planches*) 37; 37, n. 62; 50; 50, n. 55; 225; 225, n. 47; 233; 233, n. 24; 304; 317; 321; 356; 363; 364; 366.
Capitulum Generale 1283 : 48, n. 45.
Cap. Generale 1310 : 48, n. 45; 151, n. 57.
Cap. Gen. 1311 : 48, n. 45.
Cap. Gen. 1320 : 48, n. 45.
Cap. Gen. 1437 : 48, n. 45.
Cap. Gen. 1442 : 48, n. 45.
Cap. Gen. 1500 : 18, n. 109; 18, n. 112; 26, n. 74; 137, n. 86.
Cap. Gen. 1501 : 3-18; 26, n. 72; 48, n. 45; 58, n. 53.
Cap. Gen. 1502 : 19-31; 38, n. 67.
Cap. Gen. 1503 : 32-44; 64, n. 93; 73, n. 75; 91, n. 61.
Cap. Gen. 1504 : 45-55; 64, n. 89; 74, n. 83; 137, n. 86.
Cap. Gen. 1505 : 56-67; 77, n. 99; 80, n. 102; 83, n. 124; 83, n. 133; 86, n. 151; 88; 101, n. 129; 137, n. 86.

Cap. Gen. 1506 : 68-86; 219, n. 92.
Cap. Gen. 1507 : 87-101; 119, n. 128; 137, n. 86; 156, n. 91.
Cap. Gen. 1508 : 102-114; 250, n. 31.
Cap. Gen. 1509 : 115-127; 134, n. 70; 151, n. 57.
Cap. Gen. 1510 : 128-142; 286, n. 30.
Cap. Gen. 1511 : 146-159.
Cap. Gen. 1512 : 160-172; 175, n. 50.
Cap. Gen. 1513 : 173-183; 190, n. 58; 205, n. 92.
Cap. Gen. 1514 : 182-193; 254, n. 67.
Cap. Gen. 1515 : 194-207; 254, n. 67.
Cap. Gen. 1516 : 208-221; 235.
Cap. Gen. 1517 : 222-231; 239, n. 87; 279; 328, n. 48.
Cap. Gen. 1518 : 232-246; 251, n. 56.
Cap. Gen. 1519 : 247-264; 286, n. 30; 308, n. 51.
Cap. Gen. 1520 : 265-284.
Cap. Gen. 1521 : 285-294.
Cap. Gen. 1522 : 295-301; 322, n. 20.
Cap. Gen. 1523 : 302-309.
Cap. Gen. 1524 : 310-318.
Cap. Gen. 1525 : 319-322.
Cap. Gen. 1526 : 323-332.
Cap. Gen. 1527 : 333-345; 359; n. 54; 359, n. 55.
Cap. Gen. 1528 : 346-354.
Cap. Gen. 1529 : 355-361.
Cap. Gen. 1530 : 362-370.
Cappel (*Spieskappel*) : 96; 96, n. 98; 120; 120, n. 73; 121; 148; 112; 112, n. 110; 148, n. 41; 163; 289; 289, n. 39; 293; 331; 332.
Capelletum (Paris) : 13; 14; 15.
Cappenbergia : 27; 162; 162, n. 41; 200.
A. Carette : 317.
I. Carlier : 170.
D. Carnisien : 88, n. 24; 89, n. 49; 146, n. 14; 195, n. 22; 266, n. 17; 267, n. 40; 275, n. 73; 286, n. 18; 333, n. 13.
Carnutum (Chartres) : 7, n. 41; 7, n. 43; 39, n. 72; 125; 265, n. 8; 311, n. 22; 323, n. 7; 341, n. 61.
Carolus V, rex : 269, n. 48.
P. Carouge : 13; 14; 94; 95.
I. Carrasco : 106, n. 76.
P. Carré : 7, n. 42; 21, n. 39; 46, n. 28; 58, n. 53; 103, n. 26; 103, n. 34; 103, n. 38.
W. Carten : 42.
Carthovorum (*Chartreuve*) : 6; 6, n. 34; 20; 45; 51; 102; 104; 128; 161; 166; 187; 195; 201; 222; 224; 225; 239; 247; 249; 266; 286; 303; 310; 311; 317; 319; 320; 321; 346; 356.
Casa Dei (*La Chaise Dieu*) : 32; 32, n. 14; 43; 65; 82; 82, n. 120; 101; 113; 127; 142; 251; 256; 283; 293; 299; 303; 304; 309.
Casparus Strahoviensis : 268, n. 43.
Castellum : 57; 70.
Castellum prope Mauritaniam (*Chateau-Mortagne*) : 6; 6, n. 30; 20; 33; 149; 149, n. 46; 208; 210; 235; 277; 363; 363, n. 26.
Castrum Theodorici : 15; 273; 275, n. 63.
Catalaunum : 7, n. 48; 37, n. 6; 273; 273, n. 93.
P. Cati : 16.
B. Caulier : 359.
Caulières : 119; 198; 198, n. 60; 212; 212, n. 47.
Cella Dei Superior (*Oberzell*) : 157; 157, n. 95.
Chamousy : 320.
M. Champenois : 151.
N. Champion : 15.
Th. Chanceler : 50, n. 53; 116, n. 30; 179, n. 60.
I. Chappon : 268.
A. Charlier : 7, n. 45; 17, n. 105; 21, n. 43; 33, n. 16; 46, n. 22; 57, n. 35; 58, n. 48; 58, n. 49; 71, n. 55; 129, n. 25; 147, n. 24; 161, n. 21; 174, n. 31; 203; 346, n. 10; 347, n. 19; 355, n. 14; 362, n. 6.
I. Charlier : 203; 281, n. 100.
P. Charpentier : 358.
Chassonne-Membry : 124.
A. Chaster : 118.
Th. Chauney : 331.
B. Chavreson : 353, n. 37.
Chenesy : 251.

Chery : 135 ; 135, n. 73.
Chinon : 189 ; 189, n. 48.
Choteschovium (*Chotesov*) : 79, n. 106.
Chur : 230, n. 67.
I. Cinello : 25.
Clairy : 236.
Clamacy : 227 ; 227, n. 80.
A. Claret : 323, n. 6 ; 324, n. 32 ; 346, n. 6 ; 347, n. 20 ; 356, n. 26 ; 360, n. 61 ; 369, n. 80.
Claromons (Clermont) : 59, n. 64 ; 347, n. 24.
Clarus Fons (*Claire-Fontaine*) : 5 ; 8 ; 19, n. 13 ; 33 ; 34 ; 43 ; 57 ; 63 ; 70 ; 89 ; 103 ; 125 ; 125, n. 113 ; 129 ; 129, n. 28 ; 147 ; 160 ; 170 ; 191 ; 194, n. 6 ; 302 ; 303 ; 333 ; 355 ; 361.
Clemens VII, papa : 41, n. 83.
I. Clement : 129, n. 26 ; 185, n. 20 ; 195, n. 25.
A. Clerici : 292.
I. Clerx : 133, n. 60.
Clivia : 62 ; 74 ; 162 ; 162, n. 39.
I. Clozot : 353.
Coelestini (Sancti) Ordo : 325.
I. Colant : 261.
N. Colin : 342.
I. Collard : 57, n. 33 ; 70, n. 38 ; 99, n. 43 ; 103, n. 22 ; 174, n. 27 ; 232, n. 9 ; 323, n. 13 ; 333, n. 14.
Collegium (Ordinis) Parisiense : 31 ; 31, n. 87 ; 39 ; 52, n. 67 ; 64 ; 66 ; 96 ; 137 ; 137, n. 90 ; 260 ; 278 ; 307 ; 308 ; 342 ; 349 ; 357 ; 358 ; 361 ; 368.
N. Collins : 349.
P. Collins : 198.
L. Colomb : 364, n. 44.
Colonia : 20, n. 18 ; 27, n. 85 ; 27, n. 80 ; 29 ; 30, n. 89 ; 60 ; 60, n. 73 ; 74, n. 79 ; 82, n. 120 ; 96, n. 99 ; 97 ; 120, n. 68 ; 148, n. 39 ; 163 ; 163, n. 50 ; 192 ; 244, n. 95 ; 261, n. 97.
Combelunga : 304.
Concilium Claromontense : 340.
Concilium Lateranse V : 164 ; 164, n. 55.
Concilium Pisanum : 6, n. 33 ; 164 ; 164, n. 59 ; 165 ; 175, n. 50 ; 176.
Conradsdorf (*Konradsdorf*) : 249 ; 249, n. 89.
Constantinopel : 139.
Constantinum (Konstanz) : 31, n. 99 ; 76, n. 91 ; 77, n. 96 ; 230, n. 67 ; 287, n. 38.
Constantinum (Coutances) : 12, n. 81 ; 33, n. 22 ; 50, n. 52 ; 56, n. 3 ; 79, n. 106 ; 108, n. 82.
G. Coquillart : 43.
I. Cordier : 5, n. 26.
I. Cornaville : 39.
M. Cordi : 86.
G. Cordier : 56, n. 6.
I. Cordier : 57, n. 35 ; 58, n. 48 ; 58, n. 49.
N. Cornart : 176.
Corneolum (*Corneux*) : 99 ; 133 ; 147 ; 187 ; 187, n. 35 ; 21.
P. Cornet : 301.
I. Cornu : 5, n. 22 ; 20, n. 19 ; 33, n. 35 ; 37 ; 45, n. 14 ; 57, n. 31 ; 69, n. 13 ; 87, n. 10 ; 116, n. 23 ; 147, n. 20 ; 174, n. 25 ; 194, n. 8 ; 196, n. 53 ; 208, n. 5 ; 209, n. 31 ; 211, n. 39 ; 223, n. 18 ; 247, n. 12 ; 254, n. 69 ; 324, n. 21 ; 367, n. 65.
I. Cosies : 5, n. 22.
S. Costelli : 235.
Coucy : 170 ; 170, n. 95 ; 230.
Cottebrunne : 237 ; 237, n. 49.
M. Coupson : 329, n. 51 ; 330, n. 55 ; 331, n. 60 ; 333, n. 4 ; 335, n. 39 ; 342, n. 64 ; 345, n. 77 ; 346, n. 11 ; 347, n. 21 ; 347, n. 23 ; 348, n. 26 ; 348, n. 27 ; 350, n. 37 ; 355, n. 4 ; 357, n. 39 ; 363, n. 24 ; 363, n. 32 ; 363, n. 35 ; 363, n. 40 ; 368, n. 68.
Courcelle : 291.
I. Courtois : 17 ; 153 ; 154.
Courtrectret : 156 ; 156, n. 89.
G. Cousin : 285, n. 11 ; 295, n. 12 ; 294, n. 18 ; 296, n. 24 ; 299, n. 30 ; 324, n. 15 ; 355, n. 8.
M. Cousin : 277 ; 287.
Crista, O. Cist. : 43 ; 43, n. 89.
G. Crissovisse : 140.
I. Croiset : 47 ; 66.
I. Croizettes : 62.
M. Croquet : 13.
Croxton : 121 ; 121, n. 83.

Csorna : 217; 217, n. 81.
Cuissiacum (*Cuissy*) : 3; 6, n. 33; 18; 19; 25; 32; 45; 48; 55; 68; 68, n. 4; 69; 87; 97, n. 104; 98; 99; 102; 110; 112; 115; 124; 128; 133; 133, n. 62; 141; 146; 151; 154; 156; 165; 173; 173, n. 3; 174; 184; 188; 194; 202; 202, n. 81; 203; 206; 208; 222; 230; 232; 244; 250; 257, n. 86; 260; 261; 265; 274; 278; 285; 290; 292; 295; 302; 303; 304; 314; 314, n. 37; 315; 319; 319, n. 3; 320; 320, n. 14; 321; 322; 323; 326; 327; 329; 331; 333; 337; 338; 340; 342; 343; 346; 347; 351; 351, n. 42; 353; 355; 368; 369.
Curgie : 47.
Cyprus : 18; 31; 55; 66.
W. Curlew : 111, n. 102; 111, n. 104; 113, 121, n. 75; 121, n. 81; 124, n. 106; 124, n. 110; 133; 134; 134, n. 66; 141; 141, n. 102; 151.

Dacia : 66; 80; 101; 113; 127; 131; 159; 172; 182; 192; 207; 221; 231; 246; 264; 284; 294.
I. Daelde : 4, n. 4; 8, n. 23; 17, n. 102.
Daginsy : 154.
M. Daimergue : 29.
C. Daly : 340.
I. Damerou : 239
N. Damiens de Bachimont : 260; 278.
S. Danchemin : 149.
M. Dandelle : 224; 226; 226, n. 52; 231, n. 92; 239, n. 34; 246, n. 116; 249, n. 43; 260; 278, n. 92; 278, n. 99; 286, n. 27; 296, n. 22; 303, n. 27; 348, n. 25; 358; 364, n. 38.
R. Danendiers : 213; 227.
Danglure : 350.
R. Danguecheſ : 16.
I. Daniel : 51, n. 69.
Darmo : 216.
d'Aspremont, comes : 39.
H. Davennes : 151.
D. Daviau : 4, n. 16; 8, n. 53; 8, n. 62; 6, n. 33; 14, n. 97; 18, n. 111; 20, n. 33; 21, n. 52; 22, n. 59; 25, n. 67; 31, n. 95; 33, n. 27; 57, n. 28; 68, n. 7; 71, n. 58; 87, n. 12; 102, n. 8; 115, n. 17; 117, n. 51; 128, n. 16; 130, n. 42; 146, n. 9; 148, n. 35; 149, n. 50; 160, n. 8; 161, n. 31; 174, n. 14; 194, n. 12; 207, n. 111; 208, n. 10; 213, n. 53; 220, n. 103; 222, n. 11; 224, n. 40; 231, n. 73; 232, n. 10; 236, n. 45; 265, n. 5; 274, n. 73; 275, n. 76; 275, n. 77; 279, n. 95.
N. Nic. d'Auvergne : 51.
A. d'Awagne : 58, n. 52; 122, n. 91; 147, n. 11; 147, n. 33; 209, n. 22; 263, n. 24.
H. Dawaingue : 197.
Fr. de Aguilar : 106, n. 67.
S. de Aliwas : 106, n. 70.
M. de Alverino : 134.
L. de Angis : 194, n. 6.
S. de Aranda : 92, n. 71; 101, n. 137; 103, n. 52; 105, n. 55; 105, n. 63; 127, n. 137; 142, n. 123.
I. de Arciniega : 17, n. 107; 30, n. 91; 54, n. 77; 65, n. 104; 72, n. 64; 85, n. 145; 101, n. 136.
I. de Aspremont : 203.
P. de Azeves : 92, n. 70; 104, n. 43; 104, n. 52; 106, n. 72; 107, n. 76; 127, n. 136; 142, n. 122; 159, n. 119; 172, n. 116; 182, n. 81; 192, n. 71; 221, n. 106; 227, n. 55; 227, n. 57; 231, n. 78; 246, n. 114.
I. De Bachimont : 8, n. 33; 8, n. 57; 8, n. 61; 10, n. 71; 4, n. 16; 20, n. 21; 21, n. 54; 32, n. 7; 34, n. 45; 45, n. 7; 47, n. 42; 51, n. 58; 56, n. 8; 65, n. 96; 68, n. 4; 69, n. 14; 87, n. 4; 87, n. 6; 98, n. 108; 99, n. 106; 102, n. 4; 112, n. 112; 115, n. 5; 125, n. 115; 128, n. 4; 135, n. 74; 141, n. 108; 146, n. 3; 151; 151, n. 56; 154, n. 78; 154, n. 80; 156, n. 93; 187, n. 97; 165; 173, n. 1; 174, n. 34; 175, n. 59; 176, n. 52; 184, n. 1; 191, n. 61; 194; 194, n. 1; 199, n. 61; 200, n. 78; 201, n. 76; 203, n. 87; 205, n. 93; 205, n. 97; 206, n. 101; 207, n. 110; 208, n. 1; 211, n. 11; 213, n. 54; 219, n. 93; 219, n. 94; 220, n. 102; 222; 222, n. 1; 224, n. 41; 226, n. 51; 227,

n. 59; 228; 228, n. 63; 230, n. 68; 230, n. 69; 231, n. 75; 232; 232, n. 1; 237, n. 53; 239, n. 68; 242, n. 85; 245, n. 102; 246, n. 213; 247, n. 1; 251, n. 56; 251, n. 58; 255, n. 71; 256, n. 81; 256, n. 82; 262, n. 101; 264, n. 101; 264, n. 105; 264, n. 114; 265, n. 1; 274, n. 68; 277, n. 82; 283, n. 101; 283, n. 110; 284, n. 1; 284, n. 121; 287, n. 34; 291, n. 48; 293, n. 59; 293, n. 60; 294, n. 71; 295; 295, n. 1; 302, n. 1; 307, n. 47; 310; 310, n. 1; 307, n. 47; 314, n. 38; 319; 319, n. 1; 321, n. 18; 323; 323, n. 1; 325, n. 40; 333; 333, n. 1; 346, n. 1; 350, n. 36, 355, n. 1; 362, n. 1.

I. de Bailly : 288.

Fr. de Baltanas : 227, n. 56; 227, n. 58; 231, n. 70; 246, n. 115; 264, n. 116; 283, n. 107; 284, n. 123; 286, n. 123; 295, n. 72.

I. de Barra : 251.

A. de Bayencourt : 28.

G. Debenet : 186.

Fr. de Beler : 313.

P. de Benfrade : 78.

L. de Berlindino : 42.

Cl. de Bessey : 138; 188; 189.

B. de Beynez : 313.

A. de Bobenhusz : 243.

N. de Bossu : 367.

I. de Bourbon : 299.

L. de Bourbon-Vendôme, card. : 250; 250, n. 48.

A. de Brandebourg : 203.

G. de Brandebourg : 30.

I. de Brisancourt : 213.

I. de Brocourt : 198.

M. de Burgundia : 252; 252, n. 62.

Cl. de Burianne : 334, n. 16; 334, n. 33.

G. de Cairenade : 43.

I. de Calonne : 213.

G. de Campis : 108.

H. de Campis : 83; 158; 190.

M. de Campis : 108.

L. de Capella :10; 10, n. 73.

I. de Carouge : 195, n. 18; 248, n. 28; 258, n. 74; 261, n. 92; 295, n. 9; 296, n. 25; 298, n. 27.

de Charitate (*La Charidad*) : 227; 227, n. 56; 231; 246.

Th. de Chauvay : 317, n. 55; 324, n. 16; 324, n. 29.

M. Declemot : 213.

N. de Connau : 320.

A. de Contrisson : 45, n. 18; 51, n. 27; 147, n. 28; 70, n. 37; 195, n. 24.

Fr. de Contrisson : 32, n. 6; 147, n. 28.

Ben. de Corbie : 41, n. 81; 135, n. 72; 147, n. 26; 161, n. 23; 166, n. 68; 173, n. 6; 175, n. 45; 184, n. 5; 184, n. 6; 194, n. 5; 208, n. 8; 209, n. 28; 223, n. 20; 232, n. 6; 248, n. 29; 266, n. 21; 285, n. 11; 293, 310, n. 11; 315, n. 40; 317, n. 51.

B. de Cornail : 182.

I. de Corneville : 80; 109.

I. de Coucy : 273.

I. de Crouchy : 316.

G. de Croy : 48.

H. de Croy : 61.

I. de Croy : 85; 225; 225, n. 44.

A. de Dareris : 251.

Cl. d'Estargaer : 291, n. 47.

I. de Fanfant : 83.

G. de Flavigny : 290.

I. de Foix : 304, n. 33; 353, n. 49.

Am. de Fonte (de Fontaine) : 169; 169, n. 87; 172, n. 119; 180, n. 62; 181; 195, n. 23; 196, n. 51; 203, n. 25; 204; 208, n. 12; 221, n. 168; 222, n. 8; 223, n. 27; 224, n. 36; 224, n. 42; 227, n. 54; 232, n. 8; 233, n. 35; 239, n. 65; 240, n. 73; 241, n. 80; 242, n. 86; 243, n. 87; 245, n. 99; 246, n. 108; 247, n. 3; 249, n. 44; 250, n. 53; 251, n. 58; 253, n. 63; 254, n. 66; 264, n. 106; 265, n. 4; 269, n. 49; 277, n. 86; 278, n. 90; 282, n. 104; 283, n. 112; 293, n. 62; 295, n. 3; 296, n. 19; 298, n. 28; 303, n. 15; 303, n. 19; 303, n. 24; 303, n. 29; 305, n. 37; 305, n. 39; 310, n. 3; 311, n. 17; 311, n. 23; 312, n. 26; 314, n. 37; 315, n. 39; 319,

n. 3; 319, n. 8; 320, n. 15; 323, n. 4; 331, n. 58; 333, n. 3; 333, n. 11; 335, n. 42; 337, n. 50; 337, n. 52; 338, n. 56; 340, n. 60; 344, n. 67; 343, n. 68; 346, n. 3; 347, n. 22; 351, n. 41; 351, n. 43; 355, n. 3; 355, n. 10; 357, n. 43; 363, n. 27; 366, n. 51; 366, n. 58.

F. de Beaurin : 360.

N. de Fontenil : 67.

R. de Fontenay : 7, n. 30; 11, n. 78; 20, n. 29; 32, n. 8; 86, n. 13.

C. de Foste : 289.

M. de Foulenbray : 368.

G. de France : 86.

G. de Franqueville : 262.

Th. de Fresne : 340.

I. de Glatigny : 112, n. 25; 318, n. 57; 332, n. 65; 333, n. 7; 334, n. 33; 334, n. 37; 368, n. 76.

P. de Govel : 100.

D. de Goy : 24.

D. de Goyencourt : 131.

Aeg. de Gourmont : 239, n. 63.

A. de Grasse, card. : 166; 177; 177, n. 56.

Aeg. De Grave : 213, n. 50; 224, n. 39; 232, n. 13; 233, n. 26; 233, n. 32.

Grat. Deguerre : 30.

B. de Gugny : 43; 63; 63, n. 88; 97; 97, 97, n. 107; 136; 136, n. 85; 137, n. 86; 151; 203; 203, n. 86; 204; 312; 314; 314, n. 35; 321; 325; 330; 343.

I. de Halteren : 368.

M. de Hamalle : 48.

I. de Hamelcourt : 329, n. 49.

G. de Hangeot : 54; 99.

P. de Haultdecoeur : 6, n. 38; 20, n. 31; 33, n. 18; 36, n. 15; 45, n. 18; 69, n. 15; 89, n. 41; 98, n. 111; 103, n. 29; 115, n. 15; 128, n. 10; 160, n. 11; 173, n. 7; 184, n. 7; 190, n. 54; 196, n. 40; 208, n. 11; 212, n. 49; 222, n. 7; 232, n. 11; 248, n. 23; 266, n. 64; 285, n. 4; 288; 296, n. 15; 313, n. 29; 315, n. 42.

I. de Hayange : 21, n. 40; 21, n. 49; 34, n. 38; 80, n. 112; 81, n. 126; 102, n. 12; 109, n. 88; 113, n. 116; 126, n. 123; 129, n. 63; 139, n. 92; 142, n. 108; 171, n. 99; 171, n. 101; 192, n. 62.

I. de Hen : 287; 304.

N. de Hérissart : 287; 309; 318; 322; 332; 345; 354; 361; 370.

C. de Hey : 358, n. 45.

I. de Keppel : 248, n. 114; 369, n. 84.

I. de la Forge : 38.

P. de la Haye : 52; 81.

N. de Lagrené : 358, n. 46; 363, n. 17.

S. de Lairuelz : 70, n. 31.

R. de Lannoy : 125; 225, n. 46.

R. de la Marche : 213.

A. de Lameth : 330.

E. de la Marck : 74; 74, n. 80.

R. de Lannoy : 239; 330; 343.

I. de la Marne : 16.

P. de Montlezon : 353, n. 49.

I. de la Morlière : 174, n. 18; 184, n. 11; 185, n. 24; 195, n. 14; 219, n. 23; 223, n. 19; 233, n. 72; 248, n. 31; 266, n. 23; 295, n. 5.

C. de la Motte : 197; 211.

I. de la Motte : 123.

M. de la Pierre : 259.

G. de la Roche : 167; 180.

Fr. de la Rovère : 251, n. 54.

S. de la Terrière : 243; 243, n. 93.

R. de la Tremblaye : 188, n. 40.

I. de la Trémoille : 188, n. 40.

I. de Lattre : 299.

P. de la Laval : 108; 108, n. 85.

R. de Laval : 12, n. 81; 50, n. 52; 53, n. 3; 79, n. 106; 93, n. 91.

B. de la Vernade : 95, n. 88; 97, n. 107; 314, n. 35.

G. de la Vid : 159, n. 120; 172, n. 117; 182, n. 82; 189, n. 90; 192, n. 72; 207, n. 116; 221, n. 107.

P. de la Vid : 92, n. 70; 189, n. 49.

G. de la Volpillière : 59, n. 62.

Ol. de la Vrenade : 54.

Th. de la Weperite : 132.

A. del Castillo : 106, n. 66.

Th. de l'Église : 116, n. 34; 147, n. 23; 160, n. 6; 174, n. 13; 184, n. 9; 223, . 14.

R. de l'Epée : 129, n. 36; 136, n. 84; 146, n. 13; 173, n. 9; 196, n. 39; 208, n. 14; 222, n. 9; 225, n. 43.
I. de l'Escluse : 3, n. 3; 6, n. 32; 6, n. 33; 25, n. 88; 32, n. 1; 45, n. 1; 52; 54; 54, n. 70; 54, n. 71; 56; 65, n. 95; 68, n. 1; 75, n. 87; 76; 76, n. 90; 68, n. 6; 71, n. 80; 85, n. 138; 87, n. 2; 91, n. 65; 100, n. 125; 102; 108, n. 84; 109; 109, n. 87; 112, n. 114; 113, n. 117; 115, n. 2; 125, n. 112; 126, n. 117; 126, n. 120; 128, n. 2; 141, n. 104; 142, n. 107; 146, n. 1; 149, n. 45; 151; 151, n. 34; 152; 152, n. 61; 155, n. 83; 157, n. 97; 158, n. 104; 159, n. 113; 160, n. 1; 164, n. 52; 164, n. 56; 169, n. 88; 170, n. 94; 171, n. 109; 173, n. 1; 179; 179, n. 63.
Th. de l'Escluse : 4, n. 13; 8, n. 55; 10, n. 72; 11, n. 76; 20, n. 30; 21, n. 51; 31, n. 97; 33, n. 25; 34, n. 43; 41, n. 84; 46, n. 29; 46, n. 40; 56, n. 12; 58, n. 49; 64; 65, n. 87; 66, n. 109; 87, n. 11; 89, n. 47; 102, n. 5; 104; 104, n. 33; 115, n. 10; 117, n. 50; 128, n. 13; 130, n. 41; 146, n. 8; 147, n. 22; 148, n. 34; 156, n. 88; 160, n. 5; 160, n. 5; 160, n. 7; 161, n. 30; 161, n. 34; 174, n. 10; 175, n. 45; 184, n. 8; 184, n. 26; 190; 199, n. 62; 223, n. 13; 241, n. 76; 247, n. 5; 256, n. 78; 271, n. 55; 308, n. 50.
B. de Hersin : 18, n. 110; 24, n. 83; 31, n. 94; 68, n. 5; 119, n. 65.
I. de Hertum : 16.
Marg. de Honcourt : 48.
I. de Housseau : 123.
Marg. de Housseau : 123.
Dei Locus (*Dieu-Lieu-en-Jard*) : 58; 59, n. 50; 69; 188; 189; 308; 319; 319, n. 7; 324; 350.
I. de Isenbarth : 74.
D. de Jouy : 21, n. 44; 32, n. 2; 70, n. 34; 88, n. 25; 129, n. 25.
I. de Kalice (Darrales) : 73.
I. de Keppel : 248, n. 111; 268, n. 118; 284, n. 118; 336, n. 46; 339, n. 59; 345, n. 78.
P. de Kralice : 268, n. 47.
D. de la Contense : 124.
I. de la Derrière : 41.
de la Fayette : 234.
I. de la Felsinne : 48.
M. de Ligneville : 350.
V. de Limoges : 256; 256, n. 83; 300; 324, n. 18; 325, n. 33; 325, n. 41; 326, n. 43; 327, n. 47; 332, n. 64; 334, n. 17; 335, n. 40; 336, n. 43; 338, n. 54; 338, n. 55; 344, n. 73; 346, n. 4; 351, n. 44; 351, n. 45; 353, n. 51; 353, n. 53; 356, n. 18; 356, n. 38; 358, n. 50; 359, n. 54; 363; n. 18; 369, n. 85.
A. de Lisselen : 340.
I. de Loco : 48.
M. de Lomans : 52.
H. de Londre : 354, n. 20; 356, n. 30; 356, n. 37.
I. de Longueval : 278.
Ph. de Longueval : 26; 330.
Fr. de Luxembourg : 213.
H. de Maigneulx : 266, n. 25; 275, n. 77.
Th. de Maigneulx : 232, n. 7; 233, n. 25; 242, n. 84.
Th. de Malbiche : 102, n. 15; 103, n. 33; 103, n. 38; 169, n. 86; 173, n. 4.
A. de Mailly : 72; 78.
Ph. de Mailly : 256.
Fr. de Marcheville : 179; 187; 338.
Cl. de Marguayglize : 177; 190; 191.
I. de Materio : 251.
N. de Maucrois : 68, n. 10; 87, n. 5; 93, n. 74; 102, n. 5; 115, n. 6; 128, n. 7; 135, n. 72; 160, n. 3; 168, n. 78; 184, n. 4; 194, n. 4; 208, n. 4; 222, n. 5; 232, n. 5; 248, n. 22; 265, n. 7; 315, n. 41.
I. de Molimbil : 202.
I. de Molly : 81.
I. de Monchy : 190.
I. de Monreaulx : 259.
I. de Montabaur : 261, n. 93.
I. de Montaigne : 159, n. 116; 248, n. 19; 251, n. 57; 283, n. 111; 293, n. 61; 304, n. 34.

I. de Montesson : 7, n. 43 ; 21, n. 45 ; 57, n. 17 ; 129, n. 29 ; 341, n. 61.
H. de Monthermé : 51 ; 51, n. 62 ; 290.
C. de Mony : 81.
L. de Mony : 81.
N. de Mony : 81.
I. de Moncellis : 350.
S. de Morville : 13, n. 88.
I. de Moutiers : 51.
C. de Moyencourt : 135.
A. de Nampont : 53, n. 68 ; 68, n. 10 ; 72, n. 87 ; 102, n. 13 ; 129, n. 33 ; 266.
G. de Narbonne, card. : 107 ; 107, n. 77.
P. de Nazzegarbe : 62.
I. de Nellis : 25.
G. Denis de Viget : 32, n. 12 ; 51, n. 60.
I. Dennet : 290.
A. de Palore : 215.
M. de Palore : 215.
G. de Paris : 41.
Ph. de Pas : 112.
G. de Plicinier : 4, n. 10 ; 20, n. 22 ; 25, n. 69 ; 33, n. 19 ; 46, n. 23 ; 48, n. 46 ; 69, n. 24.
I. Depremont : 254.
D. de Porta : 11.
B. de Quedroy : 95.
I. de Quenouilles : 12, n. 85 ; 12, n. 86 ; 21, n. 47 ; 24, n. 84 ; 40, n. 80 ; 46, n. 35 ; 46, n. 38 ; 57, n. 36 ; 57, n. 38 ; 70, n. 47 ; 89, n. 97 ; 103, n. 23 ; 124, n. 104 ; 128, n. 12 ; 147, n. 21 ; 153, n. 72 ; 174, n. 19 ; 195, n. 15.
de Ramburas : 24.
C. de Récourt : 7, n. 47 ; 11 ; 11, n. 76 ; 21, n. 41 ; 39, n. 29 ; 81 ; 82, n. 119 ; 126, n. 116.
I. de Récourt : 23 ; 38 ; n. 70 ; 57, n. 24.
P. de Rijoles, card. : 106, n. 67.
G. de Remis : 369.
De Rite : 26.
I. de Rosales : 264, n. 115 ; 284, n. 122 ; 283, n. 106 ; 284, n. 123 ; 294, n. 72.
A. de Royer : 99.
K. de Royer : 263.
A. de Saint : 156 ; 156, n. 92.
D. de Saint Dié : 195, n. 27 ; 196, n. 44 ; 285, n. 4 ; 286, n. 18 ; 286, n. 23 ; 326, n. 44.
A. de Saint Privé : 211.
I. des Antes : 89, n. 36.
H. de Sarrato : 118.
A. de Sarrebruck : 99 ; 263 ; 314.
S. de Savary : 88, n. 26 ; 89, n. 47 ; 129, n. 34 ; 136, n. 55.
I. des Esseles, O.S.B. : 85.
A. des Fosses : 98.
I. des Jardins : 153 ; 154.
Th. Deschaux : 347, n. 15 ; 347, n. 17 ; 349, n. 32 ; 353, n. 56.
M. de Solesmes : 17, n. 103.
I. Desmoutieres : 136.
I. de Soline : 15 ; 16.
D. de Sonsault : 20, n. 38 ; 34, n. 39 ; 88, n. 31.
I. de Sourbel : 182.
M. de Thurre : 113, n. 119 ; 120, n. 69 ; 120, n. 70 ; 124, n. 102 ; 162, n. 42 ; 171, n. 107 ; 192, n. 73 ; 200, n. 67 ; 211, n. 44 ; 253, n. 64 ; 261, n. 94 ; 261, n. 96.
I. de Turnafoll : 118 ; 118, n. 57.
Th. de Tylla : 219.
G. de Vannes : 70, n. 39 ; 70, n. 41 ; 71, n. 52 ; 127, n. 133 ; 142, n. 160.
B. de Vauldray : 316, n. 45 ; 352, n. 40.
I. de Vaulx : 342.
T. d'Evenne : 3, n. 4 ; 12, n. 87 ; 18, n. 113 ; 19, n. 8 ; 21, n. 42 ; 25, n. 90 ; 32, n. 5 ; 32, n. 10 ; 40, n. 76 ; 46, n. 5 ; 52 ; 55, n. 83 ; 88, n. 23 ; 89, n. 45.
B. de Versyn : 236.
I. de Vetenelle : 100.
G. de Viget : 101, n. 127 ; 195, n. 27 ; 201.
I. de Villers : 17.
N. de Villiers : 251.
R. de Vinacourt : 16.
Cl. de Vinille : 255.
P. de Vinse : 357.
G. de Vitelle : 291.
H. de Voorst : 365, n. 46 ; 365, n. 48.
P. de Walvit : 237.
I. de Wauboulon : 186.
de Wede, comes : 74.

I. de Zutphanie : 26.
Dieppe : 10, n. 68 ; 348, n. 29.
Dieu-Lieu-en Jard, cfr. *Dei Locus in Iordo*.
Diligemia (Jette) : 58 ; 58, n. 54 ; 69 ; 69, n. 25 ; 83 ; 83, n. 129 ; 84 ; 84, n. 133 ; 88 ; 91 ; 91, n. 64 ; 95 ; 95, n. 91 ; 194 ; 195 ; 195, n. 10 ; 196.
A. Dinon St. Marini : 352.
Disy (Le Gros-Dizy) : 110 ; 110, n. 97 ; 154 ; 154, n. 81 ; 202 ; 292 ; 320.
Doa (*Doue*) : 59 ; 59, n. 65 ; 334 ; 334, n. 6.
Domnus Martinus (*Dommartin*) : 18 ; 18, n. 110 ; 24 ; 24, n. 63 ; 31 ; 31, n. 94 ; 28 ; 28, n. 5 ; 94 ; 94, n. 84 ; 119 ; 232 ; 232, n. 7 ; 233 ; 236 ; 241 ; 267 ; 275 ; 276 ; 323, n. 14 ; 324 ; 326 ; 330 ; 351 ; 360.
B. Donin : 247, n. 10 ; 359, n. 55.
P. Dorelot : 255.
Dormay : 48.
S. Doulcement : 277.
A. Doutreleau : 247, n. 8 ; 249, n. 35 ; 249, n. 40 ; 255, n. 75.
Drieburg : 59 ; 59, n. 68.
S. Drogo : 149 ; 234 ; 252.
Drongen, cfr. *Trunchinium*.
du Bois-Doulphin : 209.
K. Dolista : 145.
S. Dolle : 233.
B. Donin : 247, n. 10 ; 249, n. 36 ; 249, n. 41 ; 265, n. 14 ; 317, n. 54.
P. du Bus : 323, n. 14 ; 324, n. 30 ; 324, n. 34 ; 326, n. 46 ; 349, n. 34 ; 355, n. 15 ; 360, n. 56.
A. du Chastelet : 334, n. 21 ; 339, n. 58.
Gr. du Crocq : 13, n. 89 ; 18 ; 31 ; 34, n. 47 ; 40, n. 80 ; 41, n. 83 ; 55 ; 67 ; 86 ; 86, n. 152 ; 101 ; 113 ; 114. n. 1 ; 115, n. 1 ; 120, n. 74 ; 125, n. 139 ; 143 ; 143, n. 125 ; 159 ; 172 ; 183 ; 193 ; 207 ; 221 ; 231 ; 246 ; 264 ; 284 ; 294 ; 301 ; 305, n. 38 ; 309 ; 318 ; 322 ; 332 ; 336, n. 45 ; 344, n. 75 ; 435 ; 354 ; 361 ; 370.
I. du Crocq : 135 ; 145 ; 159 ; 172 ; 182 ; 193.
L. du Fau : 7, n. 41 ; 46, n. 28 ; 56, n. 9 ; 63, n. 88.
P. Dufer : 29, n. 85 ; 50, n. 54.
I. du Fez : 331.
G. du Fraine : 13, n. 88 ; 90, n. 57 ; 59, n. 57.
C. du Hautbois : 157, n. 98.
M. Dulcette : 251.
G. Dumbas : 245, n. 112.
I. Dumeste : 32, n. 14 ; 49, n. 95 ; 54, n. 76 ; 65, n. 103 ; 86, n. 150 ; 101, n. 139.
W. du Moulin : 92, n. 66.
G. Dunbar : 264, n. 113 ; 284, n. 120 ; 294, n. 70.
B. du Pont : 51, n. 61.
G. du Prat : 113, n. 126 ; 127, n. 135 ; 142, n. 118.
B. Dupuis : 157, n. 98.
I. Duque de Colmenares : 93, n. 79 ; 105, n. 64 ; 106, n. 75.
I. Durant : 167 ; 169 ; 170 ; 171.
L. Dürr : 77 ; 77, n. 96 ; 99, n. 107 ; 100, n. 108 ; 100, n. 122 ; 101, n. 131 ; 113, n. 120 ; 120, n. 67 ; 126, n. 168 ; 158, n. 110 ; 182, n. 77 ; 192, n. 67 ; 199, n. 64 ; 220, n. 99 ; 229, n. 66 ; 231, n. 71 ; 231, n. 72 ; 239, n. 64 ; 239, n. 69 ; 240, n. 74 ; 243, n. 74 ; 243, n. 75 ; 245, n. 165 ; 264, n. 103 ; 284, n. 115 ; 289, n. 41 ; 294, n. 65.
I. du Saussay : 147, n. 16 ; 185, n. 17 ; 205, n. 95 ; 208, n. 13 ; 209, n. 27 ; 295, n. 4 ; 296, n. 17 ; 296, n. 23 ; 317, n. 52.
I. du Val : 178.
I. Duveland : 122 ; 122, n. 87 ; 128, n. 126 ; 142, n. 112 ; 153, n. 69 ; 158, n. 109 ; 166, n. 66 ; 171, n. 106 ; 182, n. 76 ; 192, n. 66 ; 207, n. 105 ; 207, n. 106 ; 210, n. 35 ; 220, n. 98 ; 231, n. 71 ; 243, n. 92 ; 245, n. 110 ; 290, n. 46 ; 294, n. 68.

Eboracum (York) : 121, n. 79 ; 195, n. 18.
Ebroicum (Evreux) : 5, n. 28 ; 34, n. 46 ; 324, n. 18.
Effars : 241 ; 241, n. 79.
I. Embrechts : 90, n. 53 ; 156, n. 90 ; n. 156, n. 96.
I. Emery : 119.

G. Escarset : 170.
Esqueremont : 24; 140.
Étival, cfr. *Stivagium*.
I. Evrard : 166; 173; 173, n. 1; 173, n. 3; 174, n. 35; 184, n. 3; 188, n. 44; 194, n. 3; 102, n. 82; 206, n. 100; 208, n. 3; 222, n. 4; 232, n. 8; 244, n. 96; 250, n. 49; 256, n. 80; 260, n. 90; 260, n. 81.

G. Fabri : 35.
F. Faignosel : 50; 50, n. 51; 64; 64, n. 89; 66, n. 30.
I. Fainensal : 42.
Falesia = Falaise; cfr. *S. Iohannes de. Falesia*.
Ph. Fanoterel : 64.
A. Faure : 365.
Fay : 202.
Fr. Fegyverneky : 91, n. 59; 101, n. 132; 113, n. 121; 126; 207, n. 108; 215, n. 63; 220, n. 100; 231, n. 73; 245, n. 111; 264, n. 112; 284, n. 119; 294, n. 68.
R. Felline : 43.
I. Ferey : 174, n. 21; 175, n. 37; 195, n. 19; 237, n. 50; 248, n. 27; 298, n. 29; 324, n. 22; 358, n. 49.
Feritas Milonis (La Ferté-Milon) : 288; 288, n. 36.
L. Ferrer : 106, n. 65.
Ferrières : 287.
E. Ferrycine : 11.
Flabonis Mons (*Flabémont*) : 5; 5, n. 23; 42; 42, n. 85; 49; 50; 64; 64, n. 85; 339; 346.
Flaesheim : 27; 27, n. 86; 148; 148, n. 39.
Flandria : 5, n. 16; 6, n. 93; 14; 17; 35; 35, n. 53; 43; 54; 60; 65; 85; 103; 126; 142; 157; 158; 171; 177; 182; 191; 198; 206; 220; 230; 245; 264; 269; 283; 293.
Floreffia (*Floreffe*) (abbatia) : 19; 19, n. 6; 109; 110; 115; 117; 142; 151; 222; 230; 232; 233; 264; 287; 323.
Floreffia (circaria) : 6, n. 30; 6, n. 33; 15; 17; 30; 37; 43; 48; 54; 60; 65; 86; 100; 112; 126; 158; 171; 182; 191; 206; 220; 269; 283; 293; 328.
Floridus Hortus (*Bloemhof*; *Wittewierum*) : 95; 95, n. 95; 123; 123, n. 94.
Fons Andreae (*Fontaine-André*) : 117; 117, n. 55; 118; 126; 133; 290; 364; 364, n. 44.
Fontenelles : 227.
P. Fouant : 195, n. 35; 196, n. 49; 196, n. 49.
Francia : 12; 14; 17; 30; 41; 43; 54; 65; 86; 100; 112; 124; 142; 158; 171; 181; 182; 191; 206; 220; 230; 264; 265; 276; 283; 288; 293; 369.
L. Francoys : 288.
P. Frayart : 5, n. 18; 19, n. 11; 46, n. 19; 58, n. 44; 69, n. 22; 87, n. 9; 103, n. 18; 109, n. 90; 116, n. 21; 129, n. 30; 147, n. 17; 174, n. 28; 184, n. 12.
G. Frenqueville : 192.
I. Fretel I : 5, n. 17; 10, n. 71; 11, n. 77, 13, n. 91; 13, n. 93; 21, n. 32; 46, n. 36; 57, n. 30; 68, n. 8; 71, n. 80; 79; 79; n. 120; 83, n. 127; 87, n. 13; 95, n. 97; 119; 158, n. 103; 161, n. 24; 171, n. 100; 174, n. 16; 190, n. 51; 195, n. 32; 205, n. 94; 212, n. 48; 219, n. 93; 248, n. 16; 252, n. 81; 262, n. 102; 265, n. 13.
I. Fretel II : 311, n. 24; 317, n. 48; 330.
Frisia : 5, n. 16; 6, n. 30; 15; 18; 30; 37; 40, n. 78; 54; 65; 113; 126; 142; 152; 153; 166; 210; 210, n. 35; 220; 231; 242; 243; 245; 264; 284; 290; 294; 336; 339; 345; 369.
I. Fröstl : 99, n. 114.
Fulda : 243, n. 88; 289, n. 39.
Furna (*Veurne*), cfr. *S. Nicolaus Furnensis*.

S. Gagniart : 230.
Gaillanel : 241; 241, n. 80.
Gallovidium (Galloway) : 58, n. 43; 59, n. 69; 74, n. 82; 74, n. 83; 85, n. 143; 187, n. 38; 264, n. 113; 284, n. 120; 301, n. 43.
I. Gambier : 286, n. 20; 310, n. 5; 310, n. 13; 317, n. 49; 318, n. 58; 347, n. 16; 348, n. 28; 356, n. 28; 362, n. 10.
Gandavum (Gent) : 46, n. 32; 59, n. 55; 84, n. 132; 149, n. 43; 358, n. 45; 358,

n. 47.
I. Gardelegen : 169, n. 83.
Gasconia (Gascogne) : 17 ; 30 ; 54 ; 65 ; 101 ; 113 ; 127 ; 159 ; 206 ; 226 ; 230 ; 245 ; 251 ; 251, n. 56 ; 264.
I. Gatebes : 202.
Gaudii Vallis (*Joyenval*) : 7 ; 7, n. 41 ; 34 ; 39 ; 39, n. 72 ; 43 ; 51 ; 56 ; 63 ; 63, n. 88 ; 95 ; 123 ; 123, n. 95 ; 129 ; 129, n. 36 ; 136 ; 137 ; 146 ; 151 ; 196 ; 204 ; 208 ; 225 ; 225, n. 43 ; 256 ; 261 ; 265 ; 273 ; 276 ; 302 ; 303 ; 306 ; 307 ; 310 ; 311 ; 312 ; 314 ; 314, n. 35 ; 316 ; 321 ; 325 ; 329 ; 330 ; 331 ; 333 ; 333, n. 4 ; 335 ; 342 ; 346 ; 347 ; 348 ; 350 ; 352 ; 357 ; 359 ; 362, n. 3 ; 364 ; 368.
A. Gemelli : 236.
Gempe, cfr. *Insula Ducis*.
Genelle : 245 ; 245, n. 98.
Genliacum (*Genlis*) : 21 ; 21, n. 46 ; 45 ; 57 ; 69 ; 89 ; 104 ; 115 ; 129 ; 147 ; 152 ; 153, n. 74 ; 161 ; 174 ; 195 ; 209 ; 223 ; 225 ; 226 ; 231 ; 233 ; 236 ; 248 ; 279 ; 280 ; 282 ; 283 ; 285 ; 297 ; 299 ; 303 ; 334 ; 335 ; 363.
A. Gentelot : 321.
A. Geoffroy : 19, n. 13 ; 57, n. 37 ; 63, n. 87 ; 70, n. 48 ; 89, n. 39 ; 103, n. 21 ; 129, n. 28 ; 147, n. 18 ; 160, n. 12 ; 170, n. 97 ; 194, n. 6.
Goergius Teplensis : 37 ; 38.
Gerardus Septem Fontium in Therascia : 254, n. 69 ; 303, n. 20.
Gerardus Vallis Dei : 115, n. 14 ; 117, n. 44 ; 117, n. 48 ; 146, n. 6 ; 161, n. 17 ; 223, n. 23 ; 233, n. 21 ; 248, n. 17 ; 266, n. 18 ; 345.
I. Gerault : 350.
Germania : 81, n. 120 ; 93, n. 76 ; 120, n. 73.
Th. Gigneus : 182 ; 190.
E. Gillequin : 281.
Ginegirot : 42.
M. Girleben : 38.
Glascow : 306, n. 42.
M. Gobant : 297.
I. Gobert : 15.
Th. Gobert : 185 ; 185, n. 22 ; 185, n. 3 ; 186, n. 29.
Gommersheim : 165 ; 165, n. 61.
R. Goodall : 120 ; 120, n. 74.
Gottstadt, cfr. *Locus Dei*.
Gradicium (*Hradisko*) : 72 ; 72, n. 19 ; 73, n. 70 ; 268, n. 42.
Grandis Campus (*Grandchamp*) : 135 ; 135, n. 71 ; 248 ; 248, n. 34 ; 249 ; 265 ; 272 ; 276 ; 311 ; 311, n. 22 ; 323 ; 323, n. 7 ; 351.
Gratia Dei (*S. Ioh. de Castella*) : 352.
Grebko : 9.
F. Grenier : 150 ; 150, n. 52.
U. Griespeitel : 240 ; 240, n. 72 ; 245, n. 106 ; 264, n. 109 ; 284, n. 116 ; 284 ; 292, n. 54 ; 294, n. 65.
A. Grenenbroch : 260 ; 261 ; 273.
Grimberga : 5 ; 5, n. 30 ; 116 ; 116, n. 38 ; 117 ; 124 ; 155 ; 155, n. 87 ; 168 ; 168, n. 81.
Groningen : 95, n. 95 ; 120, n. 72 ; 123, n. 93 ; 123, n. 94.
M. Groucho : 263.
Gulielmus Narbonensis, card. : 119.
Gueldria : 7, n. 101 ; 203 ; 265 ; 290 ; 365 ; 369.
G. Gueroult : 306, n. 40.
A. Guerrin : 284, n. 14 ; 284, n. 24.
Guichardus, abb. Cuissiacensis : 265, n. 3 ; 266, n. 28 ; 278, n. 88 ; 285, n. 3 ; 290, n. 43 ; 295, n. 2 ; 302, n. 2 ; 303, n. 28 ; 304, n. 33.
Guido, miles : 263.
P. Guinet : 187.
Gursensis, card. : 47.
Guynycourt : 165.

A. Habart : 52 ; 80 ; 125.
Hadrianus VI, papa : 41, n. 83 ; 62 ; 62, n. 83.
Haerlo : 369.
I. Haleboult : 288 ; 351.
D. Hamilton : 187, n. 33.
M. Hannemann : 88, n. 27 ; 116, n. 26 ; 122, n. 90 ; 276, n. 78.
Hannonia : 48 ; 152.
B. Hardy : 314 ; 321.

Hassia : 112.
Hatvan (Hathuwen) : 217; 217, n. 70.
Cl. Haucort : 158, n. 106; 171, n. 102; 174, n. 24; 182, n. 73; 192, n. 63.
S. Hausmann : 65, n. 107; 86, n. 148; 102, n. 133.
Hautecourt : 13; 13; 92.
I. Hayette : 359.
Heembeek : 83, n. 129.
Heiligerlee : 120; 120, n. 72.
Heinsberg : 212; 212, n. 45.
Helissemia (*Heilissem*) : 92; 92, n. 66; 92, n. 68.
Helvetia : 59, n. 61; 117, n. 55; 118; 126, n. 125; 291, n. 50.
G. Hemonnet : 58, n. 51; 110, n. 93; 273, n. 84.
A. Hénin : 151, n. 59.
O. Hennequin : 248, n. 35.
Q. Hennocque : 263; 264, n. 117; 277; 286; 306, n. 44.
Henricus, Angliae Rex : 111; 111, n. 101; 111, n. 105; 113, n. 129; 250, n. 52.
N. Henry : 50; 51; 51, n. 63.
Hermeriarum (*Hermières*) : 7; 7, n. 40; 20; 51; 51, n. 64; 56; 58; 70; 147; 185; 295; 296; 297; 302; 308; 317; 317, n. 52; 343; 352; 368.
M. Hessell (Hesset) : 155; 158.
A. Heuldeboth : 326.
Hieronymus, O.P. : 63.
Hildeshemia (Hildesheim) : 29, n. 87; 71, n. 53; 92, n. 122; 96, n. 101; 131, n. 47.
Hispania : 17; 33; 54; 65; 71; 71, n. 54; 85; 97, n. 71; 92, n. 72; 101; 104, n. 43; 127; 142; 164; 189; 227; 231; 247; 264; 283; 294; 307; 369.
Hollandia : 116, n. 39; 119; 369.
Holywood = *Sacrum Nemus*.
Honcia (*Lahonce*) : 304.
L. Hoston : 4, n. 14; 8, n. 53; 20, n. 26; 33, n. 21; 46, n. 25; 85; 92, n. 71; 92, n. 72; 97, n. 100.
A. Hongnant : 25; 29; 31; 61; 62; 63.
Hortus S. Mariae = *Mariengaard* : 152; 152, n. 65.
Housen : 30.
Houthem S. Gerlaci : 27; 27, n. 79; 110; 110, n. 95.
Hradisko, cfr. *Gradicium*.
I. Huchier : 223, n. 30; 248, n. 28; 313, n. 30; 337, n. 51.
I. Houlliers : 54.
N. Hüls : 18, n. 108; 20, n. 18; 27, n. 77; 29, n. 84; 44, n. 98; 65, n. 101; 73, n. 7; 85, n. 141; 88, n. 19; 92, n. 94; 101, n. 130; 163; 163, n. 49.
Hulsterloo : 369; 369, n. 83.
Humilis Mons (*Humilimont*) : 290.
Hungaria : 18; 31; 38, n. 67; 65; 67; 72; 72, n. 64; 78; 85; 91; 101; 113; 138; 138, n. 92; 139; 139, n. 93; 158, n. 111; 214; 214, n. 60; 215; 215, n. 62; 216; 216, n. 64; 216, n. 66; 217; 217, n. 70; 217, n. 71; 217, n. 76; 217, n. 77; 217, n. 78; 217, n. 79; 217, n. 81; 217, n. 82; 217, n. 83; 217, n. 84; 217, n. 85; 217, n. 86; 217, n. 87; 217, n. 88; 210; 220; 231; 245; 264; 284; 294.
I. Hutten : 122; 186; 201; 254.
W. Huyghs : 84, n. 132; 84, n. 134; 115, n. 5.
W. Huys : 55, n. 55.

Iacobus Scotorum Rex : 61; 62.
Ianduria (*Jeand'heures*) : 32; 32, n. 6; 45; 57; 70; 116; 147; 195; 356.
Ierusalem : 55; 182; 192.
Ilfeld = *Iveldia*.
Innocentius II, papa : 49, n. 47.
Insula B. Mariae = *Marienweerd* : 4; 7; 9; 95; 95, n. 93; 232; 232, n. 16; 233; 237; 238; 238, n. 54; 363; 363, n. 45; 365.
Iovillaris = *Jovillers* : 116; 116, n. 37; 117; 340; 353; 353, n. 58; 355; 356; 358.
Iulius II, papa : 36, n. 55; 60, n. 72; 61; 107, n. 79; 164, n. 39; 176, n. 50.
Iustus Mons = *Justemont* : 21; 21, n. 40; 34; 51; 51, n. 61; 80; 80, n. 112; 101; 102; 109; 113; 116; 126; 142; 158; 171; 182; 192; 329; 329, n. 49.

Insula Dei (*l'Ile-Dieu*) : 5; 7; 19; 34; 34, n. 46; 35; 88; 88, n. 87; 89; 129; 255; 256; 261; 295; 296; 298; 307; 324; 324, n. 17; 325; 326; 335; 338; 340; 344; 346; 351; 356; 357; 358; 359; 364; 369.
Insula Ducis = *Gempe* : 35; 45, n. 51.
Ioh. Clari Fontis : 5, n. 19; 8, n. 52; 19, n. 13; 33, n. 15.
Iohannes Teplensis : 37; 38.
Iohannes Viconiensis : 69, n. 31.
Iohannes Viromandensis : 4, n. 13; 20, n. 24; 33, n. 12; 45, n. 8; 58, n. 42; 88, n. 16.
Iveldia, abbatia (Ilfeld) : 29, n. 87; 30; 65; 81; 82, n. 121; 131; 172; 207; 231; 242; 245; 246; 264; 284; 289; 332.
Iveldia (circaria) : 18; 26; 26, n. 74; 31; 55; 83; 101; 110; 113; 182; 192; 264; 284; 289; 296.

G. Jardel : 175; 183; 193; 207; 221; 231; 246; 274; 283; 284; 293; 294; 301.
A. Jacquot : 118; 118, n. 57; 118, n. 61; 119.
L. Jagello, rex : 138, n. 92; 139, n. 93.
N. Jasson : 364.
Jaszo : 217; 217, n. 75.
Jauche : 92; 92, n. 68.
Jaurio (Gyor) : 217, n. 81; 217, n. 82.
N. Joannis : 20, n. 35; 30, n. 90; 33, n. 28; 37, n. 60; 55, n. 82; 57, n. 19; 65, n. 98; 67, n. 113; 69, n. 24; 80, n. 112; 99, n. 113; 101, n. 128; 147, n. 15; 158, n. 108; 161, n. 15; 174, n. 22; 195, n. 21; 199, n. 63; 205, n. 98; 209, n. 16; 209, n. 26; 226, n. 50; 247, n. 9; 323, n. 12; 325, n. 38.
B. Johannis : 331.
P. Joly : 147, n. 30; 161, n. 70; 168, n. 33; 193, n. 9; 197, n. 55; 248, n. 33; 288.
I. Jonquin : 33, n. 36; 34, n. 41; 79, n. 108.
I. Jore : 38.
Bl. Jourdain : 326; 351.
L. Jourdieu : 25.
A. Journel : 112.
Juas = Jouaye : 28; 28, n. 83.
Jeghed : 217; 217, n. 73.
I. Jumeau : 204.

Kappel = *Cappel.*
Ch. Karl : 270, n. 51; 289, n. 38.
Keizersbosch : 74; 74, n. 81.
W. Kennedy : 306 n. 42.
G. Kessel : 148, n. 40; 163, n. 45; 194, n. 11; 196, n. 45; 200, n. 68; 207, n. 112; 221, n. 104; 231, n. 78.
F. Klauser : 230, n. 67.
Knechtsteden : 18, n. 108; 20; 27, n. 77; 29; 31; 65; 73; 82; 82, n. 120; 85; 95; 97; 101; 113, n. 119; 120; 120, n. 68; 120, n. 71; 120, n. 73; 124; 124, n. 102; 162; 171; 192; 200; 253; 254; 260; 261; 273.
A. Koch : 113, n. 126; 127, n. 134; 142, n. 121.
Konradsdorf : 243; 243, n. 89.
Korniis = *Kokényes* = *Nagykökényes* : 215, n. 62.

La Casedieu, cfr. *Casa Dei.*
La Charidad : 264; 284; 294.
N. Lagrené : 174, n. 15; 174, n. 36; 174, n. 43; 174, n. 49; 184, n. 10; 185, n. 27; 194, n. 14; 271, n.54..
Lahonce, cfr. *Hon cia*
Lagniacum : 343.
I. Lamirand : 25.
Landrissart : 348.
I. Landry : 311, n. 22; 322, n. 7.
Langenselbold : 243; 243, n. 88.
Langen : 3; 3, n. 7; 16; 18; 30; 33.
Languemend : 367.
Langwaden : 212; 212, n. 46.
Ladislaus II, rex : 72, n. 68.
La Marniere : 225; 225, n. 48.
Langleya : 111; 111, n. 102; 113; 121; 121, n. 75; 121, n. 80; 122; 124; 125; 129; 133; 134; 134, n. 26; 134, n. 67; 140; 155; 159.
M. Larcher : 60.
Laudunum (Laon) : 3, n. 4; 5, n. 20; 11, n. 13; 26; 46, n. 33; 47; 48; 50; 51; 54;

63; 80; 91; 94, n. 104; 99; 131; 133; 151; 186; 161, n. 19; 190; 205; 210; 226; 236; 242; 303; 320; 322.
Laufen : 240; 240, n. 71.
Laurentius de Heiligerlee : 120.
Laurissa = *Lörsch* : 18, n. 112; 26; 31; 31, n. 96; 55; 65; 83; 83, n. 124; 101; 110; 112; 113; 122; 127; 155; 156; 157; 158; 249.
Lausanne : 117, n. 35; 291, n. 47; 361, n. 44.
R. Lauthellier : 348.
La Vid, cfr. *Vitis*.
La Vernette : 326.
I. le Bigot : 37, n. 59; 59, n. 60; 154, n. 75; 154, n. 77.
P. le Boucher : 94.
La Ville-au-Bois : 351; 351, n. 42.
I. le Bracq : 195, n. 20; 194, n. 41; 196, n. 47; 205, n. 6; 209, n. 32; 223, n. 17; 225, n. 45; 248, n. 32; 285, n. 19; 323, n. 11; 362, n. 11.
I. Lecarlier : 57, n. 20; 58, n. 46; 70, n. 32; 70, n. 92; 88, n. 17; 116, n. 32; 129, n. 2 1; 146, n. 5; 160, n. 4; 161, n. 31.
H. Le Cat : 11.
I. le Chaune : 249.
A. Lecler : 262.
I. le Clerc : 112.
I. le Constre : 63.
P. le Courtiller : 265, n. 8; 266, n. 32; 266, n. 34; 310, n. 9; 311, n. 16; 311, n. 21; 333, n. 12; 342, n. 65; 362, n. 4.
I. le Duc : 204.
R. le Duc : 154.
l'Étoile, cfr. *Stella*.
I. le Faye : 315.
P. Lefebvre : 33, n. 22; 35, n. 54; 59, n. 59; 70, n. 40; 75; 75, n. 95.
I. le Fetz : 338.
Leffia : 58; 58, n. 52; 122; 146; 147; 151; 197; 209; 223.
B. le Foirre : 37.
I. le Fort : 178; 178, n. 53.
G. le Fuzelier : 62.
N. le Gay : 152; 152, n. 62.
le Gonoy : 255.
M. le Habert : 111.
M. Lelong : 324, n. 24; 324, n. 31; 368, n. 75.
N. Le Loryne : 297.
I. le Maire : 119; 212; 262.
N. S. le Maistre : 150, n. 51; 363, n. 23; 363, n. 33.
Aeg. Le Marchant : 11; 11, n. 75; 22; 29 n. 57; 76; 81, n. 119.
Aeg. le Messagier : 82.
R. Le moine : 108; 288; 322.
D. Le Moyne : 298; 332; 337.
C. Le Nerere : 173.
Leo X, papa : 198, n. 57.
Leodium (Liège) : 3, n. 6; 27, n. 79; 35; 69, n. 28; 74; 74, n. 80; 74, n. 81; 92, n. 66; 110, n. 93.
I. le Pelletier : 21, n. 46; 33, n. 34; 45, n. 10; 57, n. 25; 69, n. 23; 89, n. 42; 89, n. 42; 103, n. 30; 104, n. 41; 115, n. 17; 129, n. 22; 132, n. 59; 147, n. 19; 152, n. 60; 174, n. 33; 185, n. 16; 195, n. 33; 209, n. 20; 223, n. 25; 225, n. 40; 232, n. 15; 239, n. 36; 248, n. 14; 266, n. 26; 282, n. 105; 296, n. 13; 303, n. 13; 303, n. 26.
A. le Poitiers : 199.
I. le Prince : 46, n. 33; 57, n. 41; 69, n. 20; 87, n. 8; 103, n. 19; 116, n. 22; 123, n. 97; 146, n. 7; 180, n. 64; 182, n. 69; 184, n. 13; 190, n. 56; 195, n. 35; 196, n. 38; 209, n. 29; 263, n. 16; 306, n. 40; 346, n. 12; 355, n. 5; 358, n. 48; 368, n. 75.
Ch. Le Quens : 79.
N. le Ratz : 360.
G. le Roy : 5, n. 28; 19, n. 7; 34, n. 46.
P. Lescolant : 35.
Les Essars : 316.
I. de Scellier : 316.
Les Rendus : 10; 10, n. 68; 26; 315; 331; 348; 348, n. 29.
G. le Tertre : 237; 261.
Aeg. le Tavernier : 319, n. 5; 322, n. 22; 331, n. 61; 346, n. 13; 360, n. 58; 362, n. 13.

I. le Thieullier : 252.
A. le Vasseur : 28; 230.
I. le Vasseur : 154.
P. le Vasseur : 307; 311, n. 19; 320, n. 11.
I. Levesque : 24.
L. Levesque : 234; 293; 299.
Leyston : 121; 121, n. 82; 129; 136; 136, n. 79; 140; 151; 151, n. 53.
Lexovium (Lisieux) : 5, n. 29.
Lezey : 13; 13, n. 90.
A. Lidderdals : 59, n. 68.
Lidlin Steingadensis : 111.
Lidlum (*Vallis S. Mariae*) : 9; 9, n. 68; 42, n. 122; 122, n. 87; 126: 152, n. 63; 158; 171; 182; 192; 207; 220; 231; 243; 243, n. 92; 245; 264; 284; 290; 294; 336; 345; 369; 369, n. 83.
Liftingh, comes de : 9.
G. Lillo : 107; 107, n. 80; 156.
Limburg, dioec. : 261, n. 96; 272, n. 69.
Lincoln : 120, n. 74; 121, n. 83.
Lingonium (Langres) : 37, n. 62; 50, n. 55; 116, n. 35; 233, n. 24; 265, n. 10; 204, n. 31.
Linz : 42, n. 86; 55, n. 81; 66; 73, n. 72.
Liska (*Licques*) : 7; 11; 11, n. 75; 21; 22; 23; 38; 57; 78; 81; 82, n. 115; 88; 88, n. 23; 89; 115; 126; 146; 195; 213; 266; 267; 275; 286; 333; 353.
Locus Dei (*Gottstadt*) : 290; 291; 291, n. 50.
Locus Dei in Iardo (*Dieu-Lieu-en-Jard*) : 21, n. 33; 21; 138.
Locus Restauratus (*Lieu-Restauré*) : 6, n. 38; 33; 45; 56; 69; 89; 103; 115; 128; 184; 190; 196; 212; 232; 266; 271; 285; 296; 313; 315; 316; 323; 323, n. 6; 324; 346; 356; 360; 361; 363; 369.
Londinum : 116, n. 116.
Longueville : 38; 38, n. 70; 265.
Longum Vadum (*Longwé*) : 7; 8, n. 45; 17; 21; 33; 46; 57; 58; 71; 71, n. 55; 98; 98, n. 103; 129; 147; 161; 184; 195; 203; 223; 232; 265; 295; 302; 333; 346; 355; 363.
P. Lorisse : 202; 320.
R. Loste : 110.
Lotharingia (Lorraine) : 17; 30; 50; 51; 55; 65; 80; 85; 101; 113; 123; 126; 142; 171; 182; 192; 206; 220; 230; 245; 264; 283; 293; 307; 340.
Luca (*Louka = Klosterbruck*) : 73; 73, n. 71.
Loupinne : 255.
Aeg. l'Ours : 5, n. 29; 12, n. 82; 12, n. 84; 19, n. 5; 28, n. 82; 46, n. 24; 54; 54, n. 72; 56, n. 7; 70, n. 49; 88, n. 33; 93, n. 78; 94, n. 82; 108; 112, n. 29; 116, n. 29; 160, n. 10.
Lovanium (Leuven) : 3, n. 8; 35, n. 51; 63; 133; 135.
I. Loyson : 366.
Lucas Laurissensis : 31, n. 96; 55, n. 78; 65, n. 107; 83, n. 124; 85, n. 146; 101, n. 138; 110, n. 98.
Lucerna (*La Luzerne*) : 12; 12, n. 81; 50; 50, n. 52; 56; 56, n. 13; 79; 79, n. 106; 79, n. 107; 93, n. 80; 93, n. 81; 94; 108; 108, n. 82; 108, n. 83; 116; 117; 122; 126; 160; 171; 182; 192; 288; 298; 313; 322; 336; 337; 351; 358.
Ludovica, ducissa : 292.
Ludovicus XII, rex : 164; 164, n. 58.
Lullyacum : 234; 234, n. 38.
Lutra (*Kaiserslautern*) : 130; 130, n. 25; 157; 157, n. 100.

L. Macedonay : 215, n. 61.
Maclovium (St-Malo) : 107, n. 77.
Magdeburg : 71, n. 54; 93; 93, n. 75; 93, n. 76; 168; 219; 231; 245; 252; 264; 284; 294.
E. Magler : 78.
H. Mahon : 66.
Ph. Mairel : 242.
Majk (*Mayk*) : 218; 218, n. 87.
Maldonum : 116, n. 18.
P. Mairesse : 186; 242.
Marante : 109.
P. Marchant : 37, n. 63; 46, n. 20.
Marchasium Radulphi (*Marcheroux*) : 12; 12, n. 65; 13; 13, n. 94; 21; 21, n. 47; 33; 40; 41; 57; 70; 78; 78, n. 101; 89;

103; 103, n. 28; 128; 147; 174; 195; 247; 247, n. 10; 249; 265; 317.
C. Maréchal : 117; 117, n. 54; 126, n. 125; 133, n. 61; 146, n. 111.
N. Maret : 98.
B. Maria Virgo : 234.
Mariëngaarde, cfr. *Hortus S. Mariae.*
Mariënweerd, cfr. *Insula B. Mariae.*
P. Marköbel : 243, n. 88.
I. Marmier : 19, n. 116; 147, n. 24.
Marna (*Merna*) : 123; 123, n. 93.
I. Marquart : 80.
Marqueline : 271; 271, n. 50.
G. Martini : 222, n. 3; 223, n. 29; 223, n. 32; 232, n. 3; 287, n. 33; 323, n. 3.
Th. Malvell : 123.
R. Manart : 125.
Fr. Marchenille : 350.
N. Marer (Maret) : 155.
P. Masuier : 135.
G. Matissal (Matifas) : 10; 10, n. 70; 14.
I. Matten : 99.
S. Maugiron : 173, n. 10.
P. Maurage : 324, n. 20; 324, n. 23; 350, n. 39.
Mayk : 218; 218, n. 80.
U. Maythenyi : 138, n. 91.
I. Maxwell : 306, n. 42.
Th. Mc Culloch : 59, n. 70.
H. Mc Dowell : 59, n. 66; 67, n. 115; 74, n. 83; 101, n. 134; 112, n. 113; 113, n. 124; 142, n. 119; 159, n. 117; 171, n. 112.
Mechlinia (Mechelen) : 3, n. 6; 5, n. 30; 69, n. 28; 92, n. 66; 196, n. 38; 358, n. 45.
Medentum (Mantes) : 132; 132, n. 54.
Meldum (Meaux) : 7, n. 39; 7, n. 40; 21, n. 40; 51, n. 64; 160, n. 14; 251; 295, n. 4; 317, n. 52; 319, n. 6.
P. Merdis : 197.
N. Mérée : 86.
I. Merlot : 5, n. 25; 19, n. 3; 45, n. 2; 57, n. 32; 65, n. 99; 68, n. 9; 70, n. 80; 78, n. 101; 79, n. 104; 86, n. 153; 87, n. 14; 89, n. 52; 103, n. 28; 117, n. 53; 121, n. 77; 128, n. 15; 136, n. 43; 148, n. 37; 174, n. 17.
I. Merot : 339, n. 58.
Mesbrecourt : 290.
R. Meschanet (Mehoult) : 34, n. 47; 35, n. 48.
I. Messager : 121; 121, n. 80; 122; 129, n. 20; 134; 134, n. 67; 140; 140, n. 100; 141, n. 103; 151; 151, n. 57; 155, n. 84; 159, n. 115; 171, n. 111.
I. Messen : 124, n. 100.
Mesy : 304.
Metz (dioec.) : 13, n. 88; 50, n. 57; 51; 51, n. 60; 51, n. 61; 59, n. 67; 80, n. 102; 88, n. 27; 109, n. 89.
P. Michelet : 39.
I. Michon : 6, n. 36; 15, n. 98; 20, n. 27; 32, n. 11; 38, n. 63; 45, n. 13; 52, n. 66; 56, n. 10; 68, n. 11; 87, n. 6; 102, n. 10; 115, n. 7; 128.
Middelburgia 33; 33, n. 33; 34; 252.
I. Millet : 190.
Mierlo : 41, n. 83.
Mira Vallis (*Mureau*) : 4; 11; 20; 21; 32; 70; 88; 129; 142; 158; 171; 174; 182; 192; 233; 233, n. 19; 329.
Moguntia (Mainz) : 29, n. 87; 71, n. 53; 82; 96, n. 96; 96, n. 101; 243, n. 88; 243, n. 89; 272, n. 79; 289, n. 39.
P. Moli : 29.
I. Moliet : 262.
Molinum (Moulins) : 59, n. 64; 347, n. 24.
Monasterium (Münster) : 3, n. 7; 27, n. 78; 27, n. 80; 62; 74, n. 79; 95, n. 95; 133, n. 88; 123, n. 93; 148, n. 39.
Moncellum (*Moncetz*) : 7; 7, n. 46; 33; 37; 37, n. 61; 46; 57; 70; 103; 147; 185; 186; 211; 211, n. 42; 248; 266; 286; 304; 310; 313; 323; 337; 344; 353; 356; 364.
Monginnes : 281.
L. Monnart : 132.
Th. Monnoyr : 123; 134; 169; 180; 180, n. 63.
Mons Aquilii : 162; 162, n. 36.
Mons Dei (*Mondaye*) : 5; 5, n. 29; 12; 19; 28; 29; 38; 46; 51; 54; 56; 70; 79; 79,

n. 109; 88; 93; 94; 108; 111; 116; 134; 160; 169; 169, n. 84; 174; 175; 195; 237, n. 50; 248; 298; 324; 331; 358.
Monsfarnia : 59; 59, n. 70.
Mons Ferati : 167.
Mons S. Mariae : 137.
Mons S. Martini (*Mont-St-Martin*) : 3; 6; 33; 42; 48; 57; 66; 69; 87; 108; 116; 125; 147; 157; 180; 174; 175; 184; 199; 223; 241; 247; 256; 263; 271; 285; 299; 302; 308; 358; 358, n. 46; 363.
Montmiral : 352.
N. Mopin : 11.
Morangle : 15; 15, n. 99.
Monstrisse : 243; 243, n. 90.
Montenelle : 342.
M. Montis nostrae Dominae : 168; 168, n. 76.
Ph. More : 214, n. 60.
R. Morel : 223, n. 22; 223, n. 29; 223, n. 32; 237, n. 50; 247, n. 6; 274, n. 97.
G. Moret : 352.
G. Morgan : 133; 141.
Morinczhida : 217, n. 82.
Moringhen : 38.
Morinum : 213.
I. Morizot : 5, n. 24; 49, n. 59; 59, n. 54; 233, n. 99; 329, n. 39.
C. Morolf : 243, n. 91.
Mortagne : 149.
Moyen : 22.
N. Mudtzaerts : 57, n. 16; 58, n. 45; 50, n. 76.
L. Mulot : 102, n. 14; 103, n. 32; 103, n. 36; 190, n. 57; 312, n. 28; 333, n. 6; 334, n. 29; 334, n. 36; 350, n. 35.
P. Multeris : 166; 188.
Munnikerhuis : 152; 152, n. 64.
Münsterdreisen : 243; 243, n. 90.
N. Mureau : 64.
Mureau, cfr. *Mira Vallis.*
Mussipontum (Pont-à-Mousson) : 70, n. 33.

Nagykölinger : 215, n. 62.
Namurcum : 19, n. 6; 297; 287.
M. Naumiroy : 135.
Neerlandia : 17, n. 101; 40, n. 78.
G. Nemery : 312; 343.
Neomagum (Nijmegen) 9; 9, n. 64.
I. Neumarkt : 29, n. 87.
P. Neyl : 38.
Nicolaus Lucernensis : 337.
Nicolaus S. Foillani : 152, n. 62.
Nicolaus Sorethanus : 192.
Nicolaus Teplensis : 37; 38.
I. Niguet : 353, n. 58; 355, n. 7; 356, n. 12; 356, n. 36.
Noircourt : 202.
Norbertus, sanctus : 40, n. 71; 71, n. 54; 93; 93, n. 75; 290.
Norfolk : 121, n. 84.
Normannia : 18; 31; 43; 54; 65; 65, n. 99; 79; 85; 93; 113; 126; 166; 206; 220; 226; 230; 245; 261; 264; 283; 288; 293; 300; 305; 309; 326; 338; 345; 359.
Norvegia : 66; 86; 101; 113; 127; 159; 172; 182; 207; 221; 231; 246; 264; 267; 284; 294.
Norwick : 111; 121, n. 82; 122; 125; 125, n. 110.
Novionum (Noyon) : 4, n. 12; 21, n. 46; 28, n. 81; 41, n. 84; 103; 116, n. 34; 135, n. 76; 152; 186; 367.
Noyard : 22.
R. Nykka : 111, n. 103.

Oberzell, cfr. *Cella Dei Superior.*
Oelinghausen : 124; 124, n. 101; 124, n. 102; 126, n. 103; 163, n. 67; 163, n. 51.
Oigny : 98.
I. Olmin : 212.
Olomucium (Olmutz) : 72, n. 69; 73, n. 71,
Op het Zand : 9; 9, n. 66.
Osterhovium : 30; 30, n. 88; 31; 38; 38. n. 67; 77; 77, n. 97; 200.
Oradea Mare (*S. Stephanus in Promontorio*) : 217, n. 80.
H. Osterreicher : 31, n. 99; 55, n. 79; 65, n. 106; 76.
Oxonium (Osma) : 92, n. 71; 104, n. 44.

Paderborn : 163, n. 43 ; 261, n. 97.
Palentinum : 92, n. 70 ; 92, n. 73 ; 104, n. 46 ; 104, n. 48 ; 105, n. 57.
Palyi : 217 ; 217, n. 77.
A. Parent : 222, n. 10 ; 223, n. 28 ; 223, n. 33 ; 224, n. 37 ; 247, n. 4 ; 249, n. 45 ; 266, n. 15 ; 267, n. 33 ; 286, n. 17 ; 286, n. 39 ; 296, n. 13 ; 296, n. 20 ; 303, n. 14 ; 303, n. 25 ; 310, n. 10 ; 311, n. 18 ; 317, n. 53 ; 319, n. 4 ; 320, n. 13 ; 323, n. 13 ; 323, n. 9 ; 346, n. 8.
Parcum : 3 ; 8 ; 20 ; 23 ; 36 ; 43 ; 48 ; 57 ; 60 ; 61 ; 81 ; 84 ; 91 ; 119, n. 14 ; 155 ; 168 ; 176 ; 238 ; 238, n. 59 ; 367.
I. Pargnin : 236.
G. Paris : 248, n. 24 ; 249, n. 37 ; 249, n. 39 ; 312, n. 27 ; 313, n. 33 ; 318, n. 56 ; 323, n. 8 ; 353, n. 54 ; 368, n. 74.
Parisiae : 7, n. 40 ; 50, n. 64 ; 54 ; 72 ; 75 ; 86 ; 119 ; 123 ; 136 ; 137, n. 96 ; 163 ; 198 ; 204 ; 205 ; 205, n. 95 ; 212 ; 261, n. 93 ; 268 ; 275 ; 300 ; 317, n. 52 ; 341 ; 350.
I. Parmentier : 168.
St. Parizot : 311, n. 7 ; 319, n. 9 ; 319, n. 11.
G. Parys : 178 ; 178, n. 59.
I. Pasel : 5, n. 23 ; 42, n. 85 ; 49, n. 49 ; 64, n. 29 ; 334, n. 21 ; 334, n. 30 ; 339, n. 58 ; 346, n. 5.
I. Pasquier : 363 ; 363, n. 34.
Passavia (Passau) : 30, n. 88 ; 42, n. 85 ; 73, n. 72.
Paulus Windbergensis : 77, n. 95 ; 80, n. 111 ; 99, n. 118 ; 100, n. 120 ; 100, n. 128 ; 120, n. 66.
Pecs (Quinque Ecclesiae) : 214 ; 214, n. 60.
A. Pelletier : 333, n. 2 ; 334, n. 28 ; 342, n. 65 ; 344, n. 32 ; 346, n. 6 ; 349, n. 33 ; 350, n. 40 ; 357 ; 360, n. 57.
A. Penchart : 350.
Iud. Pepinus : 15 ; 16.
L. Perhigensis : 120.
Perrodium Novum (*Le Perray-Neuf*) : 17 ; 17, n. 103 ; 72 ; 76, n. 56 ; 88 ; 88, n. 32 ; 185 ; 189 ; 209.
Am. Persoons : 5, n. 30 ; 36, n. 58.
G. Perthemol : 125.
A. Petit : 156.
P. Petit : 298 ; 307.
Petrus Maria, abbas : 265, n. 12.
Petrus Teplensis : 113, n. 122 ; 127, n. 132 ; 158, n. 112 ; 267, n. 41 ; 284, n. 124 ; 294, n. 74.
I. Pierot : 226 ; 236 ; 279 ; 281 ; 282.
I. Pinte : 334, n. 27 ; 334, n. 31 ; 356, n. 27.
I. Piodrau : 327.
P. Piot (Pyot) : 277 ; 287.
Pisani, card. : 226, n. 52.
Pius II, papa : 29.
Plaga (*Schlägl*) : 42 ; 42, n. 86 ; 55 ; 55, n. 81 ; 73 ; 73, n. 72 ; 86.
Podium (Le Puy) : 334.
Pöhlde : 71 ; 71, n. 53 ; 96, n. 101.
Bl. Pointre : 340.
M. Poisson : 108.
Polonia : 18 ; 31 ; 55 ; 66 ; 86 ; 101 ; 113 ; 127 ; 142 ; 231 ; 264 ; 284 ; 294.
I. Pondrac : 307.
Ponthivum (Ponthieu) : 6, n. 33 ; 18 ; 31 ; 43 ; 54 ; 65 ; 85 ; 103 ; 112 ; 126 ; 137 ; 137, n. 89 ; 142 ; 158 ; 171 ; 182 ; 206 ; 220 ; 230 ; 245 ; 264 ; 283 ; 293.
I. Porchon : 62.
I. Poulaillier : 13, n. 4 ; 14, n. 95 ; 19, n. 4 ; 22 ; 32, n. 3 ; 35 ; 45, n. 3 ; 49, n. 48 ; 54, n. 75 ; 56, n. 4 ; 69, n. 87 ; 67, n. 112 ; 68, n. 3 ; 87, n. 3 ; 95, n. 83 ; 97, n. 105 ; 98, n. 108 ; 99, n. 116 ; 110, n. 96 ; 112, n. 111 ; 112, n. 114 ; 115, n. 3 ; 125, n. 114 ; 126, n. 118 ; 116, n. 121 ; 128, n. 3 ; 131, n. 49 ; 141, n. 105 ; 149, n. 49 ; 151, n. 55 ; 160, n. 2 ; 166, n. 69 ; 170, n. 90 ; 170, n. 92 ; 170, n. 96 ; 171, n. 98 ; 173, n. 2 ; 184, n. 2 ; 186, n. 31 ; 186, n. 34 ; 186, n. 43 ; 194, n. 3 ; 203, n. 85 ; 205, n. 93 ; 205, n. 97 ; 208, n. 2 ; 210, n. 36 ; 222, n. 2 ; 230, n. 68 ; 232, n. 2 ; 234, n. 37 ; 249, n. 46 ; 250, n. 50 ; 255, n. 72 ; 255, n. 73 ; 256, n. 77 ; 262, n. 100 ; 265, n. 2 ; 277, n. 81 ; 278, n. 91 ; 278, n. 94 ; 285, n. 44 ; 292, n. 55 ; 292, n. 56 ; 293, n. 58 ; 304, n. 32.
Praemonstratum (*Prémontré*) : 3 ; 8 ; 10 ; 14 ; 17 ; 18 ; 19 ; 19, n. 2 ; 25 ; 27 ; 29 ;

30; 31; 32; 32, n. 1; 36; 39; 42; 43; 45; 45, n. 1; 51; 53; 54; 56; 65; 66; 68; 71, n. 54; 74, n. 83; 78; 85; 86; 87; 91; 93; 96; 100; 102; 108; 109; 112; 113; 114; 115; 116; 128; 142; 146; 151; 152; 159; 164; 166; 171; 173; 174; 177; 184; 191; 194; 199; 200; 201; 204; 205; 207; 208; 211; 229; 230; 231; 232; 236; 237; 238; 239; 242; 243; 244; 245; 250; 255; 256; 257, n. 86; 258; 260; 262; 264; 274; 279; 283; 284; 285; 287; 289; 290; 291; 293; 294; 295; 296; 297; 298; 299; 301; 302; 304; 307; 310; 311; 315; 317; 318; 320; 321; 323; 325; 327; 328; 331; 332; 333; 338; 340; 342; 344; 345; 347; 350; 357; 358; 361; 369.

Praga : 37, n. 66; 268, n. 43.

G. Prelier : 341.

I. Prenost : 79.

C. Prevost : 267.

Proisy : 277.

Fr. Pseaume : 266, n. 22; 266, n. 29; 273, n. 65; 281, n. 102; 332, n. 9; 350, n. 38.

I. Pseaume : 76, n. 93; 81, n. 117; 116, n. 24; 160, n. 13; 161, n. 27; 174, n. 23; 195, n. 26; 281, n. 100.

A. Quermette : 321.

Quinque Ecclesiae, cf. Pécs.

Ragusinus : 23.

I. Ramaige : 186.

M. Rasse : 91.

Ratisbona : 77, n. 95; 77, n. 98; 80, n. 110; 99, n. 118.

Ratot : 218; 218, n. 86.

I. Ray : 60; 113; 127; 142.

P. Rayen : 219.

Rayk : 217; 217, n. 84.

I. Rebis : 132.

Redonium (Rennes) : 153, n. 71.

S. Regenmüller : 199, n. 65; 207, n. 107.

Regia Vallis (*Riéval*) : 20; 20, n. 38; 34; 88; 97; 97, n. 106; 353; 353, n. 57.

Ph. Regimbert : 54.

Remensis (Reims) : 5, n. 18; 5, n. 21; 5, n. 22; 5, n. 45; 19, n. 11; 20, n. 19; 25; 29, n. 83; 45, n. 12; 51, n. 54; 57, n. 33; 71, n. 55; 98, n. 109; 109, n. 90; 109, n. 91; 123; 135, n. 77; 227.

St. Remy : 37, n. 62; 50, n. 55; 225, n. 47.

Rengis Vallis (*Rengéval*) : 21; 21, n. 44; 32; 39; 39, n. 75; 70; 80; 80, n. 113; 88; 109; 129; 185; 185, n. 20; 195.

Rentegny : 85.

Cl. Renfroy : 135.

Ressonium (*Ressons*) : 24; 24, n. 64; 33; 33, n. 24; 46; 57; 78; 78, n. 102; 103, n. 25; 124; 124, n. 104; 153; 195; 204; 274; 274, n. 72; 297; 304; 308; 316; 316, n. 45; 317; 321; 357.

Retters : 272, n. 59.

Retuerta : 52; 92, n. 70; 101; 104; 106; 127; 172; 182; 189; 192; 207; 221; 227; 231; 246; 264; 283; 284; 294.

I. Retzinger : 30, n. 88; 30, n. 98; 38, n. 67; 55, n. 80.

I. Reydis : 213.

N. Rhedys : 7, n. 44; 12, n. 58; 45, n. 4; 57, n. 26; 62, n. 84; 69, n. 30; 75, n. 88; 103, n. 27; 129, n. 17; 209, n. 19; 213, n. 51; 223, n. 12.

Rhenania : 82, n. 120.

A. Richard : 7, n. 40; 7, n. 50; 20, n. 37; 51, n. 64; 56, n. 11; 70, n. 48.

I. Roart : 204.

M. Roger : 342.

Rogerius Cappenbergensis : 27.

I. Roland : 110.

Roma : 41, n. 83; 75, n. 87; 81; 100; 164; 178; 185; 215; 265; 269; 290.

L. Romain : 10; 26.

Rommersdorff : 74; 74, n. 78; 200.

Rotenkirchen : 243; 243, n. 91.

Rothomagum (Rouen) : 5, n. 27; 5, n. 28; 21, n. 47; 24, n. 64; 24, n. 65; 33, n. 24; 34, n. 46; 72; 78; 94; 124, n. 104; 195, n. 12; 237; 261; 324, n. 18; 324, n. 34; 338; 344; 353.

Rottenburg : 31, n. 99; 77, n. 96; 240, n. 71.

P. Roussel : 13.
N. Rouyer : 70, n. 35 ; 71, n. 58 ; 116, n. 30.
Fr. Rouveroye : 24 ; 297.
Chr. Roze : 234.
N. Rozier : 279.
Rozières : 239.
Ruffenielle : 336.
N. Ruistre de Luxemburg : 62, n. 82.
Ruremunda : 27, n. 27 ; 74, n. 81.
N. Rusflart : 287.
Rutin : 230.

Saag : 81 ; 101 ; 103 ; 126 ; 140 ; 140, n. 96 ; 207 ; 214, n. 54 ; 215 ; 217 ; 217, n. 67 ; 220 ; 231 ; 264 ; 284 ; 294.
Sabaudia : 17 ; 30 ; 55 ; 65 ; 67 ; 85 ; 101 ; 113 ; 142 ; 167 ; 182 ; 192 ; 206 ; 226 ; 230 ; 237 ; 245 ; 264 ; 284 ; 289.
Sacrum Nemus (*Sacrum Boscum* ; *Holywood*) : 59 ; 59, n. 69 ; 187 ; 187, n. 38 ; 306 ; 306, n. 42 ; 363.
Sagium (Sées) : 11, n. 80 ; 50, n. 53 ; 70, n. 41 ; 79, n. 15 ; 178 ; 274, n. 66 ; 312, n. 25.
Saisinne : 202.
Salina Vallis (*Salival*) : 13 ; 13, n. 88 ; 13, n. 90 ; 50 ; 50, n. 57 ; 51 ; 51, n. 63 ; 59 ; 116 ; 122 ; 276.
Salmantina : 104, n. 45 ; 105, n. 62 ; 106, n. 57.
Salustius Windberg. : 80.
N. Sampeyn : 19, n. 6 ; 115, n. 4 ; 169, n. 92 ; 117, n. 40.
S. Anna de Nouveaulieu : 274 ; 274, n. 72.
S. Andreas Claromontensis : 59 ; 59, n. 60 ; 59, n. 68 ; 167.
S. Andreas in Nemore (*St-André-au-Bois*) : 4 ; 6, n. 33 ; 14 ; 18 ; 20 ; 21 ; 22 ; 24 ; 25 ; 31 ; 46 ; 52, n. 65 ; 57 ; 64 ; 65 ; 68 ; 71 ; 102 ; 115 ; 117 ; 128 ; 131 ; 146 ; 148 ; 149 ; 150 ; 150, n. 52 ; 160 ; 174 ; 194 ; 208 ; 213 ; 222 ; 224 ; 231 ; 232 ; 236, n. 47 ; 265 ; 274 ; 275 ; 279 ; 334 ; 334, n. 27 ; 349 ; 356 ; 369.
S. Audomarus Rothomagensis, O.S.B. : 353 ; 359.
S. Augustinus Morinorum : 7 ; 7, n. 43 ; 22 ; 22, n. 58 ; 45 ; 57 ; 62 ; 69 ; 75 ; 75, n. 89 ; 78 ; 100 ; 100, n. 124 ; 103 ; 107, n. 78 ; 126 ; 128 ; 132 ; 164 ; 209 ; 213 ; 223 ; 226.
S. Blasius iuxta Possiacum : 359.
S. Christophorus de Ibeas : 17 ; 17, n. 107 ; 30 ; 30, n. 91 ; 65 ; 72 ; 72, n. 64 ; 86 ; 105 ; 105, n. 56 ; 106.
S. Crux de Monzon : 104 ; 104, n. 46 ; 106 ; 106, n. 65.
S. Crux Metensis : 32 ; 32, n. 12 ; 51 ; 51, n. 60 ; 101 ; 101, n. 127 ; 103 ; 109, n. 91 ; 195 ; 195, n. 27 ; 285 ; 312 ; 326 ; 343 ; 366.
S. Crux Offermontensis : 325.
S. Deodatus (St-Dié) : 4, n. 11 ; 5, n. 23 ; 5, n. 24 ; 42, n. 85 ; 50, n. 51 ; 233, n. 19 ; 347, n. 15.
S. Foillanus Rodiensis : 4 ; 20 ; 29 ; 33 ; 48 ; 69 ; 147 ; 147, n. 30 ; 152 ; 152, n. 62 ; 161 ; 194 ; 194, n. 9 ; 197 ; 224 ; 224, n. 20 ; 248 ; 248, n. 33 ; 350.
S. Genovefa Parisiensis : 261.
S. Gilbertus Novem Fontium : 59 ; 59, n. 64 ; 347 ; 347, n. 24.
S. Iacobus in Langherna : 65 ; 113.
S. Iohannes Ambianensis (*St-Jean d'Amiens*) : 4 ; 8 ; 10 ; 10, n. 72 ; 11 ; 20 ; 21 ; 33 ; 34 ; 39 ; 43 ; 46 ; 52 ; 54 ; 56 ; 58 ; 64 ; 68 ; 71 ; 80 ; 82 ; 83 ; 87 ; 89 ; 98 ; 99 ; 111 ; 111, n. 106 ; 112, n. 110 ; 114 ; 115 ; 117 ; 125 ; 128 ; 130 ; 134 ; 135 ; n. 78 ; 146 ; 148 ; 155 ; 160 ; 161 ; 174 ; 175 ; 184 ; 194 ; 271.
S.-Jean d'Asnières : 274, n. 66.
S. Iohannes de Castella : 304.
S. Iohannes de Falesia (*Falaise*) : 11 ; 11, n. 80 ; 33 ; 34 ; 79 ; 79, n. 108 ; 102 ; 102, n. 15 ; 102 ; 103 ; 117 ; 203 ; 237 ; 247 ; 274 ; 301 ; 312 ; 312, n. 25 ; 313 ; 318 ; 322 ; 332 ; 333 ; 334 ; 368.
S. Iudocus in Nemore (*St-Josse-au-Bois*) (*Domnus Martinus*) : 18 ; 18, n. 110.
S. Iulianus de Lauduno : 131.

S. Iulianus in Mantes : 35; 35, n. 49; 132; 132, n. 54.

S. Iustus Bellovacensis : 5; 5, n. 26; 15; 15, n. 99; 16; 53; 53, n. 68; 57; 68; 72, n. 87; 83; 83, n. 126; 102; 129; 184; 185; 195; 209; 223; 232; 248; 266; 295; 323; 323, n. 10; 334.

S. Maria de Charitate : 104; 104, n. 45; 106, 106; 106, n. 67 (cfr. *La Charidad*).

S. Maria de Hortis : 105; 105, n. 59.

S. Maria in Buxeto : 105; 105, n. 61.

S. Maria in Nemore (*Ste-Marie-au-Bois*) : 70; 70, n. 33; 71; 195; 285; 292; 296; 307; 310; 311; 312; 324; 334; 341; 356; 362.

S. Maria Magdeburgensis : 130; 218; 220.

S. Marianus Altissiodorensis (*St-Marien-d'Auxerre*) : 20; 20, n. 25; 30; 33; 37; 55; 57; 65; 67; 69; 80, n. 113; 85; 88; 89; 147; 155; 158; 161; 167; 171; 174; 180; 182; 195; 199; 205; 206; 209; 226; 247; 260; 273; 308; 309; 363; 325; 352.

S. Martinus Laudunensis (*St-Martin-de-Laon*) : 14; 17; 17, n. 106; 19; 19, n. 4; 22; 26; 26, n. 73; 32; 35; 45; 49; 52; 56; 63; 67; 68; 76; 86; 87; 95; 97; 98; 99; 102; 109; 110; 112; 115; 125; 126; 128; 141; 146; 149; 151; 160; 167; 170; 171; 173; 184; 186; 194; 203; 205; 208; 210; 222; 226; 230; 231; 234; 237; 238; 247; 249; 250; 252; 252, n. 60; 255; 256; 257; 257, n. 86; 262; 265; 267; 268; 274; 277; 278; 285; 287; 290; 292; 293; 297; 298; 299; 301; 304; 308; 310; 310, n. 2; 312; 314; 317; 319; 320; 321; 322; 326; 333; 333, n. 2; 334; 342; 344; 345; 346; 350; 351; 352; 355; 362; 362, n. 2; 366; 369.

S. Michael Antverpiensis : 3; 7; 19, n. 12; 23; 36; 48; 54; 60; 60, n. 71; 90; 90, n. 53; 156; 367, n. 62; 368; 368, n. 66.

S. Nicolaus Furnensis (*Veurne*) : 20; 20, n. 14; 23; 88; 88, n. 18; 89; 115; 119; 121; 213; 213, n. 50; 224; 232; 233.

S. Norbertus in Aland (*Deventer*) : 116, n. 39; 117; 122; 123; 126; 142.

S. Paulus Senonensis (*Sens*) : 41; 89; 89, n. 96; 280; 308.

S. Paulus Virdunensis (*Verdun*) : 21; 21, n. 42; 32; 40; 46; 76; 76, n. 93; 81; 88; 89; 116; 160; 161; 174; 195; 236; 266; 273; 280, n. 98; 333; 338, 350.

S. Pelagius de Arnellis : 104; 104, n. 48; 105; 106, n. 64.

S. Pelagius de Serrato : 105; 105, n. 57; 106.

S. Pelagius Villae maioris : 105; 105, n. 58; 106.

Saint-Privé : 211.

S. Petrus Selincurtensis (*Sélincourt*) : 5; 5, n. 17; 10; 10, n. 69; 10, n. 71; 13; 13, n. 92; 14; 20; 46; 54; 54, n. 69; 57; 68; 71; 79; 82; 82, n. 120; 83; 87; 94; 94, n. 85; 119; 119, n. 62; 119, n. 63; 129; 169; 171; 174; 178; 190; 195; 198, n. 50; 205; 212; 248; 252; 262; 265; 298; 311; 330; 349; 351; 359.

S. Quentin : 3; 19; 25; 56; 68; 68, n. 1; 115; 138; 146; 157.

S. Saturninus (*Medina del Campo*) : 105; 105, n. 62; 106; 106, n. 66.

I. Saulec : 267.

S. Sophia de Toro : 92, n. 72; 103; 103, n. 31; 106; 107.

S. Spiritus in Abula : 105; 105, n. 60; 106.

S. Stephanus in Promontorio (*Oradea Mare*) : 217; 217, n. 80.

R. Sanders : 58, n. 54; 69, n. 25; 83; 95, n. 92.

Fr. Saulme : 281.

Saxonia : 60; 60, n. 71; 71, n. 56; 76; 93; 93, n. 76; 130; 132; 132, n. 56; 207; 220; 231; 240; 264; 284; 294.

Th. Scarlet : 115, n. 18; 117, n. 7, 11; 134, n. 68.

Schlägl, cfr. *Plaga*.

Scheida : 200; 200, n. 69; 207; 261; 261, n. 97.

N. Schnell : 167, n. 74; 206, n. 103; 237, n. 51; 245, n. 103; 289, n. 40; 291, n. 49; 294, n. 63.
I. Schumann : 29, n. 87; 83, n. 122; 165, n. 63; 166, n. 65; 172, n. 105; 184, n. 80; 192, n. 70; 221, n. 100; 231, n. 77; 242, n. 83; 242, n. 84; 245, n. 100; 245, n. 108; 264, n. 110; 284, n. 117.
Schussenried, cfr. *Sorethum*.
H. Schwarzenberger : 155, n. 85; 156, n. 94; 157, n. 96; 202, n. 83.
Scotia : 17; 30; 41; 54; 59, n. 67; 59; 70; 74, n. 83; 85; 101; 112; 113; 187; 187, n. 39; 207; 245; 264; 284; 294; 306; 309; 321.
Sebastianus Windberg. : 120.
Sebold : 243; 243, n. 88.
Segovia : 105, n. 59.
P. Semalle : 320.
Senigny : 202.
Septem Fontes in Burgundia (*Septfontaines-en-Bassigny*) : 43; 116; 165; 174; 175; 285; 291; 356; 366.
Septem Fontes in Therascia (*Septfontaines-en-Thiérache*) : 5; 5, n. 22; 20; 21; 33; 37; 37, n. 65; 42; 45; 57; 69; 87; 116; 135; 147; 174; 254; 254, n. 70; 303; 355; 363.
Seriacum in pratis (*Séry*) : 5; 5, n. 25; 10, n. 67; 10, n. 68; 11; 19; 45; 51; 57; 65; 65, n. 99; 68; 71; 75; 79; 86; 87; 89; 103; 115; 121; 128; 136; 137; 146; 148; 171; 286; 310; 310, n. 5; 311; 315; 317; 318; 331, n. 37; 334; 338; 347; 348; 362.
I. Sertjes : 120.
P. Servatius : 63.
Sicilia : 12; 18; 31.
Sigismundus Windb. : 80.
Signiacum (O. Cist.) : 109; 109, n. 91.
Silliacum (*Silly*) : 178; 178, n. 59; 248; 249; 288; 301; 312; 318; 327; 359.
Silvaeducum ('s Hertogenbosch) : 341, n. 62.
H. Silvestre : 362, n. 6; 363, n. 30; 364, n. 37; 364, n. 41.
Sinus S. Mariae (*Zennewijnen*) : 17; 17, n. 101.
Sixtus IV, papa : 271.
Solbey : 120; 120, n. 74.
I. Sollier : 308.
Somlyovasarhely (*Vasarhély*) : 216, n. 66; 218, n. 88.
Sorethum (*Schussenried*) : 31; 31, n. 99; 55; 65; 76; 76, n. 91; 76, n. 92; 192.
Sorez : 254; 254, n. 70.
Soulseat, cfr. *Viride Stagnum*.
Soumagne : 110; 110, n. 94.
Soupir : 188; 188, n. 41; 199; 230.
I. Soupply : 260.
J. Sourlon : 239.
Speinshart : 77: n. 98.
Spieskappel, cfr. *Cappel*.
Spira (Speyer) : 243, n. 90.
Stables : 125.
Stagnum (*l'Étanche*) : 59; 59, n. 57; 70; 70, n. 39; 285; 285, n. 14.
Steinfeldia : 27; 27, n. 75; 31; 64; 64, n. 99; 97; 148; 163; 194; 194, n. 11; 200; 207; 221; 231; 233, n. 17; 241; 244; 247; 254; 255; 266; 272; 277; 278; 283; 284; 291.
Steingaden : 111; 111, n. 100; 240; 240, n. 72; 245; 264; 292; 294.
Stella (*l'Étoile*) : 7; 7, n. 43; 17; 21; 57; 88; 125; 125, n. 103; 129; 341; 341, n. 61.
A. Stewart : 207, n. 103; 220, n. 161; 231, n. 74; 245, n. 112.
Stivagium (*Étival*) : 42; 50; 50, n. 51; 64; 64, n. 90.
W. Stome : 151; 207, n. 104.
H. Stott : 93, n. 75; 112, n. 108; 130, n. 46; 132, n. 57; 168, n. 82; 207, n. 104; 218, n. 90; 231, n. 70; 245, n. 104; 264, n. 107; 284, n. 114; 294, n. 64.
H. Strack de Monte : 363, n. 15; 363, n. 28; 365, n. 45.
Strahovia : 145; 146; 160; 173; 184; 194; 208; 268.
S. Strater : 99.
S. Strauss : 242.

I. Streuber : 157, n. 95.
Strigonia : 91, n. 59.
Strigonium : 217, n. 68; 217, n. 69; 217, n. 74; 218, n. 87.
S. Struss : 230.
Strijpen : 358, n. 47.
I. Subdeberg : 98.
Suessionum (Soissons) : 3, n. 4; 4, n. 12; 5, n. 20; 6, n. 31; 6, n. 33; 6, n. 34; 6, n. 35; 6, n. 36; 6, n. 37; 6, n. 38; 19, n. 13; 21, n. 46; 39, n. 74; 41, n. 84; 46, n. 33; 63; 94; 114; 116, n. 34; 135, n. 56; 161, n. 18; 201; 303; 323, n. 6; 358, n. 48.
Suevia : 31; 55; 65; 99; 101; 117; 120; 126; 162; 199; 200; 200, n. 66; 207; 229; 231; 239; 242; 245; 264; 284.
Sij : 250.
Szeged : 216; 216, n. 64; 216, n. 65.

G. Tachet : 6, n. 37; 19, n. 10; 21, n. 48; 32, n. 9; 45, n. 9.
Tarvania (Thérouanne) : 7, n. 47; 75, n. 81.
F. Tastar de Montfarrant : 251.
D. Taypfel : 75; 75, n. 87; 100; 101, n. 140; 107, n. 78; 113, n. 128; 131; 131, n. 31; 152, n. 102; 164; 164, n. 53; 172, n. 118; 176; 177, n. 55; 177, n. 57; 178; 182, n. 83; 185, n. 28; 192, n. 74; 198; 207, n. 117; 218; 263, n. 103.
Tcecoslovakia : 71, n. 69.
Tepla : 37; 37, n. 66; 38; 65; 65, n. 107; 67, n. 114; 77; 85; 99; 99, n. 114; 101; 142; 158; 171; 267; 284; 294.
Terra Ierusolymitana : 18; 31; 66; 86; 101; 113; 192; 207; 221; 231; 246; 264; 284; 294.
Thenolium (*Thenailles*) : 5; 5, n. 20; 20; 33; 34; 45; 53; 57; 69; 89; 103; 161; 161, n. 19; 162; 163; 166; 170; 174; 175; 176; 180; 181; 184; 185; 186; 190; 194; 201; 209; 211; 223; 224; 233; 246; 249; 254; 266; 273; 285; 286; 295; 296; 302; 334; 362.
Theodoricus Knechtstedensis : 261.
L. Thibauld : 63; 97.
Thiebaldus Thenoliensis : 5, n. 20; 20, n. 15; 33, n. 20; 34, n. 42; 45, n. 16; 46, n. 39; 57, n. 39; 69, n. 21; 89, n. 40; 103, n. 20; 116, n. 20; 122, n. 89; 129, n. 27.
P. Thomassin : 175, n. 41; 265, n. 10; 266, n. 30; 266, n. 33; 266, n. 35; 285, n. 7; 291, n. 51; 356, n. 22.
D. Thuilier : 70, n. 39; 70, n. 81; 71, n. 57; 89, n. 38; 195, n. 31; 285, n. 13; 286, n. 25; 296, n. 16; 307, n. 45; 310, n. 8; 311, n. 18; 312, n. 27; 324, n. 25; 356, n. 29; 356, n. 44; 362, n. 8; 366, n. 58.
E. Tirant : 188, n. 40.
Tollesy : 199.
I. Tolman : 5, n. 21; 20, n. 17; 45, n. 12; 57, n. 29; 69, n. 18.
Tongeland : 59; 59, n. 67; 306.
Tongerloa : 5, n. 16; 57; 57, n. 16; 58; 60.
Tornacum (Tournai) : 4, n. 9; 4, n. 10; 6, n. 30; 59, n. 55; 84, n. 132; 88, n. 18; 88, n. 23; 147, n. 30; 149; 149, n. 44; 277; 363.
Tourqueux : 352.
Trecum (Troies) : 37, n. 62; 37, n. 63; 46, n. 20; 50, n. 55; 50, n. 56; 57, n. 21; 223; 225, n. 24; 304, n. 31; 313, n. 30.
Tremictant : 262.
Trevira (Trier) : 65, n. 102; 74, n. 79; 200, n. 72; 261, n. 96.
Trunchinium (*Drongen*) : 58; 84; 115; 198; 198, n. 58.
Toul : 4, n. 11; 5, n. 23; 5, n. 24; 20, n. 38; 20, n. 44; 39, n. 75; 42, n. 43; 50, n. 51; 80, n. 113; 97, n. 106; 98; 185, n. 20; 196, n. 37; 233, n. 19; 347, n. 15; 353, n. 57; 353, n. 58; 356, n. 20.
I. Tully-Lefèvre : 173, n. 11; 175, n. 42; 248, n. 34; 249, n. 38; 265, n. 11; 272, n. 57; 276, n. 79; 311, n. 22.
Tugny : 48.
Tussenbeek : 149.
Tuscia : 18; 31; 55; 61; 86; 101; 103; 113; 127; 142; 172; 192; 207; 221; 231; 246; 264; 267.
A. Tutel : 238, n. 57.

Turec : 138; 138, n. 91; 214; 214, n. 59; 217.
Th. Tuyau : 20, n. 33; 58, n. 50; 69, n. 17.

A. Ullifrog : 168.
Ultraiectum (Utrecht) : 3, n. 8; 4, n. 15; 17, n. 101; 33, n. 33; 41, n. 83; 92, n. 93; 122, n. 87; 238, n. 12; 341, n. 62; 363, n. 15.

P. Valck : 9, n. 66; 152, n. 63.
Valencenum : 82, n. 121.
P. Vallis : 98.
Vallis Christiana (*Valchrétien*) : 6; 16; 20; 26; 39; 39, n. 74; 41, n. 81; 45; 46; 54; 54, n. 70; 68; 88; 89; 98; 99; 103; 104; 115; 128; 130; 135; 147; 161; 166; 173; 175; 184; 195; 208; 209; 222; 238; 285; 324; 324, n. 17; 346; 355; 363.
Vallis Dei (*Lavaldieu*) : 5; 5, n. 21; 20; 45; 45, n. 12; 57; 69; 115; 117; 119; 146; 161; 174; 195; 223; 238; 248; 266.
Vallis S. Mariae, cfr. *Lidlum*.
Vallis Secreta (*Valsecret*) : 6; 6, n. 37; 15; 20; 21; 26; 32; 38; 45; 52; 56; 68; 87; 102; 115; 128; 135; 173; 175; 184; 194; 208; 209; 223; 232; 248; 266; 273; 285; 295; 310; 315; 317; 331; 335; 356; 360.
Vallis Serena (*Valséry*) : 6; 6, n. 37; 19; 21; 31; 56; 58; 68; 68, n. 12; 87; 98; 98, n. 112; 102; 115; 128; 160; 173; 184; 194; 208; 222; 232; 248; 265; 295; 315, n. 41; 319; 333; 347; 355; 361; 369.
Vanault-les-Dames : 280; 280, n. 98; 282; 338; 338, n. 57.
I. Van Boemel : 3, n. 7; 18, n. 108; 30, n. 92; 33, n. 31; 65, n. 100; 101, n. 129; 113, n. 118.
M. Van Bouchout : 155; 156.
P. Van de Capelle : 33, n. 39.
L. Van de Meer : 367, n. 62.
K. Van den Daele : 76; 77, n. 77.
E. Van den Pardeke : 46, n. 32; 133, n. 60; 133, n. 63.
P. Van den Zype : 88, n. 21; 95, n. 92.
C. Van der Goes : 194, n. 10; 196, n. 46; 196, n. 48.
G. Van der Scaeft : 29, n. 28; 69, n. 50; 71, n. 56; 76; 76, n. 94; 81, n. 116; 84, n. 131; 84, n. 136; 91, n. 63; 92, n. 67; 168, n. 80.
I. Van Elsacker : 3, n. 5; 7, n. 48; 8, n. 59; 19, n. 11; 23, n. 61; 36, n. 56; 48, n. 43; 92, n. 73; 60, n. 74.
W. Van Enckevoirt : 41 : 41, n. 83; 62.
A. Van Engelen : 238, n. 59; 367, n. 61; 367, n. 63.
Aeg. Van Ingen Nuland : 341, n. 62.
I. Van Kleef : 122, n. 88; 122, n. 92; 123, n. 93; 126, n. 127; 142, n. 113; 152, n. 66; 153, n. 68.
A. Van Malsen : 3, n. 8.
N. Van Mierdorp : 4, n. 3; 8, n. 54; 20, n. 20; 21, n. 53; 33, n. 17; 46, n. 21; 47, n. 41; 56, n. 14; 69, n. 26; 116, n. 19; 129, n. 32; 146, n. 4; 147, n. 29; 148, n. 36; 161, n. 25.
G. Vanner : 288.
M. Van Rossum : 232, n. 12; 237, n. 52; 238, n. 53; 238, n. 58; 239, n. 61.
I. Varlet : 126.
Varquerel : 273.
K. Varquir : 273.
Vasconia : 251; 283; 293; 301; 304; 309; 345; 369.
Vaulx : 124.
Vauraq : 281, n. 101.
Q. Vaus : 58, n. 43; 58, n. 47; 62, n. 78; 62; 67, n. 116; 74; 74, n. 85; 85, n. 144; 101, n. 135; 113, n. 125; 159, n. 118; 171, n. 113; 182, n. 78; 192, n. 69; 207, n. 109.
I. Vauthier : 233, n. 24; 233, n. 24; 304, n. 31; 356, n. 25.
R. Vautier : 40, n. 80; 41; 41, n. 80.
Verdilly : 26; 38.
Versalia : 7; n. 89; 39, n. 72; 123, n. 25; 265, n. 8; 311, n. 22; 333, n. 4.
Vervinium (Vervins) : 181; 273.

Vesprém : 216, n. 66; 217, n. 83; 217, n. 84; 217, n. 85; 218, n. 86; 218, n. 88.
Vessra : 49; 83; 83, n. 123.
Viconium (*Vicogne*) : 4; 8; 20; 39; 46; 47; 57, n. 20; 58; 66; 70; 82, n. 121; 88; 116; 129; 146; 161; 195; 195, n. 20; 208; 209; 223; 225; 248; 286; 323; 362; 366.
P. Vignet : 262; 305.
Villa Aurea : 104; 104, n. 50.
Villa Dei (*Divielle*) : 304.
P. Villain : 256.
Villa Mediana : 104; 104, n. 49.
P. Vincart : 364.
I. Vincelet : 351.
Vincelotte : 206; 206, n. 99.
P. Vinnet : 108.
Virdunum : 20, n. 38; 20, n. 44; 39, n. 75; 59, n. 58; 80, n. 113; 97, n. 106; 116, n. 37; 185, n. 20; 353, n. 57; 353, n. 58; 356, n. 20.
Viride Stagnum (*Soulseat*) : 58; 58, n. 43; 61; 62; 67; 85; 85, n. 144; 101; 112; 127; 142; 159, n. 118; 172.
Viromandia (*Vermand*) : 4; 20; 33; 41; 41, n. 84; 45; 56; 58; 69; 88; 116; 116, n. 34; 146; 147; 161; 184; 223; 247; 249; 271; 302; 323; 334; 356; 357.
Vitis (*La Vid*) : 92; 92, n. 73; 101; 104; 104, n. 43; 104, n. 53; 127; 172; 182; 189; 192; 207; 221.
R. Voisse : 320.
I. von Ahrweiler : 233, n. 17; 233, n. 28; 233, n. 40; 241, n. 77; 244, n. 94; 245, n. 117; 246, n. 11; 254, n. 65; 257, n. 88; 261, n. 95; 266, n. 18; 272, n. 58; 277, n. 87; 283, n. 108; 284, n. 125; 291, n. 52; 294, n. 75.
O. Von Aspe : 110; 110, n. 95.
H. Von Baack : 18, n. 112.
Ph. von Daun-Oberstein : 148; 148, n. 38; 163, n. 50.
I. von Düren : 27, n. 76.
L. von Gouda : 65, n. 102; 85, n. 142; 88, n. 22.
G. von Haen : 162, n. 41.
H. von Hessen : 60, n. 78; 73; 73, n. 74; 96, n. 99.
I. von Liebenstein, archiep. : 96, n. 98.
A. von Montabaur : 200, n. 71.
I. von Münstereifel : 27, n. 75; 27, n. 76; 31, n. 93; 64, n. 91; 97, n. 102.
I. von Odenwald : 157, n. 100; 157, n. 102.
Th. von Olden : 27, n. 78.
K. von Plettenburg : 200, n. 69; 207, n. 113; 261, n. 97.
N. von Schestau : 42, n. 86; 55, n. 61; 66; 73, n. 72; 86, n. 149.
V. von Seybolstorff : 77, n. 97.
Chr. von Utenheim : 167, n. 73.
V. von Wichenstein : 72, n. 98.
H. von Wird : 244, n. 96.
I. Vrendenne : 97.

Wadegotia (*Wadgassen*) : 18; 26; 26, n. 74; 31; 55; 65; 83; 85; 101; 113; 127; 155; 156; 165; 165, n. 62; 166; 172; 182; 192; 202; 203; 207; 221; 231; 242; 245; 264; 284; 289; 322.
Th. Waite : 121, n. 82; 129, n. 19; 130, n. 39; 136, n. 79; 140, n. 97.
G. Walcar : 74.
Walescourt : 199.
P. Wallerat : 350.
N. Walteri : 238.
Wamayse : 48.
Wantier : 358.
Wasserhel : 218; 218, n. 88.
A. Waudin : 166; 169.
Waumerey : 281.
H. Waumere : 365.
P. Wayenbergh : 116, n. 38; 117, n. 45; 117, n. 47; 124, n. 34.
Wedinghausen (*Arnsberg*) : 124; 124, n. 100; 124, n. 101; 124, n. 102; 124, n. 103; 148; 148, n. 42; 163; 163, n. 43; 238; 238, n. 56.
Welbeck : 121; 121, n. 79; 122; 124; 127; 129; 129, v. 18; 140, n. 101; 142; 155; 159; 171.
I. Welch : 59, n. 69; 306, n. 42.
Welflin Adelb. : 162.
Wenau : 30; 30, n. 89; 200.

Wendling : 121 ; 121, n. 84.
Weset : 62 ; 162 ; 162, n. 38.
Westphalia : 6, n. 30 ; 10 ; 15 ; 18 ; 26 ; 27 ; 31 ; 37 ; 48 ; 54 ; 64 ; 73 ; 101 ; 120 ; 120, n. 71 ; 120, n. 73 ; 162 ; 177 ; 192 ; 200 ; 202 ; 231 ; 241 ; 242 ; 244 ; 257 ; 258 ; 259 ; 269 ; 269, n. 48 ; 272 ; 277 ; 283 ; 284 ; 294.
A. Weyten : 3, n. 6 ; 8, n. 56 ; 20, n. 17 ; 23, n. 81 ; 36, n. 58 ; 48, n. 44 ; 54, n. 74 ; 57, n. 18 ; 60, n. 75 ; 61 ; 77 ; 81, n. 104 ; 84, n. 135 ; 91, n. 62 ; 95, n. 89 ; 155, n. 86 ; 168, n. 79 ; 176, n. 50.
Th. White : 151, n. 53.
Whithorn, cfr. *Candida Casa*.
W. de Hannebeek, comes : 49.
Th. Wilkinson : 121, n. 79 ; 122, n. 86 ; 124, n. 107 ; 129, n. 38 ; 136, n. 80 ; 140, n. 101 ; 142, n. 117 ; 155, n. 52 ; 155, n. 54 ; 177, n. 116.
G. Willet (Wills) : 197 ; 226.
Willinckhausen (*Flaesheim*) : 27 ; 27, n. 80.
Willingweseb : 120 ; 120, n. 73.
Windbergia : 42 ; 77, n. 95 ; 80 ; 80, n. 110 ; 99 ; 99, n. 118 ; 100 ; 126, n. 66 ; 130 ; 199 ; 199, n. 65 ; 207 ; 230 ; 242.
S. Winter : 99.
Wirceburgia (Würzburg) : 240, n. 71.
Wladislaus rex : 214 ; 216, n. 58.
Wanadium ad Dominas (*Vanault-les-Dames*) : 338 ; 338, n. 57.

I. York : 121, n. 84.

Zabrdovicium : 73 ; 73, n. 73.
Zaido : 217 ; 217, n. 71.
Zamora : 92, n. 72 ; 103, n. 31.
Zennewijnen, cfr. *Sinus B. Mariae*.
Zenthbenedik : 217 ; 217, n. 83.
I. Zuttel : 96, n. 100 ; 148, n. 41 ; 163, n. 46.

INDEX RERUM

Index iste brevis erit. Eo quod in Actis Capitulorum generalium huius aetatis pauca solummodo puncta disciplinae generalis tractantur. Generatim enim solutiones dandae quaestionibus naturae potius specialis considerantur et proponuntur. Casus illi speciales in hoc Indice non referuntur; personae et monasteria siquidem de quibus in casibus illis consideratis agitur, in Indice locorum et personarum indicantur.

IURIDICA

Capitula Generalia.

Abbates a Capitulo generali absentes sese excusare debent (Cap. Gen. 1504) : p. 50. — E Circaria Saxoniae saltem singulis trienniis unus Religiosus Capitulo intersit; et singulis sexenniis, unus saltem Praepositus (1506) : p. 76; singulis annis autem ipsi conveniant pro rebus communibus Ordinis ordinandis et decidendis (1510) : p. 130 s. — Abbatibus Hispaniae conceditur ut singulis trienniis conveniant ut de rebus Ordinis inter se tractent (1514) : p. 189. — Abbates Angliae ne deponantur absque decisione Capituli generalis (1510) : p. 138. — Improbantur abbates quidam Angliae, Germaniae et Hispaniae eo quod sese a iurisdictione Ordinis eximi moliuntur (1512) : p. 164. — In Abbatiis vacantibus, Patres Abbates habent administrationem spiritualem et temporalem (1523) : p. 305. — I. de Bachimont, qua deputatus Capituli generalis, ad Concilium Pisanum mittitur (1512) : p. 164 s.

Carceres.

Conficiantur carceres in abbatia S. Martini Laudunensis (1502) : p. 26.

Carnium esus.

Super esu carnium tempore Septuagesimae et Adventus dispensare nequeunt Abbates proprio marte (1526) : p. 327. — Tempore vero minutionum esus carnium concedi potest (1526) : p. 329.

S. Norberti canonizationis possibilitas examinetur (1521) : p. 290.

Obedientia.

Religiosi Westphaliae obedire tenentur quando a Praelatis suis mittuntur ad officia vel beneficia ab illis Abbatibus dependentia (1502) : p. 27.

Professio religiosa.

Emitti potest professio religiosa inde ab anno decimo sexto aetatis (1519) : p. 260. — Dubium solvitur de formula adhibita in professione (1526) : p. 329.

Statuta anni 1505.

In ordine ad paranda illa Statuta visitatio canonica fiat in Francia, in Bohemia, Flandria, Floreffia, Frisia, Westphalia et aliis regionibus Theutonicorum (1501) : p. 14. — Ordinatio statuitur ab obtinendam approbationem Statutorum condendorum a Summo Pontifice (1502) : p. 23. — Curent Abbates ut Statuta Ordinis inviolabiliter serventur (1502) : p. 29. — Bulla approbationis Statutorum apostolicae recepta dicitur (1505) : p. 60. — Observantia Statutorum urgetur; potissimum circa vitam vere com-

munem, vestium honestatem et vitae honestatem generalem (1517) : p. 268 s. — Statuta de provisore exterorum serventur (1525) : p. 327.

Talliae.

Abbates Hispaniae tallias Ordinis a Capitulis statutas solvere debent (1506) : p. 72. — Talliae imponuntur pro stipendiis Procuratoris et Protectoris Ordinis in Urbe Romae (1506) : p. 81 ; (Cap. Gen. 1508) : p. 107. — Talliae imponuntur pro tuitione privilegiorum Ordinis (1505) : p. 82. — Quilibet parochus et beneficiatus Ordinis singulis sexenniis solvat talliam pro tuitione privilegiorum Ordinis (1520) : p. 268.

Translatio.

ad aliam Abbatiam ne fiat absque consensu sanioris partis conventus recipientis (1522) : p. 296.

Vestitus.

Vestes pretiosae et minus honestae prohibentur (1513) : p. 181. — De parvis caligis in somno (1526) : p. 329.

Vita communis.

Decimae curtium a religiosis obtentae monasterio tradi debent (1503) : p. 40. — Vita communis a religiosis stricte servetur (1526) : p. 328.

Vitae honestas.

Parochi et beneficiati mulieres suspectas vitare debent (1502) : p. 29. — Arti medicinae nullus se intromittat (1503) : p. 41. — Choreae hinc inde admissae in ecclesiis in festo SS. Innocentium stricte prohibentur ; sicuti alia inhonesta eadem die hinc inde admissa (1519) : p. 263.

Vota.

Ne statuant abbates Saxoniae observationes severiores prae Statutis recenter promulgatis (1510) : p. 132. — Regula S. Augustini, ordinatio officii ecclesiastici, statuta uniformiter intelligantur ac serventur ab omnibus. Dubia sub hoc respectu occurrentia in Capitulo generali examinentur et solvantur (1519) : p. 259.

LITURGICA

Antiphona Salve Regina Sabbatis post Vesperas Beatae Mariae Virginis cantanda conceditur abbatiae S. Mariae Laudunensis (Cap. gen. 1501) : p. 22.

Festum S. Ioseph, sub ritu festi duplicis, pro toto Ordine conceditur (1525) : p. 321. — Festum S. Barbarae pro toto Ordine conceditur (1525) : p. 321. — Item festum S. Monicae (1526) : p. 330.

Festi S. Ioseph celebratio conceditur abbatiae S. Martini Laudunensis (1512) : p. 167. — Eidem abbatiae conceduntur celebrationes festorum Apparitionis S. Michaelis, ac Praesentationis B. Mariae Virginis cum octava (1516) : p. 210. — Abbatiae S. Foillani Rodiensis celebratio conceditur festorum S. Annae, SS. Secundae et Ultani (1504) : p. 48 s. — Item festum S. Laurentii in abbatia Domni Martini (1520) : p. 276 ; SS. Verenae, Florenciae et Evodii in abbatia Branensi (1520) : p. 276. — Abbatiae S. Martini Laudunensis festa SS. Lamberti, Drogonis, Fiacrii et Syriae (1519) : p. 252. — Festa SS. Rochi et Barbarae monasteriis Montis s. Martini et Viromandensi (1520) : p. 271.

In festis Duplicibus, 9 lectionum, in elevatione Corporis Christi cantari potest in s. Missa versus : O salutaris Hostia (1516) : p. 210.

Quando diebus Sabatinis cantatur summa Missa de B. Maria Virgine, etiam officium chorale de eadem Domina fiat (1519) : p. 253.

Dubia solvuntur de Horis B. Mariae Virginis (1526) : p. 329 ; (1527) : p. 340. — Missa prima (matutinalis) et de B. Maria Virgine collegialiter, iuxta Statuta, celebrentur (1527) : p. 335.

Quando finita la lettura del testo sarebbe bene che il lettore, chiuso il libro, ripetesse mentalmente il testo appena letto.

Dalla schiatta di Maria S. Maria Virgine (1839) : p. 328; (1877) : p. 349. — Missa prima (quotidiana) in die B. Mariæ Virginis Assumptæ, quæ Statutis celebrandæ (1857) : p. 375.

11. OKT. 1974

17.99